Quia accusatores quandoque calumniantur: ideo ponitur ista rubri. et calumniari dicitur ille qui falsa crimina intendit: et pena regularis est similitudo supplicij: l. fi. C. eo. ¶ Nota que ecclesia potest clericum delinquentē publice verberare. dum tamen hoc non tendat ad sanguinis effusionem. Item potest in exilium mittere: vt nota. probatur in. c. j. Nota glo. in ver. priuari. et dicas que calumniator potest puniri in ipsa sententia absolutoria Item potest puniri iudicis officio nobili. Item potest de nouo accusari sicut de quolibet delicto. de que in. l. j. C. eodem. per Bar. in. l. j §. j. ff. ad turpi. et per doc. hic. Et nota ex eodem tex. iunct. glo. in ver. verberibus. que vbi accusator nō potest puniri pena similitudinis supplicij: punitur alia pena in supplementum: vt dispositum est in hoc. c. j. Et nota ex eodem tex. que constitutus in ordie sacro dicitur homo sacratus. ¶ Nota glo. in. c. ij. in ver. calumniandi. que de calumnia conuincitur accusator: eo ipso que non probauit. de quo per Bar. in. l. j. ff. ad turpi. et de iure ciuili est glo. notab. secundum Ab. in. l. athletas §. calumniator. ff. de his qui no. infam. que ponit casus exceptos ab ista regula. et tu adde glo. in. l. ij. C. eo. et in. l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Et nota que in illis casibus exceptis licet quis deficiat in probando non presumitur statim calumniari. iudex tamen ex officio suo debet inquirere vtrum fuerit calumniatus. et si repperit euidentem calumniā puniat calumniatorem.

¶ De cleri. pugnan. in duel.

Nota glo. j. in. c. ij. que ponit causam quare prohibita sūt ista duella. quia videntur temptare deum: agunt enim vt in pugna deus ostendat miraculum. nam credunt: que habens iustam causam pugnādi erit victor operante dispositione diuina. preterea ista probatio non est efficax: immo fallax. cum vt plurimum minus fortis succumbat nam non de facili reperiuntur duo pugiles eiusdem fortitudinis: et industrie. Item ista fuerunt inuenta dyabolo suadente: vt sic homines se trucidarent: et induceretur animarum perditio. Et nota que tex. in c. ij. reprobat consuetudinem tanque prauam. et nota ibi pulchrum tex. in fi. quot modis committatur homicidium. ¶ In hoc. c. ij. nota vnū dictum singulare Hosti. quod multum commendat Ab. que vbi committitur episcopis dispēsatio circa beneficium. debet intelligi de simplici. Secundo nota etiam aliud dictum Hosti. que vbi in iure dicitur que possit dispensare. potestas intelligitur concessa episcopo. nam de papa non erat dubium. et verba debent aliquid operari. et Ab. addit notata per Inno. in. c. dilectus. de tempo. ordi. Et ego allego glo satis notabilem in. c. postulastis. in ver. dispensatum. de cleri. excommuni. minist. et in. c. in quibusdam. in ver. dispensatum. de penis. Allegat ēt hic Ab. dictum Inno. quod dicit singulare in. c. ij. de cleri. non ordi. minist. vbi dicit episcopum quasi sēper posse dispensare circa beneficium. Adducit etiam aliud dictum singulare Inno. in. c. ij. de eo qui furti. ordi. susce. que vbi conceditur dispēsatio videtur concessa epō non inferiori prelato: nisi aliud exprimatur quia ista ardua reseruātur episcopis. Sed iste due glos. quas supra allegaui videntur etiam hoc probare: et bene facit glo. notabilis in. c. si episcopus. in ver. reseruantur. de peni. et remis. in. vj. Item Ab. in hoc. c. ij. refert vnum dictum singulare Hosti. quod tamen impugnat

q cum homicidio voluntario potest episcopus suo iure dispensare in minoribus ordinibus: per tex. i. c. ad audientiã. de homici. Et quia tex. in dic. c. ij. dicit solum de sacris ordinibus. sed Ab. respōdet: q sacer ordo accipitur large. glo. est. xxxij. dist. in summa. ergo vult Ab. q in materia penali faciamus largam interpretationem: quod non est verũ l. iterptatiōe. l. si pses. ff. d penis.

De crimine falsi.

Quia inter precepta legis diuine dicitur. Non falsum testimonium dices. ideo ponitur ista ru. Nota glo. in. c. i. in ver. iudici. quia ponit: q testis fals9 potest puniri dupliciter: 7 nota tex. singu. in l. j. §. j. ff. de sicca. q si executio facta in causa criminali: nō potest retractari / punitur testis pena talionis ¶ Et nota ex illo. c. j. q testis dicitur falsus: 7 tenetur de falso nō solum quãdo dicit mendaciũ: sed etiam quando occultat veritatem: cui adde tex. quem multum notat Bar. ibi in. l. presbiteri. C. de epis. 7 cleri. 7 pulchre per Bar. in. l. pscriptōe l. fi. C. si 9tra ius. fi. vel vti. pub. Et non omittam glo. singularem in. l. lutius. ff. de his. qui no. infa. in ver. debeant. que dixit: q reprobatur dictum testis qui non plene narrauit factum. Nota etiã ex glo. in di. ver. iudici. q testis potest puniri de falso: licet testimonium suum non habuerit effectũ: vt quia iudex non fuit secutus dictum ipsius testis: quia aduersarius melius probauit: vel alio respectu nō valuit 7 intellige quando dixit falsum in forma testimonij. quod declara: vt per Bar. in. l. si quis legatum. ff. de fal. Nota singulariter glo. j. in. c. super eo. quia semper allegatur: q sentētia lata per falsas literas delegatorias potest retractari sine prefinitione temporis

¶ Nota casum specialem in iure canonico in quo in odium maleficij non habet locum lex. si quis in metallum. C. de pe. tex. est singu. in. c. ad audientiam. q tex. etiã pbat: q episcopus potest compellere clericum ad adiurandum diocesim: q amplius illam non intrabit. 7 sic ecclesia habet penam exilij. ¶ Nota q ille qui facit aliquid per nuncium debet eligere idoneum: alr sibi imputatur. vt probat tex. in. c. dura. eodem titu. Et non omittas glo. notabilem in materia in. c. pbiteri. xcv. distinc. ¶ Nota tex. qui semper allegatur in. c. q̃ graui. q litere emanantes preter stillum romane curie presumuntur false / 7 facit quod notat glo. notabilis in. c. causam. que de testi. 7 nota glo. ibi in ver. in plurali. in fi. q episcopi debent appellare subditos suos fratres: vel socios: cui adde pulchrã glo. j. in. c. esto subiectus. xcv. dist. ¶ Nota tex. notabilem iuncta glo. in ver. dixerint. in. c. ad falsariorũ. q quãq in dispositione aliqua caueatur: vt non admittatur allegatio ignorantie: non excluditur ille qui allegat 7 affert probationes ignorantie: alr autem puniretur aliquis sine culpa. Et adde quod notabiliter voluit Bald. in. l. j. in pri. in. iij. colũ. C. de cadu. tol. bar. in. l. diuus. ff. de fal. Sali. in. l. in senatus. C. de his qui sibi ascribunt in illa. q. an statutum possit ligare ignorantes? ¶ Si tu vis scire q̃ sit pena falsi: vide glo. in dic. c. ad falsariorum. in ver. legitimas. Nota glo. j. in. c. accedens. quia semper allegatur: q vbi venit aliquid probandum quod consistit in mera cōscientia: tunc fit probatio per iuramentum: 7 adde glo. multum singularem. in. c. proposuisti. lxxxij. dist. in. c. in lectum. xxxiij. quest. j. i. c. ij. de calum. 7 legiste habent glo. notabilem in §. sed iste. insti. de acci.

in.l.at que natura.§.cum me absen te.ff.de nego.ges.i.l.si cui.§.eisdē. ff.de accusa.et nota semper tex. in dic.c.accedens. quod pro modico nō presumitur quod aliquis scienter deliquerit.

¶ De collusi detegen.



Ollusio est iter acto rem:et reum. latens: et fraudulenta conuē tio:glo.est in. c.iij. in ver. collusione. hoc eo.ti. ¶ Nota glos. j.in.c.j.an plures possint vnū accusare:et tu adde sibi tex.iunc.glo.in l.si accusatoribus.C.de accusa. quod si non excipitur procedit iudicium cum omnibus agitatum. ¶ Nota perpetuo pulcherrimam glo. in.c. j.in ver.qualitas.quia semper allegatur.cui adde singularem glo. in c.vide.j.q.j.que dicit: quod dans elemosinam: vel sustinens martirium ad pompam peccat.ita quod non meretur:sed demeret.et ideo dicit beatus Ambro.in li.de offi. Intētio tua operi tuo nomen imponat.et deuotus Bernar.dicebat. Intentio sufficit ad meritum.bona actio requiritur ad exemplum. Et ideo singu.glo.in.c.odiet proiecci.xxiij. quest.j.reprehendit scholares qui vadunt ad ecclesiam non vt audiant missam:et diuina:sed vt videāt puellas. Nota glo.nota.in. c. j. in ver.gratiam:quod secundum ius canonicum omne crimen censetur quasi publicum:cui adde pulchram glo.ij. q. iij.§.vult.et ista glo.tractat an:et quando possit aliquis a lite recedere.et nota tex.notabilem secundum intellectum Hosti.in.c.crimina.quod postquam crimina sunt probata:iudex potest procedere ad punitionem:licet accusator desistat. Nota vnum pro extensiōe c.de his.de accusa.quod idem est in absoluto per viam inquisitionis. tex. est notabilis in.c.in tantum.

¶ De clerico venatore.

Hic ponitur de vno delicto clericorū:et conclude quod regulariter venatio est prohibita clericis: existentibus in sacris ordinibus: hoc limita primo non procedere:si haberent redditus in venatione: sicut in francia:quia tunc non faciūt ad voluptatē:secundum doc.sed hec limitatio mihi non placet. quia non cessat ratio prohibitionis. et hoc possunt facere per suos familiares: nō autem debent personaliter exercere venationem. Secundo limita non procedere quando rarissime hoc facerent recreationis causa:vel necessitatis causa.propter morbum precedentem:vt appetitus excitetur. et pro hoc habes bonum tex.in.c.j. xxxiiij.dist.in ver.deditus. et in pa. pro delectatione:nam ibi reprehenditur episcopus propter delectationem venatiōis:et quia illi erat deditus. Et nota quod venatio que fit cum rethe:seu laqo est licita clericis:et etiam piscari:dūmodo frequenter non insistant:et si tu vis scire rōnē differentie vide glo.sing.in.c.esau.lxxxvj. dist.et ibi est tex.nota.quod non inuenitur aliquis venator sanctus: sed piscator sic. ¶ Sed queritur: quid de clericis in minoribus cōstitutis? Hosti.et Jo.an.tenēt:quod puniantur pena arbitraria. An.de bu.dicit:quod nō debent puniri. Ab. concordat quod puniūtur:si deferētes tonsuram vadūt ad venationē:secus si illā omiserūt.et ita videtur quod fuerit intētio sua.licet nō ita loquitur per tex.quē allegat in cle. ij.de vi.et ho.cler.in §.idē quoque cū gl. in pa.et tōsurā.in pri. ¶ Queritur quid de laicis/et gl.in.c.j.in pa.voluptate.tenet:quod illa est licita indistincte.et idē Jo. an.nisi tēpore quadragesimali:vel aliis precipuis festiuitatibus. sed gl. no.tenuit contrariū in.c.de venatoribus.lxxxvj. dist.quod non est licita etiam laico venatio: nisi pro necessitate carnis:vel

pro pellibus habendis.sed ad voluptatem est prohibita. Et nota in alio glo.in dic.c.qui venatoribus. quia voluit: quod etiam clerico pauperi non est licita venatio: quia aliunde debet sibi querere victum.vt faciendo cistas/calatos /retia: et similia.

De clerico percussore.

Nota quod si reperitur aliquis clericus qui sit multum facilis in percutiendo.vt quia pro minimis verbis sibi non placitis procedit ad verbera debeat deponi. tex.est in.c.j. Nota ex glo.in ℣. emendauerit.iuncto tex.quod peccatum pluries iteratum licet pluries fuerit punitum aggrauat tamen idem peccatum vltimo commissum et facit pro dic. Barto.in.l.si cui.§. cum sacrilegium.ff.de actu. Nota quod decedens post multum tempus post vulnus illatum:non presumitur ex vulnere decessisse: vt notabiliter probatur in tex.et glo.in.c.ij.quod tamen intelligit Ab.quando percussus visus est conualuisse.per glo. singularem in.l.j.C.de emē.seruo. secus si semper in deterius processit:quare dicit hoc relinquendum esse iudicis arbitrio. Cui adde notata per Bar.in.l.fi.ff. de sicca.

Nota glo.fi. contra istos presidentes.qui grauissime puniunt potius vt timeatur:quam vt delictū puniant:nam ipsi grauius puniendi sūt. quod est notabile. Nota quod si necessitas subest licite clericus sumit arma pro defensione oppressorum. nec propter hoc incurrit aliquam penam.licet ibi fuerit commissum homicidiū per alios. Et dixit glo. singularis in.§.j.xxiij.quest.viij. quod interficiens alium ad defensionem proximi non peccat:licet efficiatur irregularis.

De cleri.ex com.ministrāte.



Quia quandoque clerici excommunicati: vel depositi celebrāt et ingerunt se diuinis:sicut prius. et poterat dubitari de pena illis inferenda:ex hoc nouo delicto.ideo est facta ista rubrica.

Nota glosā notabilem in.c.j. in ver.iuste.quod sententia depositionis iniusta ex causa tenet. et ligat sicut alia quelibet sententia iniusta ex causa.secus si ex ordine: quia non teneret.licet sit: secus in sententie excommunicationis. Nota glo. j.in ca.ij.que tenet:quod qualitercumque sit clericus degradatus: siue verbaliter:siue actualiter retinet potestatem conficiendi: que opinio est communis:vt refert Domi.in ca. degradatio.de peni. in.vj. Et ideo dixit singula.glo℞.in.c.licite. xxxij.quest.vij.quod resuscitatus non est iterum ordinandus. Nota glo.in ver.presumpserit. quod excommunicatus tenetur dicere officium vt priuata persona:et priuatim. Ex quo infertur quod dicendo officium nō debet dicere Dominus vobiscum. quia non est verbum priuate persone. Ab.ad hoc allegat notata per Joan.an.in.c.j.de sententia excōmunica.in.vj. Et nota quod excōmunicatus celebrans vesperas vel matutinas in ecclesia: incurrit ipso facto irregularitatem:vt probatur in.c.clerici.et ibi per doc. quia amplius non potest exercere officium clericale sine dispensatione pape.

Nota quod quando fit aliqua coniuratio:seu proditio in ciuitate et multitudo est causa principaliores puniuntur pena condigna:in aliis mitigatur pena.vt est tex.no.in.c.latores. Et nota ibi sin.glo.ij.in fi.quod dicantur pauci:vel multi:nam hoc intelligitur secundum subiectam materiam et pro hoc facit gl.sin.l.l. sed si susceperit.§.j.in.℣.modica.ff.de iudiciis.

¶ Nota glo.in ver.ab officio. in prin.q suspensus ab officio intelligitur suspensus a beneficio. et tu vide pulchram glo.in cle. cupientes in ver.suspensi.de pe. ¶ Volo tibi dicere vnum alium casuz:in quo fama facit plenam probationem:cõtingit quandoqz:q aliquis sacerdos excõmunicatur in curia:et non habet notitiam excommunicationis:nisi per solam famaz:debet abstinere a communione fidelium: et sacramentorum:al's peccat:et incidit in irregularitatem. tex. do tibi perpetuo memorie commendandũ in.c.illud.eo.ti.qui tex.probat etiã notabiliter: q peccat grauiter excommunicatus cõmunicãdo aliis. quia videtur contemnere excõmunicationem:et sic excommunicatio prohibetur cõmunio actiua:et passiua:et communiter tenetur etiam p doc.in dic.c.illud.q excommunicatus teneatur euitare excommunicatum:ne delictum videatur prestare immunitatem. Sed do tibi glo. fin.in contrarium in cap.deuotam. xxvii.q.i.que non allegatur p doc. ¶ Volo tibi dicere vnum dictum multum singulare Inno.in.c. prudentiam.de offi.dele.sm Ab.in.d. c.illud.q si delegato.committitur q cõdemnet Titiũ Sempronio i centum si sibi constiterit illum esse obligatum.tenet sententia condẽnationis:licet sibi non constet. vt quia forte non fuit probatum:quia illa verba non sapiunt conditionez sed monitionem:quod est singulare:et facit ad multa. ¶ Volo etiaz tibi dicere vnum aliud dictum singulare Inno.sm Ab.in.c. postulasti.hoc eo.ti.q in his que tendunt in fauorem excommunicati. nõ est differentia inter occultum:et manifestum:et idem in his que facit excommunicatus in fauorem alterius non ratione publici officii:istud est dictum singulare Inno.in.c. cum dilectus.de consue. Nota q celebrans in loco interdicto debet spoliari beneficiis.tex.est notabilis in dic.c.postulasti.et etiam efficitur irregularis.nec potest absolui: nisi a solo papa.et per consequens poterit deponi ab omnibus ordinibus: vt dicit glo.notabilis in ver. celebrare. Nota glosam in dic.c.postulasti.in ver.spoliandi:q ille qui cõtempsit excommunicationem iniustam cum ligetur quo ad deum non potest illam dicere iniustam. Nota singulariter glo.in.c. proposuit.in ver.de absolutione.q semel excommunicatus semper presumitur excommunicatus:nisi probetur absolutus.et intellige glo.quando excõmunicatio fuit pura.secus si conditionaliter lata:vt si non solueris infra mensem te excommunico secundum Inno.quia potuit satisfecisse infra terminum. ¶ Nota tex.in ca. apostolice. que semper allegatur: q ignorantia probabilis excusat. secus si est supina ignorantia:et non dicitur probabilis ignorantia quãdo scit per famaz excommunicationem.glo.est in dic.c.in ver. pbabilis.in fine. ¶ Fui semel interrogatus an aliquis posset absolui p epistolam:et allegaui glo.notabilez in c.quanto.ii.q.iiii.et in.c.cum aliqs xi.q.iii. ¶ Nota tex.multum singularem in.c.si celebrat. quia ibi notabiliter habetur melius q alibi.d excommunicatione minori:et inter alia nota vnum effectum excommunicationis minoris quia reddit ipsum excommunicatum inabilez ad beneficium consequendum a deo q electio de eo facta non valet: et sic non potest consequi dignitatẽ: nec clericatum aliquem sm Inno. nisi prius ipsum peniteat:et absoluatur Et nota illum tex.in fi.quia videt probare:q communicans excõmunicato in contemptum peccet mortaliter.ad hoc allegaui aliqua i ru.

de coha.cleri.ꝛ muli.ꝛ de contemptu.habes etiam tex.notabilem in c.cum non ab homine.de iudi. vbi probatur:ꝙ ille dicitur contemnere:qui addit mala malis.

¶ De clerico non ordinato ministrante.

In hac rubrica ponitur de ministrantibus in ordine nō collato:ꝛ nota ꝙ pena est quia debeat deponi:ꝛ amplius non ordinari. tex.est in.c.j. tenetur etiam pena falsi.l.eos.i fi.ff.de falsis. qui tex. probat ꝙ pena falsi tenetur ille qui gerit se pro milite:vel doctore cuȝ non sit secūdū Ab.sed tu intellige quando exercet actum pertinentē ad doctorem:secus si solo verbo diceret se doctorem:quia tunc extra ordinem punitur:dictum est Bal. in.l.qui sub pretextu.C.de sacrosā. eccle.quem refert Roma.in.l. qui aliena.§.interdum.ff.de acqui.here. Nota glo.in.c.ij.in ver. presumpsit:in fi.ꝙ depositus celebrando conficit.

¶ De clerico per saltum promoto.

Quia quādoqꝫ aliqui prepostere:ꝛ per saltū promouentur ideo ponitur ista rubri. Et sciās ꝙ tenet ordinum collatio prepostere facta:licet fieri nō debeat:sed trāsgredienti imponitur penitentia:vt in.c.j.ꝛ tamen ordinatus non pōt sine dispensatione in ordine sic collato administrare. Et est casus in quo episcopus potest dispensare: vt ibi. ¶ Nota glo.ij. que querit d impubere ordinato ad sacros ordines: an teneatur continere adueniente legitima etate. Et cōclude ꝙ non:quia licet ordo sacer habeat votum continentie annexum: illud non procedit propter defectuȝ etatis. ¶ Nota ex glo.fi.ꝙ tenet collatio presbiteratus:vel alterius sacri ordinis prius minoribus ordinibus non receptis: licet non debeat exequi talem ordinem. ¶ Nota etiam ex glo.ꝙ non teneat collatio ordinis episcopalis:si ordinatus non sit sacerdos :sed communiter tenetur contrarium.vt est glo.in.c. sollicitudo.lij.dist.nam prepostera tio in collatione ordinum:non viciat.licet impediat executioneȝ. Et non omittas glo. singularem in.l. nemo.C.de aduo.diuer.iudi.ꝛ ibi est tex.multum singularis:ꝙ si aliquis promouetur per saltum : non gaudet priuilegijs cōcessis promotis in illa facultate:quod est notabile.

¶ De dilationibus.

Quia litigantes solent petere inducias : ideo ponit ista rubrica. Et nota ꝙ dilatio est facultas cuiusqꝫ agendi infra tempus moderatum a lege:vel a iudice vel partium conuentione. Nota vnum ex tex.in.c.j. quod est memorie cō mendandum. ꝙ illato grauamine per iudicem potest hoc expresso in continenti appellari: nec est opus ꝙ petatur reuocatio grauaminis: ꝛ nota bene;quia aliqui tenent contrarium. ¶ Nota glo.in.c.j.in ver. nimis breuem. ꝙ quando dicatur dilatio nimis breuis relinquitur iudicis arbitrio:considerata qualitate cause:ꝛ locorum distantia. ex q̄ sequitur:ꝙ in his que relinquuntur arbitrio iudicis potest appellari si iudex nō arbitratur. vt bonus vir. Et adde glo notabileȝ in.c. super his.de accusa. Nota qꝫ iudex quādo moderatur tempus dilationis est vtile ꝙ semper exprimat causam : ꝛ interloquatur super causa moderationis ne aliquid possit dici contra suam sententiam.si tamē non expressit satis est iustam causā subesse. ¶ Item nota ꝙ in dilatio-

nibus iure expressis: non presumitur iusta causa moderationis: sed i arbitrarijs presumitur: nisi probet contrarium. ¶ Ex quo collige: quod cum hodie de communi stillo non seruantur dilationes iuris: sed arbitrio iudicis prefiguntur: quod appellans habebit probare iniustitiam moderationis: ista colliguntur ex notatis per Inno. in c. ad petitionem. de accusa. et per Ab. in c. j.

Et scias: quod probatoria dilatio semper intelligitur peremptoria: unde non est necesse quod apponatur peremptorium. Bar in l. j. C. eodem cum alijs allegatis per Ab. in dic. c. j. i fi. cui adde glo. notabilem. in cle. j. in ver. peremptorio. de excep. que voluit: quod terminus datus ad excipiendum intelligatur peremptorius etiam si non dicatur. quam allegat Bal. in l. consentaneum. C. quomodo et quando iudex. Addo etiam Bar. in l. mancipiorum. ff. de optio. leg. in l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. infec. ¶ Nota etiam glo. magnam in prin. in c. preterea: quod in citatione in causa criminali debet poni quicquid obijcitur reo. quam gl. intellige quando citatio fit de longinquo: ut possit venire instructus: licet non sit necesse trasmittere copiam libelli: si autem citatio fiat de propinquo sufficit citare: quod veniat responsurus accusationi: vel inquisitioni. de quo per Bar. in l. inter accusatorem. ff. de pub. iudi. secundum Ab. qui concordat opiniones Et tu adde notata per Bar. in l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. infec. et per glo. et Cy. in l. sicut. C. de prescrip. triginta annorum. Et Bar. in aucten. offeratur. C. de li. contest. et Ab. in c. licet. de accus. et ibi fuit. dictum. Nota etiam ex eadem glo. et per doc ibi: quod in citatione est incertus tenor libelli. et reus habuit tantum tempus quod potuit delibera re tam circa factum principale quam circa formam libelli: et personam accusatoris: quod non est danda alia dilatio. secus ubi non potuit delibe rare circa omnia predicta. ¶ Nota etiam glo. quod pro amicis consulendis est danda dilatio: et dicas hoc esse in arbitrio iudicis. ¶ Nota ex glo. quod pro aduocato non debent dari inducie. quod intellige quando i citatione fuit expressus tenor libelli. Et adde quod propter absentiam aduocati debet dari dilatio. l. item ait pretor. §. fi. ff. ex que. cau. maio. quod tamen limita quando est reuersurus de proximo: ut notat Barto. in l. sed si unius. §. quod autem. ff. de iniu. Et facit quod voluit Bar. in l. j. §. si quis. ff. de appel. i l. quidam. §. nihil. ff. de eden. in l. libellorum. §. fi. ff. de accusa. in l. placuit. C. de peda. iudi. in l. si longius. ff. de iudicijs. ¶ Nota etiam ex glo. quod dilationes debent dari iudice sedente pro tribunali. quod intelligit Bar. in l. a procedente. C. eodem. in secunda: et tertia dilatione: secus in prima. Si tamen partes non contradicunt: potest dari a iudice procedente: et non sedente. ut per Anton. de Bu. et Abba. in dict. c. preterea. ¶ Nota etiam ex eadem glo. in fi. quod pendente dilatione iudicis: officium conquiescit. quod intellige: ut per Bartolum in l. siue pars. C. eodem. ubi dicit: quod istud intelligitur de his que preiudicialia essent: ad ea super quibus pendet dilatio in alijs vero potest iudex suum officium exercere.

¶ Nota unum dictum singulare Innocen. in dicto capitu. preterea. quod ubi in citatione apponitur iniustum preceptum: ut quod dominus compareat ad respondendum seruo: non tenetur comparere: nisi iudex apponat causam illius iniusti precepti. ¶ Scias quod tex. in c. litere. eo. ti. probat. quod prelatus agens pro iuribus ecclesie debet agere noie ec.

52

clesie nō suo. Et adde Inno. in. c. in literis. de resti. spo. vbi dicit q̄ p̄lati: z clerici ecclesiarum suaꝝ n omine possidēt possessionem naturaliter: z ciuiliter vbi etiā dicit q̄ debent intentare interdictum: vnde vi. nomine ecclesie: q: ipsa fuit spoliata. z idem voluit in. c. cum super de causa possessionis: vbi notabilit loquit: z īter alia dicit: q̄ si anq̄ p̄latus nanciscatur possessionē spolietur ecclesia aliquibus iuribus habet interdictum: vnde vi nomie ecclesie: z hoc dictum nota perpetuo q̄ prelatus potest agere etiam possessorio pro iuribus ecclesie subtractis anteq̄ possideat illa: seu ipsaꝫ ecclesiam: quia agit nomine ecclesie que fuit in possessione quo tamē limita: nisi alius esset in possessione quia fructus: z iura debētur possessori. videretur enim tunc velle ipsū spoliare. ista est notabilis decisio dominorum de Rota quam pro notabili refert Ab. in dict. c. litere. z predicta intellige siue prelatus solus agat: siue prelatus cum capitulo. licet aliqui voluerint: q̄ tunc agat nomine suo. tamen tutius est sēper agere nomine ecclesie: siue prelatus solus agat / siue prelatus: z capitulum. quia sunt administratores: z non domini: quia dominium rerum ecclesiarum est apud christū seu apud ecclesiam vniuersaleꝫ seu apud ipsam ecclesiam: vt notabiliter dicit Innocē. in. c. cum super. de causa possessio. z propriꝫ: pro q̄ dicto soleo allegare pulchrum tex. iuncta glo. i. c. cū ex eo. de electio. in. vj. in ver. christi. Ista tamē dicta declara vt procedant quando agit pro iuribus particularibus ipsius ecclesie sec⁹ si ageret ꝓ corpore ipsius ecclesie: vt q: agat possessorio recuperande: vel adipiscēde. tunc agit nomine proprio: non ecclesie: quia ipse fuit spoliat⁹ non ecclesia: ecclesia enim non possidet seipsam. nec regit seipsam: sed prelatus suo nomine: z tanq̄ rector ipsā possidet: z gubernat. z de istis p Inno. in. c. in literis. de resti. spo. z probatur in. c. conquerente. eo. tit. z in. c. ex insinuatione. de procu. Non procedunt etiam predicta qñ prelatus agit pro iuribus competentibus ipsi non ecclesie. vt quando episcopus agit tanq̄ episcop⁹ contra ecclesias inferiores pro iuribus episcopalibus. c. cum venerabilis. c. constitut⁹. de reli. domi. de quo per Inno. vbi supra. ¶ Nota q̄ tex. iunc. glo. in dic. c. litere. inducitur ad questionem. testes fuerunt producti super prescriptione decem annorum probanda. qui deposuerunt Titium posse disce nouē annis: z plus: z concluditur q̄ non probant: quia vbi aliquid est determinate probandum: dictio plus: et similes generales: z incerte nihil operantur. nam dictum testis debꝫ necessario concludere. c. in presentia. de proba. ita tenent cōmuniter doc. in dic. c. litere. z Ab. allegat Bar. in. l. cum furti. ff. de in litē iuran. Et tu adde pulchre notata p Bar. in. l. celsus. in vlti. colū. ff. de vsuca. vbi etiaꝫ dixit q̄ non est probata longi temporis prescriptio: si testis dicat: q̄ possedit a decem annis citra: z vbi eleganter loquitur in materia. Et idem inferas in omnibus casibus: in quibus aliquid d̄bet esse certum: z determinatum: z sic habes pulchram limitationem ad. l. hec adiectio. ff. de. ver. signi. quia illa procedit in his in quibus non requiritur certitudo: z determiatio. Tu scis q̄ glo. i. c. nō putamus. de consue. in. vj. tenet: q̄ non valet consuetudo: q̄ appelletur de pari ad parem. sed tu habes tex. notabilem in contrarium in. c. exposuit. eo. ti. quia tunc consuetudo facit cum maiorem. sed q̄ appelletur de maiori ad maiorem: vel de codē

ad eundem qui est idē iuris fictio-
ne vt de vicario ad episcopuz non
valet consuetudo.ita loquitur ille
textus. ¶ Nota ex eodem textu q̄
semper allegatur q̄ vbi citatio fit
de longinquo potest fieri ad totam
causaz: ꝛ si non comparebit potest
procedi ad vlteriora sine noua ci-
tatione / cum videatur contumax
in tota causa: sed si cōparebit tūc
citatio artat eum non recedat
de loco iudicij nisi item dimittat
procuratorem. cū de facili non pos
sint citationes geminari de longin
quo/sed non tenetur postea compa
rere in iudicio ad singulos actus
sine noua citatione/cum sit incertū
quando debeant explicari. Pro q̄
est quod voluit Bar.in.l. qui ante
calendas.ff.de ver.obli.ꝛ per istā
rationez quando citatio fit ad par-
ticulares actus.per non existentē
in ciuitate. puta de rustico. potest
iudex illum reum compellere vt
eligat sibi locuz in ciuitate vbi pos
sit ad singulos actus citari/cuz du
rum sit semper mittere ad villam:
vt notabiliter voluit Ang.in dicta
l.qui ante calendas. quem refert
Ab.in dicto.c.cexposuit. sicut enī
ratione longinque absentie permit
titur ista citatio generalis.ita etiā
ista compulsio / vt eligat locum in
loco iudicij.ꝛ nota ista quia sunt q̄-
tidiana ¶ Nota glo.ij.i dicto.c.q̄
quando citatur aliquis q̄ persona
liter compareat non potest compa
rere per alium. Et nota q̄ iste tex.
iunc.glo.facit contra Ab.in.c.cuz
parati.de appel. Et dixi.s.in ru.
de appella.ꝛ dum Ab.hic de ver.
personaliter.allegat notata p̄ glo-
sam in cle.j.de vi.et ho.cle.in ver.
personaliter.adde q̄ illam glosam
reputauit singularem in.c. mulie-
res.de senten.excōmuni. Illā etiā
allegat in.c.sequit de iudeis. Sed
tu dicas q̄ non est singularis. sed
des sibi socias in.c.licet canō i fi.

personaliter.in.c.cuz ex eo in ver.
personaliter.de elec.in.vj. Et fa-
cit tex.iunc.pulchra glosa in.c. sci
endum. xxvij.q.j. ꝛ multa iura in
hac materia allegaui in repetitio-
ne mea.c. inter alia. de immu.ec-
cle.hic omitto / quia statui q̄ istud
sit compendium. ¶ Nota ex textu
iunc.glo.in ver. saluis exceptioni
bus.quid operentur illa verba po-
sita in procuratorio. Et nota sin-
gulariter pro intellectu glosa sin-
gular(in.c.relatio.xxj.q.j.que vo
luit q̄ nō valet procuratorium sub
illa forma. promitto ratum habe-
re/quod per te legitime factuz fue
rit.q̄ licet a principio talis procu
rator non debeat admitti propter
nimiam generalitatem: ꝛ cauendū
est ne lites ex litibus oriantur.ta-
men si de facto fuit admissus redu
citur ad intellectuz iuris que legit
time ꝛ cetera.scilicet secundum di
spositionem iuris gerere poterit: ꝛ
sic fiet constituentem interpreta-
tio: ꝛ sic reducetur ad terminos iu
ris communis: ꝛ sibi imputetur q̄-
re apertius non dixit. Ita singula
riter volunt Anto. de Bu. ꝛ Ab.
in dicto.c.exposuit. ¶ Dubitatur
si procurator sit cōstitutus sub hac
forma vt faciat omnia que ipse cō-
stituens in propria persona posset
facere videatur habere potestatez
explicandi que exigunt specialia
mādata. Et Abbas in dicto.c.ex
posuit. in fine allegat Bartho. in
l.procurator cui libera.ff. de pro-
curato.q̄ sic allegat etiam Archi-
di.in.c.j.de rescrip.in.vj. Et text⁹
in.l.creditor.§.lutius. vbi etiam p̄
Bartholum.ff.manda. Tu autem
adde. Ab.in.c.cum dilectus.de re
ligio.domi.ꝛ Ange.in.§.prohibe-
mus.in auten.de colla.ꝛ Domi.in
c.j.de rescrip.in.vj. qui videtur te
nere contrarium. ¶ Querit etiam
Abbas quid si procurator est con
stitutus ad certa negocia: ꝛ postea

subijcitur clausula promittens ipse constituens habere ratum quicqd procurator suus fecerit. an videa= tur ex hoc concessa libera. ꝛ remit tit ad Bartholum in dicta. l. pro= curator cui libera: ꝛ in. l. j. ff. de of= fi. procura. cesa. ꝯcludit ꝙ non. sed in dicta. l. procurator nihil dicit de hoc. Et adde ꝙ si conceditur ple= na administratio. est idem acsi con cederet liberam. textus est notabi lis iuncta glosa in. l. si procurator. C. de procura. Et Barthol⁹ in di= cta. l. procurator cui libera. Et no ta tu canonista ꝙ concessio libere importat ꝙ possit facere que pos= sit dominus dummodo dolus ma= lus absit Bartho. in dicta. l. procu rator cui libera: ꝛ ideo non potest donare.

¶ De dolo et contumacia.



Hic ponitur ista rubrica propter fatigatos in iu= dicio dolo aduersario= rum. Nota glosam in. c. j. in ver. nancisci. ꝙ si iu= dex decreuit aliquem mittendum in possessionem ex primo decreto. ꝛ impediatur propter potentiam aduersarij. habetur pro misso ꝛ po terit deueniri ad secundum decre= tum absqꝫ eo ꝙ sit facta vera mis= sio ex primo decreto Bartho. in. l. cum vnus. §. fi. cum. l. sequēti. ff. de bo. aucto. iudi. possi. ¶ Nota ex glo. in ver. rigor. ꝙ lex si quis in tā tam. C. vnde. vi. non habet locum in ecclesijs ꝛ minoribus cū eis sub ueniatur per remedium restitutio= nis in integrum. Sed in dicta. l. si quis in tantam. communiter tene= tur contrarium quantum ad mino= rem si erat doli capax. quia in deli ctis non restituitur nisi crederet si bi licere occupare propria auctori tate rem propriam. quia licet sit in dolo presumpto. tamen subuenitur ipsi minori: vt tenent An. de bu. et Abbas in dic. j. ꝛ Bartholus in di cta. l. si quis in tantam. Nota tamē vnum ꝛ perpetuo memorie commē da. ꝙ vbi aliquis ex iudicis defe= ctu rem suam non potest consequi tunc potest propria auctoritate il= lam inuadere. glosam habes nota= bilem in. c. ius gentium. j. distinc. Voluit Innocē. in. c. olim. j. de re= stitu. spo. Facit. l. nullus. iunc. glo. C. de iudeis sm̄ Abbatem. Et tu adde pulchrum textum cum glosa in. l. si ali⁹. §. bellissime. ff. quod vi aut clam. Bartho. in. l. hostes. ff. de capti. quod tamen limita ꝑ glo= sam singularem in. c. j. de consue. re cti feudi. nisi quādo copia iudicis haberi non possit / quia se absenta= uerat: quia tunc debet expectari. quando tamen in breui est reuersu rus. de quo per Alex. in. l. j. §. nun= ciatio. ff. de no. ope. nū cia. Et dux glo. concludit. ꝙ illa lex non habet locum in ecclesia. sed prelatus pu= nietur in suo patrimonio. dicas ꝙ in simili idem videtur tenere glo. in. c. j. in glosa fi. vt lite pen. Sed glosa in. c. ij. de ordi. cogni. in ver. ipsius. tenet ꝙ delictum persone non nocet ecclesie / secus si delinqt communicato cōsilio capituli. Et idem glo. in regula delictum. de re gu. iu. in vi. Glo. ꝛ Bar. in. l. iube= mus. C. de sacro. san. eccle. ꝛ in di= cta. l. si quis in tātam. Hosti. ꝛ Jo. an. in dic. c. eccle sia. &. glo. fi. Sed contrarium tenuit glo. in. c. placu= it. xvj. q. vj. ꝛ ibi Lau. ꝛ Archidi. Et glosa. xj. q. iij. ca. priuilegium. Cardi. ꝛ Ab. ī dicto. c. j. Et in istꝫ locis concluditur ꝙ delictum pre= lati ꝛ capituli non nocet ecclesie. vt ecclesia priuetur re sua. Et ista secūda opinio mihi videtur verior quia cum expresse non possunt alie nare sine debita solennitate bona ecclesie. c. sine exceptione. xij. q. ij. multo fortius neqꝫ tacite. maxime delinquendo: ꝛ pro ista opinione fa

cit dictum notabile Innocen.in.c. accedentibus.de exces.prela. vbi dicit ꝙ prelatus ⁊ capitulum non possunt renunciare statutis ⁊ consuetudinibus ecclesie in preiudicium ipsius ecclesie: ⁊ dictum notabile Jo.an.in.c.constitutus. de religio. domi. vbi voluit ꝙ ecclesia non potest perdere vtile dominiuꝫ quod habet in bonis emphiteoticis ex solutione canonis non facta ⁊ pro ista opinione videtur ꝙ sit vna ratio satis valida. quia vbi in aliquo casu non conueniunt verba legis nec eius dispositio.l.iiij.§.totiens.ff.de dam.infec.c.idemnitatibus.§.penultimo.de elec.in.vj.l. si seruum.§. non dixit pretor.ff. de acqui.heredita.l. hos accusare.§. omnibus.ff.de accusa. Sed verba legis si quis in tantam. non conueniunt prelato ⁊ capitulo.ergo eius dispositio non procedit in illis. Nã illa lex vult priuare violentum inuasorem proprietate rei quãdo dominus erat: sed prelatus ⁊ capitulum nõ sunt domini sed administratores. Et quia aliqui dicunt ꝙ ista est alienatio legalis. dicit Abbas hoc esse falsum ꝙ nulla lege cauetur ⁊ de hoc ĩ ecclesia: ⁊ ego aliter respondeo ꝙ etiam alienatio legalis non procedit in bonis minoris que non possunt alienari vel obligari sine decreto/ glosa est notabilis: ⁊ per Bartholum approbata in.l.item: quia.ff. de pactis. ergo idem dicendum ⁊ fortius in ecclesia. Et si alia opinio esset vera dicas singulariter ꝙ non procedit si maior pars capituli consensisset ⁊ minor contra dixisset: quia tunc nõ fieret preiudiciũ ecclesie: quia isto casu/ oportet vt omnes concordẽt ita singulariter Pau. de cas.in dicta.l. iubemus. Et ponitur ibi in apostilla ad Bartholum in dicta .l.iubemus. quod est perpetuo memorie commendandum: quia est singular: limitatio ad legem. quod maior.ff.ad municipa. Et nota duas notabiles glosas in decreto. Prima est ꝙ si prelatus fuit in culpa in non acquirendo. tenetur ecclesie de suo ad interesse. glosa est notabilis in.c.ij.xij.q.iij. Secunda ꝙ contra prelatum patientem rem ecclesie prescribi potest agere ecclesia ad interesse propter suam negligentiam. glosa est singularis in capitulo.placuit.ij.xvj.quest.iij.

¶ Si tu vis multas species contumacie recurras ad glo. in capitulo.ex literis.in ver.contumaciter. Nota etiam ibi glosam in ver.religionis. ꝙ cũ religiosis mitius agẽdum est quo ad penam. de quo per Jo.an.in capitulo accusatᵒ.de here.in.vj. Hoc tamen non procedit in pena priuationis a beneficio.illa enim facilius imponitur prelatꝭ regularibus ꝙ̃ secularibus.quia illi in beneficijs habent ius magis tenue.de quo in capitulo per tuas. de simo. ¶ Nota ex glosa in ver. indiffinite. ꝙ priores litere non reuocantur per secundas facientes mentionem generalem ⁊ indiffinitam de prioribus: sed debent facere mentionem expressam. ⁊ dicit Abbas post multa ꝙ in hoc nõ potest dari certa doctrina. sed iudex debet considerare an tale quid fuerit expressum in primis quo expresso papa nullo modo/ vel saltem nõ de facili dedisset secundas literas capitulo super literis.capitulo postulasti. de rescrip. Nota ex glosa notabili in cap.causam. in ver.ad domum ꝙ quamdiu aliquis reperiri potest/ semper est citandus primo personaliter/ non autem ad domum: ⁊ quando dicatur quis non reperiri/ vt possit citari ad domum declarat Bartho. ĩ .l.iiij.§.pretor. ff.de dam.infec. ⁊ ĩter alia dicit ꝙ

54

sufficit q sit absens a ciuitate si nũ
q̃ fuit citatus i iudicio. vt quia est
prima citatio. Si vero ab initio fu
it in iudicio/ sufficit abesse a iudi-
cio vt possit citari ad domum. Et
nota vnum pulchrum dictum Bar
tho. in dicto. §. pretor. quod multũ
extollit Abbas in dicto. c. causam
q si iudex mandat iudicio q citet
Titium personaliter/ vel ad domũ
videtur mandasse secundum dispo
sitionem iuris / vt prius reperiat
personam: sed si non potest reperi-
ri citet ad domum. Nota etiam ex
eadem glosa iuncta cum textu / q
domino existente presente nõ de-
bet citari prima vice procurator.
sed dominus si est presens. quod
tamen intellige in his que sunt gra
uis preiudicij. secus i his que sunt
modici preiudicij/ de quo per Bar
tho. in. l. q̃uis. ff. de dam. infec. vt
in missione in possessionem ex pri-
mo et secundo decreto. Nota etiã
ex eadem glosa procuratorem pri-
us requirendum absente domino
antequam perueniatur ad citatio-
nem domi faciendam: et debet fieri
aliqualis discussio per nunciũ/ an
dimisit procuratorem. Et intelli-
ge si talis causa que possit agitari
per procuratorem. c. veniens. cum
sua materia. de accusa. Nota etiã
ex eaden glosa q non inuento citã
do/ nec procuratore debet citari p̃
mo ad domum si illam habet. post-
ea ad ecclesiam. Et ita intelligit
glosa per doc. licet loquatur alter-
natiue. Nec etiam sufficit secundũ
doc. fieri citationem ad appotecã
si alibi habet domum. Nota etiam
ex eadem glosa non debere proce-
di contra absentem. etiam domi ci
tatum: nisi prius requirantur ami-
ci eius. an velint illum defendere.
de quo per glosam in. l. ij. ff. ex qui-
bus cau. in possess. ea. et p Bartho-
lum in. l. he autem, eodem titulo.
In. l. si finita. §. iulian⁹. ff. de dam.
infec. et per docto. in hoc capitulo
causam. Et videtur esse magis cõ
munis conclusio q non requiratur
talis citatio nisi in casibus a iure
expressis: et in illis casibus erit ta-
lis practica/ vt fiat edictum gene-
rale si quis consanguineorum vel
amicorum velit eum defendere cõ
pareat. Et si tu vis scire rationẽ
quare de iure communi quando p
ceditur contra absentem non req-
rantur amici. dicas q cum fuerit
in culpa non dimittendo procura-
torem/ non debet seruari hec equi-
tas vt requirantur amici. Est ta-
men consulendum iudici q faciat
talem citationem. licet si non fue-
rit facta non vitietur processus.
hoc consilium ponunt aliqui mo-
derni in. l. si finita. §. iulianus. ff. de
dam. infec. Nota etiam ex eadem
glosa. q actore contumace potest
procedi contra eum lite non conte
stata reo instante. de quo per legi-
stas in autentica. qui semel. C. q̃-
modo et quando iudex.

Nota tamẽ singulariter q hoc
casu quando proceditur contra ab
sentem potest iudex supplere de fa
cto inquirendo veritatem etiam in
fauorem absentis recipiendo pro-
bationes et testes ex officio suo. vt
notabiliter probatur in dicta autẽ
tica. qui semel et ibi per Bartholũ
Et vt hec exequatur poterit req̃-
rere consanguineos et amicos illi⁹
absentis.

¶ Nota et etiam memorie commẽ
da textum secundum Abbatem in
capitulo. prout. eodem titulo. q iu
dex potest compellere reum semel
contumacem ad prestandum iura-
toriam cautionem de parendo iuri
quod est contra iudices scd̃m Jo.
an. et Abbatem qui in limine iudi-
ciorum sine causa extorquent hoc
iuramentum. Nota ex glosa in p̃.

cautionem. et ibi per docto. quod licet aliquis iurauerit parere iuri tamen si iniuste grauatur non obstante iuramento poterit appellare. ¶ Nota ex glosa. in ver. instante. quod litis contestatio inducitur ad responsionem rei ad solam instantiam actoris/ licet iudex non preceperit quod responderet. Nota glosam in ver. terminetis. quia ad illam quotidie fit remissio/ quia ponit practicam procedendi contra reum contumacem et contra actorem contumacem.

¶ Nota ex. c. finem litibus/ peremptoriam exceptionem posse obiici et probari etiam postquam actor fundauit intentionem suam: et sic post publicationem attestationum super * principali. aliter publicatione non facta non posset constare an actor fundauerit suam intentionem. quod tamen intellige quando est talis exceptio que directe non contradicat intentioni actoris. sed est compassibilis cum facto principali: vt quia probasti fundum esse tuum. ego nunc volo probare quod prescripsi. et sic de similibus. Secus si proponatur exceptio incompassibilis. vt quia volo probare fundum non esse tuum. Et isto modo intellige glosam in. l. ij. C. senten. rescin. non poss. que negat peremptoriam posse probari fundata intentione actoris: et ibi per Bar. ¶ Nota ex eodem textu/ et memorie commenda secundum Abbatem quod fit commutatio pene pecuniarie ad corporalem. etiam quando pena venit applicanda parti: et etiam quando est interesse respectu actoris: et pena respectu debentis soluere. Et tu vltra Abba. adde glosam in. c. sicut dignum. in ver. si habent. de homi. et in regu. peccatum. de re. iu. in. vj. in prima glo. ¶ Nota singulariter pro intellectu victi. c. fine litibus. quod ad hoc quod dispositio illius tex. procedat duo requiruntur. ¶ Primo vt fundata intentione actoris obiiciatur exceptio. Secundo quod ad ipsam probandam non se obtulit incontinenti. sed voluit habere inducias. altero ergo deficiente cessat pena istius decretalis. Et sufficere debet actori prouisio iuris communis. scilicet: vt fiat condemnatio in fine cause per regulam victus victori: et c. c. calumniam. de penis. ¶ Et nota pulchrum consilium Abba. ad euitandum dispositionem huius textus / vt ante fundatam intentionem actoris reus proponat suam peremptoriam sed non probet nisi fundata intentione actoris/ si est talis que probari possit publicatis attestationibus. iuxta ea que dicta sunt supra. quia proponendo eam prius videtur tollere presumptionem malicie super qua se fundat textus. Nota pulchram glosam in ver. fundauerat. que ponit modos quibus dicitur actor fundare intentionem suam. et nota illam vt scias allegare. ¶ Nota glosam magnam in ver. expensas. ad quam quotidie fit remissio. Et nota dum queritur de expensis que prestantur ratione contumacie quod directe peti possunt. licet quidam voluerint quod veniant indirecte. scilicet si velit contumax audiri/ vt concluditur per doc. super ista glosa. Sed si facta esset missio in possessionem iudicialem/ tunc verum est quod veniunt expense indirecte scilicet si contumax recupare voluerit possessionis commodum: et in condemnatione expensarum que fit ratione contumacie non est contumax citandus. secundum Jo. an. de quo tamen per Abba. in c. j. de iudici. et ibi dicitur: et per Bar. in. l. non ignorat. C. de fruc. et li. expen. Et adde nota. per Bar. in. l. j. ff. si quis ius dicere. non obtempe. in. l. iij. §. ad diem. ff. de re mili. vbi habetur quod si iudex fecit preceptum de comparendo sub pena. quod ille qui non comparuit non potest multari

55

sine noua citatione. quod tamen limitat ipse notabiliter in. l. impuberibus. §. fi. ff. de suspec. tuto. Nisi iudex in precepto penali cōminatus sit q si non comparebit mulctabit eum tali mulcta. nam tunc in impositione mulcte non requiritur noua citatio. Et an condemnatio expēsarum ratione contumacie fieri debeat siue procedatur siue nō in absentia: et vltra hic adducta per do. Nota vnum dictū singulare Pau. de cas. in. l. j. §. j. ff. si quis ius dicē. non obtempe. q ad hoc vt iudex p inobediētia possit mulctare requiritur q propter illaz inobedientiā impeditus fuerit processus et altera pars damnificata: sed si non fuit impeditus processus: vt quia fuit citatus ad videndum iurare testes licet non compareat. recipiuntur testes/ et illa citatio fit ad commodum citati si non vult comparere nō debet mulctari. Et adde notabilem textuz. quem ibi ponderat Abbas in. c. veritatis. hoc eodem titulo. q licet iudex procedat ad vlteriora/ tamē potest propter inobedientiam contumacem excommunicare inquantum cum contempsit. Nota etiam q ratione contumacie non veniunt solum expense facte in lite: sed etiam damna lucri cessantis/ vt quia propter litis assistentiam perdidit lucrū artis sue. de quo in. l. sancimus. C. de iudi. et per Bartholuz in. l. j. ff. de aliena. iudi. mu. cau. fac. Et quia glosa hic vult q regulare est vt in fine litis victus victori condemnetur in expensis. Quid si cōtumax in causa finaliter obtinuit nunquid recuperabit suas expensas quas soluit ratione contumacie. Et communiter doc. in dicto. c. finem litibus. cō cludunt q non: quia soluit propter culpam suaz vnde sibi imputet. de quo per Bartholum in. l. si pignore. ff. de pigno. acti. Nota etiā glosam: quia tangit an iuramentuz calumnie excuset ab expensis. de quo etiam per glosam singularem in. §. oportet. in aucten. de iudicibus et per doc. in autentica generaliter C. de episcop. et cleri. in. l. eum quē temere. ff. de iudi. in. l. qui soliduz. §. etiam. ff. de lega. ij. in. c. calumniam. de penis. Et communis videtur esse conclusio q licz excusat a calumnia/ non excusat a temeritate: quia etiam expense veniunt ratione temeritatis/ nisi aliqua iusta causa excuset secundum glosam et doc. ¶ Et nota vnum dictum singulare Hosti. et Jo. an. quod sequitur Ab. et dicit esse multum notabile. q non est verisimile q religiosa et honesta persona iniuste mouerit litem: et per consequens excusatur ab expēsis. Et ego p hoc dicto allego singularē glosam in. c. de presentium. xvj. q. j. nō negligatis glosas domini mei non cessabo vobis hec commemorare. ¶ Nota etiaz ex eadem glosa. q in causa criminali habet etiam locū condemnatio expensarum: et ita communiter tenetur. Tangit etiam glo. quid in causa appellationis: et multa dicuntur per doc. sed conclude sic. q et in causa principali et in causa appellationis fit condemnatio expensarum. nisi probabilis causa in facto vel in iure consistens excuset litigantem. quod iudex boni ingenij suo arbitrio existimabit. quia hoc semper debet esse in consideratiōe an litigans habet iustam causam litigandi. an non. Et vide glosaz notabilem in regula. ignorantia. de regu. iu. in. vj. Nota etiam q glosa tangit que expense veniant: et concludē q necessarie et vtiles: sed debent esse moderate: et etiam veniunt expense cibariorum secundum doc. detractis illis quas domi fecisset. nisi i in domo vixisset ex artificio. de quo per Bartholuz in. l.

¶ De excep.in.vi.

NOn sufficit in genere propo nere aliquid quando quelibz species generis illum non sequitur effectum ad quem proponitur. gl. est notabilis in.c.j.in ver.speciem. ¶ An sufficiat ad probandum ex communicationem probare denun ciationem excommunicationis .est glo.in dic.in ver.nomen. ¶ In ter minis est pro ratione voluntas : q2 ita poterat dari plus: vel minus tẽ pus.glo.est notabilis in . d.ꝟ.octo dierũ. ¶ Multos casus ponit gl. in quibus ecclesiasticus iudex co gnoscit inter laicos in.c.cũ quidã. in ver.de iure. ¶ Regula est:ꝙ iu dex de qua re cognoscit ꝓnunciare debet. vt in.l.de qua re. ff. de iudi. hoc tamen fallit in quibusdam casi bus.glo.est in di.c.in ver.cognitio. ¶ Quando pena non est certa. est arbitraria.glo.est in dict.capit.in ver.debita.

¶ De exceptionibus in cle.

TErminus prefixus ad propo uendum dilatorias intelligi tur peremptorius: licet non expri matur.glo est in cle.j. in ver. perẽ ptorio. quam pro notabili allegat Baldus in.l.consentaneũ.C.quo

modo: et quando iudex. Ab. in cap. pastoralis de exceptio. Et facit tex. in. l. j. C. de dila. et quod voluit Bar. in. l. fi. ff. de ferijs.

De emptiōe et venditiōe:

In ista rubrica tractatur de cōtractu in quo trāsfertur dominium: et etiam possessio: si venditor erat dominus: vel vsucapiendi cōditio si alius erat dominus. l. clauibus. ff. de contra. emp. Et vnde habuerit ortum iste contractus ē tex. in. l. j. ff. de contra emp. ¶ Nota tex. c. j. q non debet aliquis vendere carnes plusq̄ȝ valeant. et istud facit: q si ecclesia vult vendere rem suam: et reperit aliquid plus vltra q̄ȝ valeat non debet recipere: hoc voluit glo. nota. x. q. ij. §. hoc ius. et Hosti. hic. quod tamē intellige qñ ex ignorantia emptor velit tradere plus: immo dixit Cal. in. c. nauiganti. de vsuris. q peccat contrahens qui alium decipit in precio ēt citra dimidiā iusti precij. Et ideo ē difficile q inter ementem: et vendētem non interueniat peccatuȝ. tex. est nota. in. c. qualitas. de peni. dis. v. in. c. ejiciens. lxxxviij. disti. Proba t etiam notabiliter tex. in dic. c. j. q exponens victualia venalia cōpellitur vendere iusto precio. facit quod habetur in. l. j. §. cura carnis. ff. de offi. p̄fec. vr. si probat etiā singulariter tex. ille q episcopus habet iurisdictionem in laicos quando versatur causa pietatis. Exemplum habes: q peregrini transeuntes humaniter tractentur. et si etiā non sunt exposita victualia venalia tamen tempore necessitatis cōpelluntur habundantes vendere iusto precio. In alijs que non sunt necessaria ad vitam hominis non cōpellitur quis vēdere pro certo precio sed quisq̄ȝ in re sua est moderator. et arbiter. l. in re mandata. C. manda. hoc tamen intellige secundum q notat Bar. in. l. nemo. C. de iu*de. in. l. si venditor. §. si constat. ff. cōmu. predi. q p statutum generale hoc potest fieri: q res vendatur certo precio: secus si fieret specialiter contra certas personas de q̄ etiam per Bar. in. l. anthiocensiū. ff. de priui. credi. Et nota q valet statutum: q quicunq̄ȝ ceperit banitum sit dominus illius. tex. habes singularem iunc. glo. et ibi per bal. in. l. ij. C. q̄bus. ad liber. procla. nō. li. et casus in quibus aliquis cogit vendere. ponit Bar. in. l. fi. C. de fi dei liber. habes etiaȝ tex in. l. si q̄s sepulchrum. in prin. ff. de reli. Et nota q tex. in dic. c. j. procedit etiā respectu habitantium in ciuitate. non solum respectu peregrinorum de quo est tex. vbi per Bald. in l. j. C. de episco. audi. ¶ Nota ex glo. i ver. peniteat. in. c. ij. q pro eodem peccato punitur aliquis dupliciter in foro anime: et in foro iudiciali. Sed vidi semel dubitari: vnus fur furca suspensus pro furto: vtrū in purgatorio patietur penam pro illio delicto? Et allegatur q non in. c. quid ergo. xxiij. q. v. de quo p glo. et Ab. in. c. super eo. de rap. intellige tamen quando patienter ferat illam penam. ¶ Nota tex. qui semper allegatur in. c. cum dilecti. q tenet venditio. licet venditor sit deceptus vltra dimidiam iusti precij. potest tamen venditor agere vt restituatur res: vl' suppleatur iustū precium: et si alterum precise peteret succumberet: quod est notabile et legiste habent tex. in. l. ij. C. de resein. vendi. et probat etiam tex. ille notabiliter q ineptitudo libelli potest opponi etiam post sententiaȝ: et legiste habent glo. singulareȝ insti. de obli. in prin. secunduȝ Bal. in. l. actori. C. de iureiu. in. l. ex hoc iure ff. de iusti. et iu. Uolo tibi per istū tex. tradere vnam singularem limitationem. tu debes scire q cū nulli *

tatis deuoluit totam causam ad superiorẽ vt possit cognoscere super negotio pricipali ⁊ reformare sententiam. dictum est singulare Inno. in. c. cum contingat. de offi. dele. ꝙ pro multum notabili allegat Bar. in. l. si vt ꝓponis. C. quomodo ⁊ quādo iu. in. l. si expressim. ff. de appel. hoc non procedit quādo fundamentum prime sententie eēt nullum: vt quia lata fuerat sup inepta petitione. nam tūc superior nō potest reforāre sed simpliciter declarare nullam. tex. est singu. in dicto. c. cum dilecti. quē dicit singu. Bal. in dic. l. ij. in. xiiij. q. vbi idem dicit de iudice appellationis. Nota glo. in dic. c. in ver. deceptione. tu canonista: quia ponit differentiā inter contractum bone fidei ⁊ stricti iuris vt si dolus dat causam contractui bone fidei sit ipō iure null⁹ secus si incidat contractui stricti iuris. de quo per glosaz ⁊ doc. in. l. eleganter. ff. de dolo. Istud tamē limita non procedere in spiritualibus: quia talis dolus non annullat actum nec potest excipi. vt est glosa notabil' in. c. cum dilectus. quod me. cau. sm Abba. cui adde glosaz in. c. dudum. de conuer. coniu. ⁊ qđ notat Specu. in titulo đ restitu. in integ. §. qualiter. versi. sed nunqd. vbi dicit ꝙ minor ingrediens religionem non habet beneficium restitutiōis in integ. ⁊ quod notat Ab. in. c. preterea. de offi. đle. Nota tamen singulariter ꝙ licet contract⁹ sit nullus ratione doli: tñ si đcept⁹ vult potest stare illi contractui sm Ab. qui nihil allegat. Sed tu allega glosam in. l. iurisgentium. §. pretor ait. ff. de pactis. in. l. in cause. ij. post prin. ff. de mino. ⁊ in dic. l. eleganter in prin. quod tamen intellige nisi talis cōtractus sit a lege ꝓhibitus/ glosa est singularis in. l. a diuo. ff. de ritu nup. sm Bal. in. l. f. C. plus valere. qđ agitur in. l. non dubium in. x. col. C. de legi. in. l. ea que. C. đ dona. ante nup. ¶ Tu canonista debes scire ꝙ de iure ciuili est tex. in aucten. siue a me. C. ad velle. vbi habetur ꝙ res donata vxori propter nuptias non potest alienari per virum etiam cum consensu vxoris. nisi post biennium a tempore primi consensus/ mulier iterum consentiat: ⁊ sit tantuz i bonis viri vnde possit consuli vxori loco illius rei alienate. ¶ Scias modo ꝙ ex mora temporis. xxx. annorum presumitur ꝙ talis consensus interuenerit. glosa est singularis in. c. peruenit. eodem titulo. ex quo singulariter ꝙ vbi agitur de ꝓsumenda solennitate principaliter in damnum alterius non sufficit tēpus. x. annorum. sed requiruntur xxx. quod est singulare. pro intellectu. l. si filius. C. de pe. here. ¶ Tu scis ꝙ testamentuz publici vsurarij non valet nisi seruata forma/ de q̄ in. c. quāq̄. de vsu. in vi. Sed quero quid de testamēto illius qui vēdit cari⁹ ꝑꝑ preciȷ̄ solutionē dilatā vt quia easdez merces precio incōtineti soluto vendit pro certo ꝓcio sed cū vendit ad terminuz easdem merces vendit pro maiori precio: ⁊ dicas ꝙ tale testamentum est nullum: quia talis est vsurarius. c. nauiganti. de vsu. hoc tamen intellige quando hoc est publicū ⁊ indubitatū. Ita dicit Ab. singul'r in. c. ad nostrā. eo. ti. se cōsuluisse per illū tex. quod est notabile. Et nota ex eo. textu. iunc glo. in ver. patet ⁊ glo. sequenti. ꝙ vsurarius cōuincitur per solas presumptiones vrgentes: ⁊ adde bonū tex. in. c. cū in dyocesi. de vsu. Et pro intelligētia tex. quia materia est cottidiana. eliciam tres breues ꝯclusiones. Quarum prima est ista. quando vēditio fuit isto precio/ apposito pacto de retro vendendo/ nō presumitur cōtractus feneratitius nec pignorati

tius.tex.E qui semper allegatur in l.ij.C.de pactis inter emp.et vẽdi. que lex procedit etiã de iure cano nico ſm glo.hic. ¶ Secũda est cõ clusio. quando interuenit pactum de retrouendendo pro modico pre cio.ex istis duobus presumitur cõ tractus feneratitius: vt videtur sen tire glosa hic et apertissime glo.re putata singularis in.c.conquestus de vsu. Archi.i.c.plerique.xiiij.q.iij. Anto.de bu.i.c.illo vos.de pigno. Ab.in dicto.c.ad nostrã.et in consilio suo.lxxvj.licet aliqui teneant con trarium quos hic referre nolo. sed ista opinio videtur esse cõmunis propter auctoritatẽ glo. licet hoc non bene iure probetur.dicit tamẽ Ab. in dicto.c.ad nostram. pro declara tione quod precium debet esse valde tenue respectu valoris rei duplici. respectu primo quia contrahentes solent se decipere in precio. Secũ do / quia res minus valet propter illud onus retrouendendi in vendi tione appositum. ¶ Tertia est con clusio.quando fit pactum de retro uendendo certo termino elapso pro modico precio.talis contractus pre sumitur feneratitius. textus est in dic.c.ad nostram. Et nota pro de claratione eorũ que dicta sunt .s. in.c.cum dilecti.quod etiã si venditor dixisset in contractu se donare quod plus valebat. tamẽ poterit cõtra uenire. quia illa verba generalia referuntur ad modicã quantitatem.l. hec adiectio. ff.de ver. significa. quod tamen intellige quando ignorabat va lorẽ rei.secus si sciebat. De quo per Bar.in.l.si quis cum aliter. ff. de verbo.obli.in.l.ij.C.de rescin. vẽ. in.l.si tibi.ff.de pactis. Et ideo cau tela est quod dicat venditor dono quod est plus siue sit paruum siue sit ma gnum. ¶ Nota glo.fi. in prin.in.c. cum causa.que tenet quod si in trans actione aliquis sit deceptus vl tra dimidiam iusti precij non habet locum remedium dicti.c. cum dile cti.et dicte.l.ij.contrarium tenet Bar. dic.l.ij.sed quod non habeat locum est bonus textus in.l.quod si deferen te.ff.de dolo.de quo in.l.lutius §. vlti.ff.ad trebel. Et nota quod ista iu ra habent locum in quocunque con tractu bone fidei vt per Bartho.et Bal. in dict.l.ij.et est glosa in.l.ma ioribus.C.cõmunia vtriusque iudi. Vo lo tibi dicere vnã notabilẽ limita tionẽ ad titul.de prescriptionibus tu scis quod contra ecclesiam regula riter non currit nisi prescriptio.xl. annorum.vt in.c.de quarta.de pre scrip. Istud non procedit in actio nibus personalibus: quia non datur tantum tempus: sed finiunt vitam ſm dispo sitionem iuris ciuilis.a quo cum li mitatione illa inuenta sunt. Istud notabiliter probatur in dic.c. cũ causa. iunc. glo.et idem dicas de alijs a ctionibus quarũ alique clauduntur anno vel biennio. quod est notabi. Et nota etiam glosam in fi. quia cotidie est practica. que vult quod in minore iuramentum de non contra ueniendo operatur solum respectu beneficiũ etatis: quia non poterit pe tere restitutionem in integrũ. Sed non excludit minorem a benefi cio predictorum iurium. Et nota quod ſm cõmunẽ opinionẽ non est neces se quod minor iurans certioretur.de quo per Bar.in.l.sciendum.ff.de verbo. obli.in.l.ij. C.de rescin.ven.in au cten.sacramẽta.C.si aduersus ven. ¶ Scias tu canonista quod tex.in.c. fina.loquitur de euictione.nã vendi tor tenetur emptori re euicta.nisi in tribus casibus ibi positis. Et nota pro declaratione illius textus quod emptor tenetur denunciare vendi tori.etiam scienti litem esse motam de quo per Bar. in.l. denunciasse. ff.de adul.in.l.ij.§.voluntatẽ.ff.so lu.ma.in.l.non solum §. morte.ff. de ope.no.nunc. in.l. quia absen tẽ.ff.de procura. Limitatur tamen

cõmunis opinio nisi venditor & emptor fuissent simul conuenti in iudicio/ tunc absq alia interpellatiõe poterit emptor superatus agere. glosa est sing.in.l.si dictum.§.penul.ff.de euic.sm Bal.in.l.libera. C.de sen. Limita etiã singulariter nisi venditor in instrumento iurasset venire ad defendendum emptorem.quia tunc si sciat litem motam non requiritur alia denunciatio. dictum est singulare modernorum in dic.§.volũtatem. Nota etiam singulariter q licet dicatur q ad hoc vt possit agi de euictione requirat denunciatio litis mote.hoc est verum/quando emptor vellet contra venditorem fundare intentionem suam per sententiam euictionis cõtra se latam.absq eo q aliter probet euincentem esse dominum. Sz si vellet probare euincentem esse dominum.obtinebit agẽdo contra vẽditorẽ actiõe ex ẽpto ad interessẽ vt singulariter volunt moderni in l.si domus.§.de euictione.ff.de le.i.& imola.in hoc.capitulo.fina.Et nota vnum pulchrum dictum q clericus venditor tenetur defendere rem venditam laico in foro seculari. glosa est multum notabilis in capitulo clericum nullus.xi.q.i.& ad de quod notat Bar.in.l.venditor. ff.de iudi.in.l.i.C.vbi i rem actio. & in questione ibi formata per eum videtur q cõiter teneatur contrarium. Nota q si aliquis vendit rex habita fide de pcio.in illa re nõ est potior ceteris creditorib' rõne tacite hypotece tex.est sing.in.l.qdã ff.de in rem ver.sm Bal.in.l.fi.C. cõmo. Quero aliqs vendit possessiones suas & excepit fructus earum.vtrum appellatione fructuũ veniat fenũ:& dicas q sic.textũ habes sing.in.l.pratuz.ff.de v.signi. & idem dicas in arundine. textus est singularis in.l.fundum.§.cum fundum.ff.de contrahen.emp.

De ecclesiis edificandis.vel repa.

Quia contingit quandoq q ecclesie consecrate ruunt et sic reparatione indigent: & etiam quandoq de necessitate de nouo edificari debent:ideo posita est hic ista rubrica. Et nota glosam.i. in capitulo.i.que comparat beneficiatum fructuario.de quo per glosam notabilem in.c.presenti.de offi.ordi.in.vi. Nota q ex causa põt ecclesia parrochialis construi infra parrochiam alterius. textus est notabilis in.c.ad audientiam.& vide pulchram glosam in.c.nulli. xcix.distinctione.que est fi. Volo tibi dicere vnum singulare dictum Hostien.in dicto capi.tu scis q ecclesia non debet edificari sine dote vt in cap.nemo.de consecra.disti. i.hoc non procedit vbi de necessitate ecclesia est edificãda.quia potest construi sine dote. ex quo non reperitur modus ipsam dotandi:& erit remedium vt episcopus prouideat.q presbiter capelle sustentet de quo ibi pulchre per eum. Volo tibi dicere aliud pulchrum dictum & nouum. Ab.tu habes per glo.et doc.in dic.c.ad audientiam.per illũ tex.q ecclesia acquirit patronatum in ecclesia fundata infra parrochiam suam. q tamen intelligit Ab.procedere prout loquitur tex. ille quando ecclesia contulit aliqd de suo. vt quia contulit obuentiones cuiusdam ville:sed quid si capella edificatur infra ecclesiam p aliquem laicum:& per illum dotat. nunquid ecclesia acquirit patronatum i illa capella:vt sic in pñtatione concurrat cum laico constructore & dotatore. Et Ab. respõdet q semper tenuit q sic.qz ecclia ponit fundũ & ex fundatiõe acqrit ius patronatus, vt est pulchra glosa in

86

materia in.c.pie mentis.xvj.q.vij. ꝛ profecto istud est pulchꝛuꝫ dictũ ꝛ nemo aduertit ad hoc: ideo notetis/qꝛ poteritis honorem assequi: quia est casus cottidianus. Non omittam etiam aliud dictũ singulare ꝯ quosdã rectores ecclia꜄rũ. qui construũt capellã ex redditib⁹ ecclie: ꝛ attribuũt eã patrimonio suo ꝛ vendicant sibi vt priuato: ꝛ consanguineis suis ius patronatus. tales peccant sine dubio cũ vsurpent bona ecclie: ꝛ pro hoc habes tex. sing. iunc. glo. in.c.aplicos. xij.q. ij. ꝛ ex illo tex. potes instrui. qđ faciendũ sit de ecclesia quã de facto prelatus alicui⁹ ecclie de redditibus prelature construxit. Et nota ibi glo. in alio reputatam sing. ꝙ si clericus de pecunia ecclie edificat in suo solo. ꝙ solum cedit edificio. quod est sing. ¶ Nota ex glo. in.d. c. ad audientiã. in ver. obuẽtiões. ꝙ episcopus non põt etiã ex cã diuidere parrochiã inuito rectore ecclesie matricis: sed glosa tenet contrarium in.c. nulli. xcix. disti. Sed non tradas obliuioni glo. multum notabilẽ. x. distin. c. j. ꝛ loquif etiã ibi glo. de papa volente diuidere episcopatũ. ¶ Nota sing. tex. in.c. de his. eo. titulo: quia non reperif alibi. ꝙ sacerdos nõ tenef ad reparationẽ ecclesie sue. nisi quaten⁹ ei superest deductis necessarijs: et idem dicas ꝙ non tenetur ad aliquam piã causam: qꝛ ordinata charitas incipit a seipso. c. non satis. lxxxvj. distinc. ¶ Nota pulchꝛam potestatem traditam episcopo. de qua in cap. ad audientiam. ij. eodẽ titulo. ꝛ ibi per glosam ꝛ doc. ꝙ ecclesiam secularem potest reformare ad statum regularem: ꝛ pro veritate conclude sic. ꝙ si subest causa potest episcopus hoc facere inuitis clericis: vt quia clerici seculares inhoneste viuũt. glosa est notabilis. c. antepenul. xij. q. ij. sed si episcopus vellet facere ex causa volũtaria. tunc non posset illis inuitis. glosa est in dicto. c. ad audientiaꝫ. in ver. indulgemus. quod tamẽ singulariter limita/nisi vellet episcopus hoc facere sine preiudicio clericorum. vt sic alteratio status haberet effectum post mortem clericorum: ꝛ hoc poterit fieri inuitis clericis: ꝛ hoc modo potest intelligi glosa in dicto. c. ante penulti. ſm Abbatem. ¶ Nota ſm doc. ꝙ tex. in. c. fina. non procedit in iuramento/quod prestant hodie prelati de non alienando Romano pontifice inconsulto: quia hoc iuramentum intelligitur etiam de licita et necessaria alienatione. Hoc auteꝫ singula. limitat Abbas/nisi immineret summa necessitas alienandi ꝛ tantam celeritatem requireret. que non pateretur superiorem posse consuli. tũc alienatio poterit fieri sine consensu pape vel alterius superioris cui fuit tale iuramentuꝫ prestitum: ꝛ ad hoc multa allegat dicens hoc esse notabile propter exemptos habentes superiores in remotissimis locis: ꝛ vltra adducta per ipsum addo glosam in cap. finalem de maio. ꝛ obe. in ver. presentium. in fi. Et est optimus text⁹ in. c. j. in fine. ne sede vacan. in vi. facit tex. in lege. profecticia. §. sed si proponas. ff. de iure dotium. Et nota ꝙ legatus de latere non potest dare licentiam contra hoc iuramentum alienandi ſm Abbateꝫ allegantem in terminis. Spe. pro quo adducit rationem: quia non potest legatus disponere in his q̃ sibi papa specialiter reseruauit. c. quod translationem. de offi. lega. Et ego allego optimam glosam in capitulo. j. de cle. egro. in. vj. in ꝟ. tantummodo.

¶ De eo qui duxit illam quã pol. per adul.

In ista Rub. ponitur de vno impedimento matrimonii quod causatur ex adulterio vel machinatione in mortem coniugis. Et pro intellectu totius tituli dicas sic. q alio non interueniente potest aliquis ducere in vxorem illam quam prius polluit per adulterium. c. significasti. hoc eodem titulo. Si autem aliquis contraxit cum muliere supstite propria vxore. nec ad alia fuit processum: et solus contractus matrimonii non impedit matrimoniū contrahi. mortua vxore: et idem si non cōtraxisset de presenti. sed dixisset fidem de contrahendo post mortē coniugis. c. fi. eodem titulo. Si autem cum contractu matrimonii fuit mixtum adulteriū: et tunc aut cū ignorante: et potest esse inter eos matrimonium post mortem coniugis. c. j. eo. ti. Et intellige qn superinducta ignorauit toto tēpore ante mortem prime vxoris. Si autem certiorata de vita prime coniugis pmisit se cognosci ab illo viro. nō pōt amplius eū habere in maritū. c. fi. eo. tit. Et doc. in. c. j. et idē per oīa dicendum est. quando pcessit fides deducendo secundam secuto adulterio. Et si vxor machinatur in mortē mariti cū extraneo. vt illum possit habere in virum secuta morte nō pōt inter eos esse mrīmoniū: vt in di. c. j. Si vero sit machinatio alterius tantum. non impeditur matrimonium. nisi sit machinatio iuncta cum adulterio: et per ista habes quasi summariū totius ti. ¶ Nota casum singu. iunc. glo. ij. in. c. significauit. q matrimoniū metu contractū. est ipso iure nullū. etiā si interuenit iuramentum. ¶ Nota glo. j. in fi. in. c. ex lrarum: qr solet allegari q sola deprehensio in adulterio non sufficit ad puniendū dephēsum nisi aliter conuincatur. Et vide glo. in. c. si quis dyaconus. l. distinc. in ver. dephēsi. et in. c. presbiter. lxxxj. dist. in ver. captus. Et per per glo. et doc. in. c. cum nō ab hoīe. de iudi. Et nota illam glo. in ver. captus. qr potes illā adducere ad illa que dicta sunt contra notoriū fornicatorē. in tit. de coha. cle. et mu. ¶ Volo tibi dicere mirabilē penam quā eccl'ia potest imponere contrahēti matrimonium cum habēte aliā vxorē. que ponitur p glosam in. c. de bñdic. xxxij. q. j. vbi abscinduntur pāni ante et retro: et si sit mulier crinibus inscissis ad maiorem ignominiā. vñ pōt ecc'iasticus iudex istū habentē duas vxores publice de honestate. mō p dicto vel alio. Et in quibusdam locis coronantur mitra ignominiosa. vel aliā ignominiā patiuntur: et habes in simili tex. i. c. episcopi. xxvj. q. v. vbi ecclesia imponit penitētiā ignominiosam. istis diuinatoribus Tu scis q aduersus qdlz delictum regulariter procedit pscriptio. xx. annorum. l. querelā. C. de fal. tñ de iure canonico non currit prescriptio in peccatis. quo minus saltē in foro anime imponatur penitētia p delicto. vt est glo. nota. in. c. admonere. xxxiij. q. ij. in ver. penitētia. ¶ Tu scis q de iure ciuili spurij et alij ex damnato coitu non possunt petere alimenta a patre Aucten. ex complexu. C. de incest. nup. secus tamē de iure canonico. textus est qui alibi non reperitur in. c. cum haberet eodē titulo. et idem vult Bar. dic. auctē. ex complexu. qui dicit q parentes poterunt relinquere dotem filiabus. cum succedat in locum alimentorū quod est singula. fm Abba. et adde notata p Bar. in. l. mevius. §. duobus. ff. de leg. ij. in. l. fi. §. si a socero. ff. de his que in frau. cred. vbi dicit q etiam mortuo marito illa dos non potest reuocari a consanguineis patris de iure canonico cum habeat pro alimentis. cōsuluit tamen singulariter Ab. in cōsilio. c. xv. q licet filia viuente non

sit dos auferenda: quia habet loco alimentorum. ipsa tamen mortua sic. quia alimenta extinguuntur. Et in materia alimentorum. vide pulchram glosam in dicto. c. in fi. secundum facultates. Et nota q Abbas ponit vnum nouum q iura q dicũt q mater tenetur nutrire filiũ vsq ad trienniũ vltra triennũ pater procedũt in filijs legittimis sed in filijs spurijs parentes tenentur non habita distinctione etatz equaliter alere filios secundum facultates eorum. per textum singularem in dicto. c. cum haberet. in fi. & profecto ista opinio mihi non displicet quam vltra adducta per ipsum corroboro. & primo adduco textuz ibi aliter q ipe inducat: quia verisimiliter inter tot filios erat aliquis minor triennio: & tamen dicit text. q vterq secundum facultates alimẽta ministret. preterea postq vterq peccauit in procreando. in penam vterq debet illos alere. preterea tenendo istam opinionez mulieres facilius abstinebunt se a tali peccato scientes se esse obligatas ad subministrandum alimenta filijs procreandis ex illicito coitu: & sic concludo cum opinione Ab. Sed aduerte quia Bal. in dic. aucten. ex complexu. vult q hoc sit verum in filijs spurijs: sed nõ i incestuosis et nepharijs: & puto q dicat verum. quia textus in dicto. c. cum haberet. nõ loquitur de illis. ideo remanet dispositio iuris ciuilis intacta. Et nota glosaz in auctẽ. de incest. nup. in principio. in ver. sancimus. que dixit q nepharie nuptie dicũt inter ascendentes & descendentes inceste iter collaterales et affines & quot sint species filiorum habes glosam notabilem in. c. vlti. xxxij. quest. iiij. Et nota etiam ex eadem glosa casus in quibus pater nõ tenetur alere filium. Et nota q si filius sciat exercere artem aliquam, vel aliud habeat vnde viuat. pater nõ tenetur ipsum alere. l. si quis a liberis. §. sed si filius. ff. de libe. agnos. p quo alle. singula. glo. in simili in l. si maritus. ff. sol. ma. & pul. glo. in l. si quis. argentum. §. si quis. C. de do. Limitat tamen Bartho. in dicto. §. sed si filius. hoc. nisi filius sit nobilis. ita q non deceret ipsum artem vilem exercere. tunc enim tenetur pater filium egentem alere. pro quo facit singulare dictum Azo. in summa de pa. po. quod allegat Baldus in. l. alimenta. C. de nego. gest. Ab. in capitu. fina. de cõuer. infi. & ego allego pulchrum textum in. l. interdum. in fi. de. operis liber. Et scias q omnes cause sufficientes ad exheredandum filium sufficiunt ad priuandum eum alimentis scdm Ab. & tu de hoc alleg. singularẽ textum cum glosa in l. si quis a liberis. §. idem iudex. ff. de libe. agnos. & Bar. in. l. si patrẽ. C. de alen. libe. qui non fuit memor illius text. Et cause legittime ad exheredandũ ponuntur per glo. in c. quinta vallis. de iureiurã. Et scias q licet parentes sint probiti instituere filios spurios. extraneus tamẽ potest instituere: quia hoc nõ est prohibitum. glosa est singularis in. §. fi. in autẽ. quibus mo. natura. effi. sui. ¶ Nota textuz qui semper allegat i. c. significasti. q matrimonium contractuz ab excommunicato tenet. sic & professio facta per excommunicatũ tenet. & caracter imprimitur ordinato. c. cum illorum. de sen. excommuni. Nota tex. iũc. glo. fi. singulariter in dic dict. c. q absolutio non est impendenda nisi petenti. pbat etiam illa glo. q põt quis cõpelli indirecte vt petat absolutionẽ. tenet tamen scdm doc. absolutio facta ipso inuito quantum ad penam. licet non quo ad culpã. & adde ea que habentur in. c. ab excommunicato. de rescrip.

De eo qui cogno.cõsang.vxo.sue.

NOta ꝙ affinitas cõtracta ex copula cum ꝯsanguinea vxoris. non dirimit matrimonium pꝰ contractum: sed soluit sponsalia de futuro. Item priuat facultate contrahendi matrimonium ꝛ exactiõe debiti in vxore habita: ꝛ in hoc cõsistit vis totius tituli. ¶ Et scias ꝙ ex copula illicite habita contrahitur affinitas impediens ꝛ dirimens matrimonium inter affines. tex.est in capitu.de illo. quem tex. etiam not.ꝙ copula potest esse notoria: vt puta si publice aliquis tenet concubinam.quod facit ad materiaȝ.c.vestra.de coha.cle.ꝛ mu. ꝙ fornicatio clerici potest esse notoria.sine alia probatione si publice tenet concubinã. Et ibi fuit põderata glosa in.c. tua nos. in ver. non ex euidentia.quam Ab.hic dicit memorie commendandam. Et nota etiaȝ nota.ex illo tex.ꝙ de eo quod est notum iudici: vt notoriuȝ. potest ferre sententiam sine testibꝰ etiam si sit notoriũ facti transeuntis.quod est no. Et legisse habent glo.no.in.l.j.C.qui ꝛ aduer. quos ¶ No.tex.in.c.super eo. qui allegatur semper ꝙ non separatur matrimonium ad confessionem coniugum qui dicant affinitatem precessisse/etiam si rumor vicinie consentit. Nota glo.ibi in ver. rumor. ꝙ aliud est rumor.aliud est fama. nã fama est proprie quando tota ciuitas vel maior pars aliquid asserit rumor quando aliqua pars. ꝛ adde glosam in capitu. si duo.in glosa.j. xxxv.q.vj. Tu habes glosam primam in fine.in capitulo discretionem.nunquid maritus possit obicere vxori adulterium.cui ipse occasionẽ dedit: ꝛ adde notata per glo. in capitulo.concubuisti.xxxij. questione.vij.de quodaȝ egrotante ad cuius preces vxor concubuit cum medico: ꝛ glosa in capitu. si tu abstines.xxvij.quest.ij. ¶ Et scias ꝙ crimen incestus impedit matrimonium contrahi: sed non dirimit contractum.capitulo.transmisse. cum glosa.j. eodem titulo. Et nota ex eodem textu ꝙ de iure canonico coniugatus dicitur committere adulteriuȝ etiam cognoscendo solutam.pro quo vide textum in capi. nemo.in cap.dicat.xxxij. quest. iiij. Licet aliud videatur de iure ciuili de quo in.l.j.vbi per glosaȝ ꝛ doc. C.de adul. ¶ Et nota etiã ꝙ adulterium committitur cum sponsa alterius de presenti non cognita. textus est iuncta glosa in dicto.c.discretionem: ꝛ idem videtur cũ spõsa de futuro ad hoc vt sponsa ꝛ vir possint accusari de adulterio per textum nota.in.l.si vxor.§. diuus. ff.de adulte.vbi dicitur ꝙ nec matrimonium nec spẽ matrimonij violare licet. de quo per glosam in.c. quemadmodum de iureiuran.licet glosa videatur aliter loqui in.c.quidam.xxvij.q.ij. ¶ Queritur quis poterit dispensare cum incestuoso vt possit contrahere matrimoniuȝ Et Ab.in.c.j.in fi.dicit.ꝙ si est cõmissum verum crimen incestus vt cum consanguinea vxoris vel cum propria consanguinea.tunc potest episcopus dispensare ratione iuuẽtutis.per textum in capitu.si duo. in fi.xxxv.quest.vj. si autem nõ est proprie crimen incestus.vt quia cõmissum est cum consanguinea sponse ꝛ tunc poterit episcopus dispensare etiam citra iuuẽtutem allegat c.veniens eo.ti.sed hoc contra dicta Ab.allego glo.ĩ dic.c.veniẽs. in ver.ex dispensatione. ꝛ glosa in. c. siquis cum duabus. xxxiij.questione.ij. in quibus locis habetur ꝙ nunꝗ potest episcopus dispensare nisi ratione incontinentie.

88

¶ De eo qui furtiue ordines recepit.

Quia quandoq aliquis recipit ordinem furtiue. id est sine ordinatione et licētia superioris sine examinatione: vt quia ingerit se cum multitudine ordinandorum ignorāte ordinatore. ideo ponitur ista rubrica. ¶ Et nota pro intellectu totius tituli. q si excommunicatio non erat lata contra tales. tūc eps potest dispensare iure suo cum illo furtiue ordinato. Si vero erat excommunicatio lata: et tunc si intrat religionem potest episcopus etiam iure suo dispensare. Si vero remanet in seculo: et tūc vt promoueatur ad maiorem ordinem suscepto solus papa dispensat. idem sm Joan. an. in ordine furtiue recepto sed in aliis pri⁹ habitis potest episcopus dispensare. ¶ Tu scis q inferior non potest tollere cōstitutionem pape. c. cum inferior. de maio. et obedi. cle. ne romani. de elec. potest tamen inferior adiuuare dispositionē canōis p appōnē pene. vt notabilr pbat in. c. innotuit. eo. ti. et est glo. in dict. cle. ne romani. in ℣. tolli. vide ea que dixi in rubrica de elec. in cle. non repeto.

¶ De excessibus prelatorum

Quia dictum est in aliis titulis de variis excessibus tam prelatorum q subditorum. hic modo ponitur solum de excessibus ipsorum prelatorum. ¶ Nota glosam in. c. j. in ver. iudiciario. quia ex ea habes vnam specialitatem in excōmunicatione vt valeat lata sine citatione licet sit iniusta. secus in aliis sententiis. Et nota vnū dict. no. Inno. in hoc capitulo. q vbicunq suspensio fertur propter crimen et in penam. nunq requiritur monitio secus si propter contumaciam. ¶ Nota q episcopi possunt vnire ecclesias sibi subiectas. textus est qui semper allegatur in. c. sicut eodem titulo. et dicūt doc. ibi q quantumcūq prelatus habeat ecclesias pleno iure subiectas: tamen nō potest vnam ecclesiā vnire vel vnā alteri subiicere: quia ista tanq grauiora sunt reseruata episcopis. hoc primo limitat Abbas. nisi prelat⁹ inferior hanc potestatem vniendi prescripsisset. hoc enim prescriptibile est. cum sit iurisdictionis allegat glosam quam dicit notabilem in clementi. ne in agro. §. ad hec. in verbo. ordinarios. de sta. regu. Secundo limitat quādo prelatus inferior in illis ecclesiis prescripsisset iurisdictionem quasi episcopalem. nam ex quo habet quasi episcopalem iurisdictionē: et vnire est episcopalis iurisdictionis. ergo poterit: et per hoc dat regulam q omnia pertinentia ad iurisdictionem episcopalem possunt explicari per pₒtum inferiorem habentem iurisdictionem quasi episcopalem in loco allegat glosam quam dicit notabilē in cle. j. de rebus eccle. non alie. in ℣. pprii. quā etiā approbat Ab. in. c. j. de rebus ecclesie nō alie. et in cap. statuimus. de transac. Sed non aduertit Abbas. q glosa ē in contrarium in cle. si vna. in ver. si episcopū. de rebus eccle. nō alie. et ex hoc cōcludit Ab. dictū doc. non esse verum. nā vbi ecclesie sunt pleno iure subiecte prelato inferiori. talis plātus dicitur ibi habere iurisdictionē qsi epalē. c. qm̄. de pui. Et tu vide textū et pulchram glo. in. c. abbates. i ver. quasi episcopalem. de priuile. in. vj. Et nota qdā dicta qtidiana. quorum primum est istud q legatus d latere potest vnire ecclesias sicut eps. licet mlti tenuerūt ətrariū/tamē ista est verior opinio. Et nota istā regulā q oīaq potest facere plāt⁹ in dyocesi sua sicut est episcop⁹ vl archiepiscop⁹

potest facere legatus i sua legatione: quod intellige etiam siue beneficia spectent ad collationem legati siue non: vt puta: quia sunt deuoluta ad papā ꝙ poterit legat⁹ hāc vnionem facere: naz hec vnio respicit proprietatem bonorum. vnde lex non habeat ius conferendi: habet tamen ius vniendi: ⁊ sic vult Abb. ꝙ legatus non possit conferre beneficia quorum collatio est deuoluta ad papam. Sed dicas: ꝙ Ab. nō aduertit ad glo. in. c. j. in ver. amplio ri. de officio lega. in. vj. que in terminis tenet contrarium: ⁊ est pulchra glo. in hac materia. Et idem concludit Ab. in epo: etiam in beneficio quod sibi papa reseruauit. non preiudicabit tamen illi pro quo papa bñficiū reseruauit. Sed valet vnio illo dimittēte bñficiū ꝓ q̄ papa fecit reseruationem. Hoc tamē limita non procedere quando reseruasset certam ecclesiam sue disposi tioni: nam cum illud sit verbum generale non poterit inferior de illa disponere secundum Ab. Et nota vnum fundamentum in hac materia: ꝙ vnio fit ex causa: ⁊ causa non subsistente vnio est nulla secundum dominos de Rota decisione. lv.

Et nota glo. in cle. ij. de re. eccle. non alie. in ver. consentiente. ⁊ nota ista: quia sunt pulchra. Nota glo. q̄ semper allegatur in di. c. sicut. i ꝟ. pertinere. que ponit aliqua reseruata soli Romano pontifici. cui adde glo. in. c. si ẟ aposta. in. c. quod trāslationem. de offi. lega. Tu debes scire: ꝙ de iure ciuili cōfessio extra iudicialis non probat delictuz quo ad penam. vt est glo. ordinaria i. l. capite quinto. vbi per Barto. ff. de adul. Sed sufficit talis cōfessio ad supponendum confitentem torture vt ibi. Quero: quid dicendum de iure canonico? ⁊ dicas ꝙ talis cōfessio non probat delictum quo ad penam etiam de iure canonico, textū habes notabilem in capitu. quam sit graue. co. ti. Et nota illum tex. singulariter: ꝙ licet confessio extra iudicium facta non probet delictū. vt de eo possit confitens puniri: tñ si transit in aliam speciem delicti poterit puniri: vt est delictum gladiationis de malo: quod est notab.

¶ Volo tibi dicere vnum dictum singulare: ⁊ quotidianum Bar. In Italia familiaris cuiusdam nobilis fuit percussus: dominus suus sibi dixit: nunq̄ redeas domum nisi aliud sentiam de hac re: famulus i terfecit percussorem suum: domin⁹ fuit punitus de illo homicidio quasi mandasset committi. Dictum est singulare Bar. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acqui. heredi. ⁊ ꝓ isto dicto potes allegare tex. singularem in. c. ex literis. in ver si. qui respondit. hoc eo. ti. quia non refert an directe: an indirecte aliquid cōsulatur. ⁊ hoc dictum Bar. multuz notat Ab. in di. c. ex literis. qui adducit etiam tex. in. c. si. de homi. in vj. Sed aduerte quia contra istud dictum Bar. facit. quia illa verba possunt intelligi quod debeat illuz accusare vt puniatur secundum formam iuris. ergo talia verba generalia non debemus interpretari cōtra dominum: vt debeat puniri tanq̄ mandauerit delictum committi. facit tex. in. l. si preses. i. l. interpretatione. ff. de penis. Non obstat tex. in dic. c. ex literis. quia illa verba ñ possunt importare nisi mortem. nō obstat etiaz tex. allegatus per Ab. in dic. c. fi. quia ille fuit in culpa mādando expresse ꝙ deberet illū verberare. nec est dicendū vt dicit Abbas: ꝙ per ista verba ita generalia videatur mandasse verberantem verberari: commenda tñ memorie dic. Bar. propter eius magnam auctoritatem. ⁊ quia ita fuit iudicatū Nota glo. in dic. c. in ver. cōsuluit. que potest allegari: nunquid cleri-

89

cus incurrat irregularitatez si inter rogatus dicit: q pro tali casu debetur pena mortis: et vltra doc. tu allega glo. in.c.pessimam.in ver. archiepo.xxiij.q.viij. ¶ Notent domini clerici: et non tradent obliuioni q ludus alearum intantum est prohibitus clericis: vt etiam cõsuetudo non valeat in contrariuz etiã si facit respectu cuiusdam voluntatis: quinimo clericus aleator debz reputari vilis: et indignus ad beneficium obtinendum. tex. est singularis in.c.inter dilectos. est ergo sufficiens causa ad irritandam collationem factaz clerico aleatori. Nota glo.in di.c.in ver. voluptuosos. quia probat q clericis licituz est ludere causa conuiuij. cui adde glo. in.c.j.xxxv.distin. Dicas tamen q malefaciunt quantũ ad consciẽtiã. tamen non reputatur vilis hoc casu clericus: vt possit repelli ab obtinendo beneficio. Nota glo.fi.i fi. quia potest adduci ad questionem: nunquid si collatio beneficij facta per papam non tenuit: vel propter surreptionem literarum. vel propt indignitatem: redeat potestas ad papã.an vero ordinarius loci possit illud beneficium alteri cõferre? et conclude ex intentione doc. q potestas redit ad ordinarium: quod procedit nisi papa sibi reseruasset bñficium. Secũdo fallit quando papa mandasset illud beneficium conferri non expressa certa persona. de q per Jo.an.in.c.quod sicut. de ele. Et adde q si supior delegauit causam pertinentẽ ad ordinarium licz expiret non potest intromittere ordinarius: sed debet superior vel remittere ad ordinarium: vel alteri delegare. Dictum est notabile Inno. in.c.cum.M.ferrarieñ.de consti. Bal.in.l.si vt proponis.C.quomodo: et quando iudex.in.c.j. de allodijs.in.vj.colũ. et istud videt facere contra dcã doc.hic. Nota q̃dam que sunt reseruata dignitati epali que ponũtur in.c.accedẽtibus.eo.ti. et est tex.sing. potest tamen inferior illa prescribere: de quo glo. an tepenul. et fi. Et qr dicit tex. q ista possunt q̃ri p cõcessionẽ superiorz: dicũt doc. etiã epi: preter insignia. nam ista non possunt cõcedi: nisi p solũ papã.argu.c.vt apostolice. de priuile.in.vj.quod est nota. Nota tamen singulariter sm doc. q licet quandoqz p papam concedãtur insignia epalia inferiori prelato ad decorẽ.nõ tñ põt pter hoc ille prelatus exercere iura epalia. ẽ ergo solum quedã nuda demõstratio. Tu vides q epi q̃nqz fulminant sñias excõicationis cõtra nõ reuelantes furem: seu furtũ. Potest dubitari an de iure hoc facere possit. tu habes tex.notab. q sic in. c.dilectus. de quo p doc.in.l.in ciuilẽ.C.de furtis. et dicetur in ru.de furtis. qr sñia interdicti potest ferri nedũ in loco sed in persona. Vellez scire que differẽtia est inter interdictũ: et excõicationẽ. Et respondeas qñ eris interrogatus. q excommunicatio nedum priuat participatiõe sacramẽtorum: sed etiam cõmunione hominum: sz interdictũ priuat solũ participatione sacramentorũ. de quo i c.a nobis. de excep. et in dic.c.dilectus. Nota glo.j.in.c.dilectus. qr p illa rationẽ inferunt doc. q ẽt p papam non possit sacerdos cõpelli ad detegendũ peccatũ in pñia cõfessuz: qr in illo actu sacerdos ẽ maior papa. Et aduertant simplices sacerdotes qui reuelant peccatum suo episcopo: et epus dicit: ego recipiam in confessione: nullo modo dz dicere. de quo in.c.ois vtriusqz sexus de peni. et remis. de quo infert q si sacerdos pducitur in testẽ põt salua conscia dicere se nihil scire si scit tanq̃ deus in cõfessiõe. Et nota q si aliquis iurauit nõ reuelare secreta alicuius: potest illa reuela-

de si producitur in testē. Dictū ē no tabile. Inno.in.c. qualiter ⁊ qñ.ij. de accu. qđ pro notabili alle. Ab.in dic.c.dilectus. ¶ Volo tibi declarare quomodo dr constitui collegium in aliqua ecclesia: ↄstituitur eñ vel per priuilegiū cōcessum a superiore post fundatam ecclesiam: vel si a principio fuit ordinatum: q̄ ecclesia esset collegiata: vel si longo tempore vixerunt collegialiter. et sunt in quasi possessiōe collegij: alr̄ licet sint plures clerici in ecclesia beneficiati: non propter hoc dicuntur constituere collegiū. ista habentur p doc.in.c.dilecta.eo.ti.ij.c. postulasti.de iure patro. ¶ Notēt domini clerici: quia non peccant si nō appellant episcopū dominū. sed debent appellare prelatum: vel patrē. tex.est in.c.esto subiectus .xcv. distin. hoc autē limitatur nō procedere ratione prestiti iuramenti. quia non debent illum appellare dominum: vt probatur in.c.grauem. vbi per Inno.eo.ti.⁊ est tex.in.c. cum clerici.de verbo.signi. Nota glo.ꝗ in dic.c.grauem. q̄ clericus recipiens bñficiū ab episcopo iurat obedientiam: ⁊ fidelitatem. ¶ Dubitatur quandoqꝫ: an frates minores ⁊ predicatores: ⁊ etiam alij religiosi teneantur ad requisitionem episcopoꝝ ire ad processiones: ⁊ respōdes q̄ non: tex. habes singula. ij.c. nimis praua.eo.ti.quod tamen intellige ex leui causa: secus si ex magna causa fieret processio. vt ī nouo introitu episcopi: vel legati: vel imminente peste. ⁊ sic de similibus. vt ergo religiosi quietius intendāt diuinis non debēt ex leui causa vocari ad processiones. ¶ Nota vnū bonum consilium q̄ quando aliqs debet priuari beneficio. cedat spōte nec expectat sententiam ad euitandum dedecus ⁊ infamiam. vt probat tex.in.c.fi.eo.ti.facit quod habetur ī.l.si reus paratus.ff.de p

cura. ¶ Nota ne erres q̄ virtus interdicti ecclesiastici refertur dumtaxat ad exercitium ordinis ecclesiastici: non autē ad iurisdictionē. ⁊ per violationē interdicti quis ꝑdit iurisdictionem. vnde suspendit eo ipso ab omni potestate. tex. ē in singu.in di.c.fi. Et notetis pro instructione vestra quedam sub compendio in materia interdicti. alia dicētur in alijs locis. Interdicto loco non sunt persone directe interdicte sed respectu ad illum locum dūtaxat.c.si sententia.c.is qui. de sent. excōi.in.vi. ¶ Celebrans in loco interdicto: vl si persona est interdicta ⁊ celebrat incurrit irregularitatem: a qua per solum papam pōt absolui. vt in dic.c.is qui. c. ij.de re iudi.in.vi. ⁊ est suspensus ab omni potestate clauiū: ⁊ officio. Et rō ē q2 interdict⁹ simpliciter: vel respectu loci est suspensus: vt in dic.c.is qui. non tamen est priuatus beneficio ipso facto. sed venit priuādus. Et illi incidunt tempore interdicti in irregularitatem qui exercent aliquod deputatū certo ordini: nisi illud deputatū certo ordini exerceatur per quēcunqꝫ. vt est videre in epl'a que ex cōsuetudine communi dicit p quemcūqꝫ sine appatu'. Et caueat p̄latus tp̄e excōicatiōis suspēsiōis: vl interdicti: ne faciat corā se celebrari: q2 videret auctorisare ⁊ sic efficeret irreglar. ista colligitur ex tex. ⁊ ibi p doc.in dic. c.fi. et vide glo. notabilem ī cle.archiepiscopo.in ver.celebrare.de priuile.

¶ De excessi. prela.in vi.

Ubi ꝟbo alienatiōis adiūgit ꝟbū vniuersale: icludit ēt alienatio p quā nō trāsfert dniū. gl. est notabilis in.c.ij.in ver.alienationis. ¶ Religiosus mendicans potest de licentia sui prelati eligere vitam heremiticā. glo. est ī.d. c. in ver. licentia. ¶ Et nota q̄ text.

90

in dic. c. j. allegatur semper q religiosi mendicantes non possunt acquirere noua loca ad habitandum vel antiqua alienare sine speciali licentia sedis apostolice.

¶ De excessi. prela. in cle.

Constitutio mentionez faciēs de episcopis: et superioribus appellatione superiorum cōprehēduntur archiepiscopi: et patriarche glo. est nota. in cle. frequens. i ver. superiores. Ex quo infertur notabiliter: q in dispositiōe restringibili cardinales non comprehendunt sub genralitate verborū. sed oportet q de eis fiat specialis mentio. de quo per Jo. an. in. c. ad succidēdos. de scis. in. vj. ¶ Prelati faciētes capi clericos: seu religiosos exemptos in casibus eis a iure nō cōcessis sunt excommunicati. tex. est nota. iunc. glo. in dic. cle. in ver. capiunt. ¶ Ista verba pro libito voluntatis. important voluntatem liberam: et absolutam non subiectam alicui rationi. hoc singulariter probatur in dic. cle. in prima colū. ibi absq rationabili causa p libito voluntatis ¶ Non potest prelatus interdicere ecclesias exemptas. glo. est nota. in di. cle. in ver. iterdicāt. ¶ Episcopus potest ab exemptis charitatiuum subsidium moderatū tamen exigere. vt notabiliter pbat tex. in dic. cle. §. nonnulli. ¶ Exempti in literis quas scribūt ordiarijs non tenentur in principio literaruz ponere obedientiam deuotam. gl. est notabil in dic. cle. in ver. obediētiam. ¶ Habens ius presentandi ad beneficium potest presentare p literas. glo. est notabilis in dic. cle. in ver. literarum. non ergo tenetur se personaliter conferre. ¶ Ad remotionem illius quem episcopus istituit spreta patroni presentatione potest agere patronus et presentatus. glos. est notabilis in dict. cle. in versi. indignas. ¶ Que beneficia dicantur de mensa. glo. est multum notabilis que semper allegat in dic. cle. in ver. ad mensam. secundum Ab. in. c. de monachis. de prehen. in. c. vt super. de rebus eccles. non alie. in. c. ad aures. de excessi. prela. in. c. cum venerabilis. de excepti. in. c. conquestus. de foro compe. ¶ Appellatione beneficiorum diocesis: veniunt etiaz beneficia exempta in diocesi existentia. glo. est notabilis in di. cle. in ver. anni. quā glo. allegat Domini. in. c. j. §. fi. de statu regula. in. vj. Et ibi est tex. q monasteria exempta dicuntur esse de diocesi. hanc etiam glo. allegat Domi. in. c. cum episcopus. de offi. ordi. in. vj. et ibi bonus tex. quod ē notabile quando ordinarius haberet priuilegium de fructibus percipiendis beneficiorum vacantium i sua diocesi.

¶ De filiis presbiterorum.

Quia vicium originis impedit ordinandum: ideo ponitur ista rubrica. et habetur. lvj. dist. per totum. ¶ Quero de hoc casu quotidiano ordinatus est aliquis tanq̄ legitimus. mater ipsius sibi reuelauit ipsum non fuisse genitum a marito: sed a quodam presbitero quid debeat iste facere? Et respondeo q non cogitur credere matri: per ea que notāt doc. in. l. filiuz dif finimus. ff. de his que sunt sui: vel alie. iu. tamen consilium est secundum doc. in. c. j. eo. ti. vt saluet conscientiam suam: vt vadat ad romanum pontificem pro dispensatione: quam facile obtinebit hoc casu
¶ Et nota ex capitu. j. q ingressus religionis tollit irregularitatem pueniētē ex defectu nataliū. non tñ abilitat ad prelaturā. Nota q factū in bñficialibus. per literas

surrepticias retractaſ quandocum qȝ: ⁊ sic non transit in rem iudicatã vt notabiliter probatur in.c.preſẽtium.⁊ in.c.cõquerente. Scias q̄ iura que dicunt q̄ filius non potest habere ecclesiam quam pater habuit. intelliguntur nisi intitulatiõe medie persone inter patrem defunctum: ⁊ filium purgetur vitium inabilitatis filij ad priuationem ecclesie paterne. tex. est notabilis in ca. ex transmissa.eo.ti. ¶ Sed quero: an sicut: filius non potest habere ecclesiam patris: sic ⁊ pater ecclesiam filij? ⁊ videtur eẽ verior opinio q̄ cum ista materia sit exorbitans: nec reperiatur hoc prohibitum in patre: q̄ pater potest habere ecclesiam filij: ⁊ quia non videtur esse eadem ratio prohibitionis: quia paſ succedit filio ordine turbato.l.naȝ ⁊ si parentib⁹.ff.de inoffi.test. Et quando parentes succedũt filijs dicuntur venire ad hereditatem sibi non gratam: sed triste lucrum sibi lugent acquisitum. ita notabiliter dicit tex.in.l.si.C.cõmu.de succe. facit tex.inst.ad tercu.§ prin.§ ver. tristi successione. ¶ Quero etiam: quid si eccl̄ie patris: ⁊ filij sint vnite propter ipsarum tenuitatem: an altero cedente: vel decedente superstes in vtraqȝ ministrabit? Hosti. tenet q̄ sic. quia tunc non ex vi successionis: sed vnionis administrat: nisi in fraudem canonis eẽt facta vnio: esset tamen equum vt ĩ sua antiqua filius ministraret ĩ vnita per vicarium. Et aduerte quia licet doc. forment questionem altero decedente: vel cedente. per iam dicta non videtur questio procedere: filio decedente. ¶ Et nota quia volo tibi dare pulchram limitationem in hac materia. iura dicunt: q̄ repellitur filius si pater ministrauit in ecclesia: hoc verum quando paſ fuit intitulatus ita q̄ ministrauit ratione tituli. secus si al's non intitulatus ministrauit: ⁊ diciſ non intitulatus quando vicarius temporalis ministrauit. Casum do tibi notabilem in.c.cõstitutus.eo.ti. Nota q̄ vt filius in ecclesia paterna immediate succedat alius q̄ȝ papa nõ dispensat: vt est tex. nota. in.c. dilect⁹. ⁊ concludit glo. ibi. q̄ nec etiam legatus de latere sicut non potest dispensare contra consilium. Dicit tamen Hosti. q̄ episcopus cum causa concernente vtilitatem ecclesie poterit dispẽsare. ⁊ adde glo.in.c. j.eo.ti.in.vj.in ver. tale. ⁊.lvj.dist. in summa. ⁊ certuȝ est q̄ episcopus potest cum causa dispensare cõtra canones. vt iam dictum est: ⁊ alijs locis dicetur. ¶ Nota bonum tex. in.c.quoniam. q̄ in notorijs non est necessaria discutio iudicij: vel probatio testium. ⁊ nota dictũ Innoc. ibi. q̄ eo q̄ pater ministrauit in ecclesia est notorium: quia non poterat non esse notorium. ¶ Et nota q̄ non solum prohibetur filius intitulari in ecclesia in qua pater fuit rector: sed etiam vicarius perpetuus. tex. nota. in.c. ad extirpandas. sic patet q̄ vicarius perpetuus ⁊ rector equiparantur: quia ambo dicuntur intitulati. Sed queritur q̄d in nepotibus: ⁊ alijs inferioribus: an sit prohibita facultas: ecclesias antecessorum recipere? ⁊ glo. notabi.in dic.c.ad extirpandas. in ver. filij. tenet q̄ sic. q̄ȝ in eis notaſ successio. ⁊ adde. glo. in.c. apostolica. viij.q.j. ⁊ est communis opinio: q̄d tamen limita sing. s̄m Inno. procedere quando nepos viuit filio mortuo: secus si viueret pater: quia tũc non notatur successio. quod est nota. Licet hec opinio apud me nõ sit sine dubio: cum de nepotibus nullibi fiat mentio: ⁊ materia sit exorbitans. ⁊ si de illis etiam voluisset cõditor canonis sentire: aliquo modo expressisset.c.ad audientiam. de decimis. ⁊ pro ista opiniõe allego gl.

c. quanto. in ver. de fraudata. et adde notata per Bar. in l. quicunque. ff. de fal. Si autem tu vis scire qua pena puniatur ille qui scienter expendit falsam monetam: concludit ex dic. Bar. in l. lege cornelia. ff. de fal. quod punitur pena legis cornelie de falsis. ille qui expendit nummos plumbeos: vel stanneos. Si vero aliam monetam: punitur pena extraordinaria. quod est notabile: quia Bar. multos defendit a pena ordinaria falsi. Et nota quod illa dicitur moneta falsa que fit ab qui non habet auctoritatem faciendi a princ ipe. Bart. in l. qui falsum. ff. de fal. ¶ Nota etiam regulam in hac materia: quod non licet inferiori ab imperatore cudere monetam. l. i. et ii. C. de fal. mone. quod tamen fallit in tribus casibus. Primus est quando princeps ex priuilegio alicui concessisset. Secundus casus est quando inferior prescripsisset per tantum tempus. de cuius initio non est memoria. c. super quibusdam. §. preterea. de verbo. sig. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. et esti. Tertius casus est quando esset talis princeps vel ciuitas qui prescripsisset iura imperii iuxta notata per Bar. in l. infamem. ff. de publi. iudi. in l. hostes. ff. de capti. in l. cum senatus. ff. de rebus du.. in l. i. §. de qua re. ff. de postu. in l. i. §. interdum. ff. a quibus appel. non licet. in l. quidam consulebant. ff. de re iudi. in l. i. §. si. ff. de questio. in l. relegati. ff. de penis. in l. iii. ff. de minoribus. Si tu vis scire an et quando papa possit absoluere a iuramento vide glo. multum notabilem in di. c. quanto. in ver. absolui. ad quam quotidie fit remissio. cui adde notata per Innocen. in. c. cum inter. de renun. glo. et Archi. in. c. auctoritate. xv. q. vi. vbi glo. multum laborat in hac materia Et glo. reputatam singularem in. c. non est de voto. que tamen loquitur in voto. Innocen. in. c. venerabilem. de elec. ¶ Et quia ista materia est quotidiana adducam sub compendio quasdam breues conclusiones quarum prima sit ista. ¶ Si iuramentum est tale quod non potest seruari sine interitu salutis eterne: vt si aliquis iurauit committere adulterium tunc non requiritur absolutio: sed auctoritate propria potest contrauenire iurans. licet debeat facere penitentiam de iuramento temerario. xxii. q. iiii. c. i. c. ad audientiam. in fine de sponsa. ¶ Secunda est conclusio. quod iuramentum potest seruari sine interitu salutis eterne: sed alias erat temerarium: et perniciosum exemplo et non debet contrauenire sine mandato superioris. c. venerabilem. de elec. c. cum quidam. hoc eo. ti. secundum Inno. in dic. c. venerabilem. quod intelligit Abb. in casu dubii. alias autem non obligat cum sit contra bonos mores. regula. non est obligatorium. de regu. iu. in. vi. ¶ Tertia est conclusio: si iuramentum est illicitum ex parte recipientis: sed ex parte prestantis licitum et tunc non licet contrauenire sine absolutione c. si vero. c. verum. hoc eo. tit. fortius quando ex vtraque parte licitum est. Quarta conclusio: a iuramento prestito per inferiorem in materia spectante principaliter ad papam vt si iurauerunt canonici non recipere aliquem vltra numerum: potest papa etiam sine causa absoluere. quia in tali iuramento itelligitur excepta auctoritas pape. c. veniens. hoc eo. tit. ¶ Quinta est conclusio: a iuramento prestito in alia materia: et principaliter ob dei honorem et reuerentiam: et tunc sine causa non potest papa remittere iuramentum: cum obligatio sit quesita deo: et fortius non poterit absoluere seipsum. Si tamen aliquem absoluit in dubio presumitur causa quo ad ecclesiam militantem. vt in simili notat gloss. in capitulo non est de voto.

149

¶ Et causa pōt esse si turpitudinē contineat ex parte recipientis: vel propter scandalum euitandum: vel si maior vtilitas imminet ī commutatione: vel subest aliqua alia iusta causa. c. nos sanctorum. xv. q. vi. Et nota ꝙ etiam in istis casibus poterit episcopus absoluere: vt est dictū notabile Inno. in. c. debitores. hoc eo. ti. Nota tamen secundum Abb. differentiam in hoc inter papam. et episcopum: quia in factis illustrium personarum vel multum dubijs debet recurri ad papam. in dict. c. venerabilem. sed in alijs poterit episcopus respectu sue diocesis: sꝫ papa respectu totius orbis. Et nota ꝙ episcopus potest absoluere existēte aliqua iusta causa absq; aliq̄ commutatione. secundū Ab. cuius opinio mihi placet: licet Specula. voluerit contrarium. ar. tex. in dic. ca. si vero. ¶ Sexta est conclusio: a iuramento prelatus inferior epō nō pōt absoluere: nisi habeat episcopalem iurisdictionem: sicut nec potest in voto dispensare. ¶ Septima cōclusio a iuramēto quod respicit cōmodū hominis non potest papa absoluere sine causa: ille tamen de cuius commodo agitur remittere potest. c. ij. de spon. vbi per docto. hoc tamen limita vt non procedat quā do quis iuraret ad commodum suum. nam non poterit sibi remittere iuramentum. ne auctorizet in facto proprio. Et non tradas obliuioni vnum dictum singulare Inno. in. c. venerabilem. de elect. ꝙ non solum in temerarijs iuramentis: sed etiam in licitis: licet contrauenire sine auctoritate superioris vrgente necessitate. si non potest haberi superior a quo petatur absolutio: ⁊ omnia ista tanq̄ notabilia memorie commendetis. ¶ Auditores mei nolo hic omittere vnam questionem quotidianam: de qua fuit facta mētio in ru. de censi. tempore contracti debiti currebat certa moneta: cursu tēporis illa moneta est deteriorata: seu diminuta. Queritur nunquid solutio debeat fieri secundum estimationem antiquam. vel prout currit. de qua questione per glo. in. c. olim. de censi. in. c. si q̄s ignoret. xxxij. q. iiij. ⁊ per Bart. in. l. paulus. ff. de solu. Et per docto. in hoc. c. quanto. Et ex dictis doctorum ponam quasdā breues conclusiones: quarum Prima sit ista. Si moneta respectu cursus fuit in totum reprobata: vt q̄a princeps interdixit in totum illius vsum. tunc debet fieri solutio secundum estimationem antiquam. Et idem dicendum si non est in totum reprobata. sed tantum alterata in valore: quia non valet tantum sicut valere solebat. ⁊ hec alteratio contingit in perpetuum: vt quia ꝑnceps interdixit ne tantum valeret licet in hoc vltimo casu sit altercatio inter docto. tamen tene hoc qd dixi tanq̄ verius. Secus si ista alteratio non esset in perpetuum. sed ad tempus. sicut cōtingit quotidie vnū florenū magis valere vno die q̄ alio: ita ꝙ crescit ⁊ decrescit valor secundum tempora. Et dicas secundum communiter doc. hāc variationem non debere attendi. Secūda est cōclusio. Si pecunia est diminutata in pondere vt quia fuit tōsa circumcirca: vel per longum vsū rosa. vt puta quia fuit de ere. sed habebat etiam super de argēto quod ex longo vsu corruit: ⁊ conclude: ꝙ damnum pertinet ad debitorem: qꝛ moneta non habet suam bonitatem intrinsecam quam habebat tempore cōtractus mutui. Et predicta ꝓcedunt ⁊ si debitor non fuit in mora Si autem fuit in mora: tunc omne periculum spectat ad eum: debet. n. reddere secundum estimationem q̄ erat tempore quo debitor debebat soluere. Dicit tamen Bart. in dic. l. paulus. ꝙ venit solum interesse qd

consistit in damno. non autem in lucro. ¶ Tertia ē ꝯclusio. Si pecunia fuit relicta in testamento: ⁊ tēpore testamenti plus vel minus valebat moneta ꝗ̄ hodie valeat. intelligendo de perpetua alteratione. debet attendi valor existens tempore testamēti: quia de eo videtur testator sensisse. l. vxorem. §. testamento. ff. de leg. iij. Et idem dicas in precepto arbitri. ⁊ in iudice cōdemnante in certa pecunie quantitate. ¶ Quarta est conclusio. si statutū dicit ꝙ pro tali delicto soluantur decem florem: ⁊ alteratur moneta. perpetua debet solui de pecunia currenti. dictum est singulare Specu. in titu. de solu. §. nunc aliq̄ versi. pone. quem refert Abb. qui tunc tenet contrarium. Sed tu tene di ct. Speculatoris: ⁊ moueor ista ratione: quia lex semper loquitur. l. arriani. C. de here. vnde quando pecunia mutatur. videtur statutum loqui de illa pecunia. ¶ Sed quid diceres de hac questione quotidiana. mutuaui tibi centum in auro. nūquid teneor recipere in argēto. vel in pecunia minuta: vel econtra me inuito. de qua questione late per Bartholum in dicta. l. paulus. Ex cuius dictis conclude ꝙ in alia materia non cogor recipere quia mutuum debet restitui in eodem genere ⁊ in eadem bonitate. Aut vult restituere ī eadē mā: sed in alia forma: vtputa florenos vnius principis pro florenis alterius principis: ⁊ tunc teneor recipere. In his tamen est attendenda consuetudo. quia tacite videtur contrahi secundum consuetudinem loci. l. quod si nolit. §. qui assiduam. ff. de edi. edic. Quid autem in deposito tu habes tex. notabi. cū ibi notatis ī. l. in naue. ff. loca. Et videtur considerandum quod fuit tacite actuꝫ. an scilicet pecuniaꝫ depositā confunderet cū sua. vel teneret separatim ſm Ab. Et tu adde quod notat Bart. in dic. l. paulus. ad fi. Ubi querit si depono apud te centum libras in florenis. ꝙ tu teneris reddere centū libras. Et nō est hic omittendum vnum dictum singulare Bart. in. l. talis scriptura. ff. de leg. j. vbi dicit ꝙ si pecūia debetur vt species. vt pecunia que est in tali sacco vel bursa. non potest fieri solutio alterius pecunie. licet etiaꝫ esset eiusdem materie ⁊ forme. qđ est singulariter notandum. Adde etiam glosam multum notabileꝫ in. l. si quis argentum. in princi. C. de dona. que dicit ꝙ cui debetur aurū vel argentum. potest solui pecunia purissima ere non contaminata. et an creditor cogatur recipere vnaꝫ pecuniam pro alia. attendi debet consuetudo. Et in materia ista adde Pe. đ ancha. in cle. si beneficiorū. de decimis. vbi multa ponit đ materia ⁊ de penis statutorū. De quo etiam per Baldum in. l. quicunq;. C. de ser. fug. in. l. fi. in princip. C. communia. de leg. Et quod voluit Bartholus in. l. vbi autem non apparet. quam legit cum. l. p̄cedenti in fine principij. ff. de verbo. obliga. de illo qui promittit aureos. ꝙ aurei intelliguntur ad pondus secundum consuetudinem regionis. Nota glosam in dicto capitulo quāto. in verbo patris. que dicit ꝙ semper fuit licitum pictoribus ⁊ poetis nouitates īuenire. ¶ Nolo omittere vnum textum. qui quotidie allegatur in capitulo venientes. de iureiuran. ꝙ iuramētum nō obligat subditū iurātē in p̄iudiciū iuris seu auctoritatꝭ superioris. cui adde notata per Johā. an. in reg. in malis. in mercu. in. vj. quod ītelligit Abb. in iuramento prestito in materia spectante ad ipsum superiorem: ⁊ ideo si vnus doctor subditus alicuius pꝛīcipis obligasset se ad certum tempus lecturum in

t

150

aliqua vniuersitate. posset reuocari per principem suum non obstante iuramento. Nota glosam penultimam in dicto capitulo venientes. q per appellationem extinguitur pronunciatum. et conclude q inspecto presenti statu extinguitur: sed suspenditur inspecto futuro euentu. de quo per Bartholum in l. j. §. fi. ff. ad turpil. per Baldum in l. si causa. C. de transac. per docto. in capitulo pastoralis. §. preterea. de offi. de leg. per modernos. in l. j. de re iudi. Et q suspendatur habes textum in capitulo cum inter. de re iudi. in capitulo sepe. in capitulo si a iudice. de appella. in vj. in l. quoniam multa facinora. C. ad leg. iulia. de vi publi. in l. generaliter. C. de iureiuran. limita tamen communem conclusionem vt non procedat in sententia excommunicationis. que trahit secum executionem: nec appellatio extinguit nec suspendit pronunciatum: vt in capitulo pastoralis. de appella. Et legiste habent glosam in l. fi. C. si a non compe. iudi. sed quid in appellatione ab interlocutoria. dicas vt per Bartholum in l. intra vtile. ff. de mino. in l. furti. §. j. in fi. et ibi per Ange. ff. de his qui notan. infa. Et est textus in capitulo non solum. de appella. in vj. Et de petitione restitutionis in integrum. q suspendat et impediat executionem. habetur in l. j. et ibi per Bartholum. C. in integ. resti. postu. ¶ Volo tibi dicere vnam pulchram practicam quando ignorantur persone potest fieri generale preceptum sub excommunicationis pena: vt qui super tali facto nouerint veritatem compareant ad testificandum. ista practica probatur in capitulo. ad nostram. §. eodem titulo. Et intellige illum textum in quacunque causa vbi compelli possunt testes. quia tacere veritatem est peccatum. Et ideo dicit notabiliter Abbas q iudex ecclesiasticus poterit ad inquisitionem iudicis secularis hanc sententiam excommunicationis generaliter et specialiter si persone noscuntur proferre: etiam iudex ecclesiasticus debet impendere auxilium iudici seculari. facit quod notabiliter voluit Innocentius in capitulo licet ex suscepto. de foro competenti. ¶ Volo etiam tibi tradere vnam pulchram limitationem. ¶ Tu habuisti q iudex ecclesiasticus non procedit ex officio ad inquirendum super veritate. infamia non precedente. capitulo qualiter et quando. ij. de accusa. hoc non procedit vbi tractatur de correctione peccati. seu quando imminet periculum anime. Textus est notabilis in dicto capitulo ad nostram. vbi per Hostiensem. quod est nota. Limita etiam vt non procedat in inquisitione generali. capitulo. j. de offi. ordi. l. congruit. ff. de offi. presi. ¶ Et si tu vis scire in quibus casibus iudici sit permissum ex officio inquirere et in quibus non. vide in hoc per Innocentium qui semper allegatur. cui adde eleganter dicta per Bartholum in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Et conclude q iudex regulariter non potest procedere ad vtilitatem priuatam. nisi versetur periculum anime: vt in dicto capitulo ad nostram. Et generaliter vbi vult procedere ad euitandum peccatum: vt ibi vult procedere inquirendo de impedimento matrimonii contrahendi vel contracti. ¶ Item procedit in actu pio: et in fauorem miserabilium personarum secundum Bartholum in dicto. §. hoc autem iudicium. Reliqua dic vt hic per Innocentium et per Bartholum in dicto §. ¶ Nota ex glo. penultima q in executionibus vltimarum voluntatum non requiritur litis contestatio. ¶ Nota vnum pulchrum dictum Hostiensis

lis ꝙ in inquisitione generali contra vsurarium admittuntur in testes debitores qui soluerūt vsuras non tamen ad plenam fidem faciendam. ¶ Uolo tibi dicere vnum singulare dictum Joan.an.in capitulo ad nostrā.iij. ꝙ licet quis sit obligatus ad aliquid faciendum de iure communi: tamen si per metuʒ iurat illud facere. potest petere absolutionem. ne forte contrauenięns incidat in periurium. vbi alʒ non incideret. Et est pulchra extensio ad capitulum si vero.eodem titulo ꝛ probatur hoc in dicto capitulo. ad nostram. Et scias ꝙ in hoc capitulo tractatur per glosam. ij. ꝛ doctores. ꝺ notorio. ꝛ glosa concludit ꝙ in notorijs non est seruandus ordo ex toto: sed in parte. sic in hoc articulo reperiuntur varie opiniones ꝛ respectu citatiōis. est glosa in capitulo porro. de diuor. que tenet ꝙ nō sit necessaria: ꝛ glosa. ij. questione. j. in summa: ꝛ in capitulo que locarius. que tenet ꝙ requiritur citatio. tu potes concludere sic. ꝙ vbi factum est ita notorium vt inficiari non possit: nec requirūtur alique presumptiones. non est necessaria aliqua citatio: nec requiritur solennis sententia. sed sufficit quoddam preceptum. capitulo cum olim. de re iudi. Et quod notabiliter voluit Bartholus in.l. ictus fustium. ff. de his qui notan. infa. Et textus singularis in.l. ij. §. quod si de frumentaria. ff. de administ. re. ad ciui.perti. Et ibi per Bartholum ꝙ vbi omnia iura partis sunt nota iudici: vt quia ꝓduxit librum in quo sunt omnes rationes. potest pronūciare parte non citata. ratione notorietatis: ꝛ ibi dicit Bartholus ꝙ isti reuisores rationum communium possunt pronunciare officialem preteritum esse debitorem cōmunis eo absente. alʒ procedat dictum huius glose. ¶ Et adde textum singularem: ꝛ ibi per Bartholuʒ in.l. hac perpetua. C. vbi decu. vel coarta. ꝙ quia quis conuenitur pro publicis functiōibus potest in eum contumacem proferri sententia. quod est memorie commendandum ſm Bartholum ibi. Et nota etiam singulariter glosam ibi. dum vult ꝙ de eo quod est notum iudici vt notorium. licet extra iudiciū potest iudicare. cui adde glosam singularem de iure ciui. in.l. j. C. qui ꝛ aduer. quos. ꝛ ista glosa potest adduci ad questionem de excommunicato notorie in vna prouīcia. qui in alia est occultus. an teneant gesta ratione publici officij in illa prouincia in qua erat occultus: ꝛ concludę ꝙ sic. ¶ Sed dubitatur. factum erat notorium: non tamen cōstabat iudici: ꝛ tamen processit tanquam super notorio. nunquid teneat processus. glosa hic sentit ꝙ nō quam intellige quādo qualitas notorietatis erat fundamentum iurisdictionis. vt in capitulo. j. de offi. dele. in. vj. quia tunc processus factus a iudice ignorante est nullus: ꝛ ideo dixit notabiliter Barthol⁹ in.l. multuʒ. ff. de condi. ꝛ demon. ꝙ si iudex mulctauit contumacem: ꝛ de contumacia sibi prius non cōstitit. non valet sententia secunduʒ Abbatem. cui adde textum notabilem: ꝛ ibi per Bartholuʒ in.l. he autem. §. nō defendi. ff. ex qui. cau. in posses. ea. Et ideo dicit Bartholus ibi. ꝙ tu facias semper poni in actis ista verba. iudex visis citatione ꝛ contumacia talis citati pronunciauit. ꝛc. ¶ Sed vbi qualitas notorietatis non erat fundamentū iurisdictionis: sed solum prestabat facultatem respectu ordinis iudiciarij non obseruandi: ꝛ valet processus. ¶ Et ratio est: quia error non est in fundamento: sed in quibusdam accidentalibus. Seruent tamē semꝑ iudices cautelā hāc. vt

151

per suā interlocutoriaʒ ꝓnuncient factū esse notoriū: ꝛ postea ꝓcedūt tanquam super notorio: ꝛ valebit ista pronunciatio: quia etiam si factum non esset notorium: valebit tamen processus ordine non seruato. glosa est notabilis in cle. pastoralis. in ver. declarato. de re iudi. quod est notabile. Vide glos. in ℣. requirit. an iudex in notorijs possit ad cautelam seruare iuris ordineʒ Et adde quod notat Bartholus in. l. j. §. si. ff. de varijs ꝛ extraor. cogni. vbi dixit ꝙ quādo imploratur iudicis officium pro modica re. nō obseruatur ordo iuris. auctenti. nisi breuiores. C. de sentē. ex peri. recitan. Adde etiam in hac materia Balduʒ notabiliter in. l. ea quidē. in. xij. columna. C. de accusa. Bartholus in. l. ab accusatione. §. nunciatores. ff. ad turpi. in. l. si vero §. qui pro rei. ff. qui satisda. cogā. vbi dicit ꝙ etiam illud quod est facti transeuntis potest esse notorium: vt quando esset notum toti ciuitati vel maiori parti. pro quo text. singula. in capitulo cum dilectis. de purga. canoni. Bartho. in. l. ciues. C. de appella. in. l. heredes palam. in princip. ff. de testa. in. l. si constante. in princip. ff. solu. ma. in auctenti. qui semel. C. quomodo ꝛ quādo iudex. in. l. j. in vltima columna. ff. de excep. vbi dicit ꝙ licet notoria non indigeant probatione: debeant tamē proponi. pro quo est glosa singularis in clementi. appellanti. de appella. ¶ Nota tamē si exceptio est notoria iudici. potest ex officio suo absoluere: etiam si non opponatur. glosa notabilis in. l. vbi pactū. C. de transacti. Adde etiam notata per Bartholum in. l. j. C. vt que desunt aduoca. par. ꝛ ibi Baldus dixit vnum notabile verbum. ꝙ si produco vnum instrumentum: et protestor produco in parte ꝛ partibus, duntaxat in mei fauorem facientibus. ꝙ ista protestatio nihil valeat: ꝛ iudex potest absoluere reum si inuenerit in instrumento aliquid in eius fauorem. quod est notabile. ¶ Volo tibi etiam tradere vnam pulchram limitationem. Regula est ꝙ soluens vni quod est alteri debitum. non liberatur. vt in capitulo eam te. hoc eodem titulo. quia hoc intelligitur quando sponte soluit. secus si compulsus iniuria creditoris vel aliter sine iniuria debitoris. Et vltra adducta ꝑ Abbatem. adducas tu quod pulchre notat Bartholus in. l. creditor. ff. de solu. ¶ Fuit semel vnus officialis qui fecit quendam furca suspendi saluo iure suo. illa protestatio non excusat quando aliquid fit indebite. de quo in dicto capitulo. eam te. Et adde quod notat Bartholus in. l. si quis extraneus ff. de acqui. here. de illo qui dixit. tu mentiris saluo honore tuo. quia protestatio contraria facto. nihil operatur. capitulo cum. m. de constitutio. cū sua materia. ¶ Et nota ꝙ si aliquis dicit tibi te commisisse aliquod crimen. licite potes sibi dicere. tu mentiris. Ita Bartholus in. l. que omnia. ff. de procura. ¶ Nota glosam secundam in dicto capitulo. cum dicit ꝙ grauius est latroni qui partitur spolia cum socio q̄ʒ si non partiretur. Quam glosam intellige: quia nō partitur quia penitet de peccato: ꝛ vult restituere domino. Secus quādo fidem promissam socio frangit ad sui commodum. ¶ Et ita potest intelligi textus in capitulo si ad peccatum. xxij. questione quarta. ¶ Volo canonistis adducere vnam pulchram questionem. nūquid possum soluere creditori creditoris mei vt contingat liberatio: et ista questio examinatur notabiliter ꝑ Bartholum in. l. solutum. §. solutam. ff. de pignora. actio. ¶ Et conclude

q si primus creditor habet instrumentum in quo continetur obligatio omnium bonorum. potest solui et contingit liberatio ipso iure. alias regulariter contingit liberatio ope exceptionis .l. si opera. ff. de doli exceptio. quod intellige ignorante creditore. secus si ipso inuito: quia tunc non contingit liberatio. ¶ Scias q in cap. quintauallis. ponitur materia arbitrorum et arbitratorum. q text. allegatur q pro satisfactione iniurie possum iurare stare mandato iniuriam passi. dum tamen mandet licita: et ibi per doctores ponuntur multe differentie inter arbitros et arbitratores. Sed pro intelligentia sufficit tibi solum hoc. alia poteris videre hic per docto. q ille est proprie arbiter qui eligitur vt iudex: et debet seruare ordinem iudiciarium in procedendo et diffiniendo. l. j. ff. de arbit. Arbitrator autem est ille qui habet arbitrari ex bono et equo. extra iudicium enim pro bono pacis potest de iure vnus dare alteri. moderate tamen. de quo in l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. et arbiter assumitur super lite: et arbitrator super contractu ineundo et perficiendo: aut complendo secundum q declarat Bartholus in. l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. ¶ Et nota vnum dictum singulare Innocentij in hoc capitulo quintauallis. q coram arbitratore non est iudicium. nec quasi iudicium. sed totum positum est in sua voluntate: quia obseruatio solennitatum non est nisi coram iudice vel arbitro: et eius dictum reducitur ad arbitrium boni viri: et hoc dictum tanquam singulare refert Abbas in dicto capitulo quintauallis. et in capitulo presentata. Secus in arbitro quod declara prout dictum est in rubrica de arbit. ¶ Et quia arbiter potest vt suspectus recusari. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. ¶ Queritur quid de arbitratore. et intellige ex causa superueniente post compromissum vel ex causa prius orta nunc detecta: et in hoc est altercatio inter Abbatem et Anthonium de Bu. et mihi placet opinio Abbatis q arbitrator etiam possit vt suspectus recusari per deducta per ipsum. que sunt satis valida. Sed deducta pro alia parte non multum vrgent. Et profecto nescio videre rationem diuersitatis q arbiter et iudex possint recusari non sic arbitrator ergo succedit regula. q vbi est eadem ratio. debet esse eadem iuris dispositio. l. illud. ff. ad le. aquil. ¶ Et nota q monachus potest esse arbitrator inter partes. de licentia tamen abbatis. quia est officium pietatis reducere discordantes ad concordiam. pro quo textus notabilis in. c. iniustum. xj. j. de quo per Ab. in dicto cap. in sexta differentia. ¶ Et nota q videtur magis communiter concludi. q oritur actio pro obseruantia arbitramenti: et si est interposita stipulatio. agetur ex stipulatu. ¶ Item quando fuit assumptus super aliquo contractu agetur actione ex illo contractu: quia arbitramentum implet contractum: sed istud potest procedere quando assumitur super contractu perficiendo: sed quid si super contractu ineundo et perficiendo: vt quando assumitur super lite: et tunc potest dici. q si stipulatio interuenit agetur ex stipulatione. si solum nudum pactum de iure ciuili oritur exceptio. de iure canonico etiam actio capitulo. j. de pac. De quo per Bartholum in. §. arbitrorum: et per docto. hic. ¶ Et nota q sunt altercationes non parue inter doctores an ex taciturnitate temporis emologetur arbitramentum: adeo vt

152

non possit peti reductio ad arbitrium boni viri. Et speculator tenuit ꝙ ista reductio debet fieri infra decem dies. sicut dicimus in appellatione. cum quo transit Abb. ꝛ idem Bal. ꝛ Ange. in. l. j. C. de senten. ꝓ fec. preto. Joan. an. in titulo de arbi. §. sequitur. versi. sed infra quantum tempus. vbi speculator ponit istam opinionem. ¶ Sed multi tenent ꝙ requiruntur triginta anni. vt Anthonius de bu. ꝛ Innocētius in hoc capitulo quintauallis. ꝛ Bartholus in dicto §. arbitrorū ꝛ quidam alij. sed mihi placet opinio Speculatoris ꝛ sequentium. Tangit etiam Bartholus in dicto §. arbitrorum. quo iure reducatur arbitramentum ad arbitrium boni viri: ꝛ in contractibus stricti iuris officio iudicis. in contractibus bone fidei actione ex eo cōtractu. Et nota ꝙ arbitramentum transit in heredes vt communiter concludunt doctores in hoc capitulo quītauallis. ꝛ in cap. fi. de arbi. licet secus si compromissum sit in arbitros: quia morte alterius compromittentium soluitur compromissum. Et nota ꝙ Abbas est sibi contrarius in hoc puncto. nam in hoc capitulo quintauallis. tenet ꝙ transeat in capitulo fi. dicit contrarium: ꝛ de materia per legistas in. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obliga. Et nota secūdum docto. ꝙ arbitrator potest declarare suam voluntatem. etiā diebus feriatis in honorem dei. Dicit tamen Abbas ꝙ peccat arbitrator si non speratur pax: aut si aliquis actus pius. vt quia solum speratur implementum alicuius contractus. sed vellem scire ab Abbate quādo est dare casum in quo semper arbitramentum non tendat ad pacem ꝛ concordiam: ꝛ puto ꝙ Abbas non aduertit ad textum in. l. dies festos. C. de feri. Nota etiam sm doc. ꝙ vbi arbitrator acceptauit cogitur arbitrari. Nota etiam ꝙ nō solum notorie excōmunicatus non potest esse arbiter: sed nec arbitrator. licet quantum ad arbitratorem sint altercationes inter doctores: tamen ista videtur verior opinio ꝙ̄ fuit Speculato. Joan. an. Archi. ꝛ Ab. ita ꝙ si arbitraretur arbitramentum esset nullum. ratio tamen qua mouetur Abbas non videtur concludere. dum dicit ꝙ cum habeat arbitrari tanꝗ̄ bonus vir. si perseuerat in excommunicatione non potest dici bonus vir: quia ista ratio militat etiam in occulte excommunicato. Et nota p ea que dicta sunt in rubrica de do. ꝛ contu. ꝙ si partes eligunt scienter in arbitratorem occulte excommunicatum. ꝙ tali casu non teneret arbitramētum in odium ipsorum. ¶ Non omittam vnam questionem quotidianam in qua varia dicuntur per docto. Sed sub compendio illam recitabo. nunquid partes possint a principio renunciare reductioni ad arbitrium boni viri. de qua questione per docto. in l. penultima. C. de arbi. in. l. si vnus §. illud. ff. de pac. per Bartholum in. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. ꝛ in dicto §. arbitrorum. in qua questione procedam per conclusiones. ¶ Quarum prima sit ista. Si aliquis absente parte ꝛ extra iudicium renunciat/ talis renunciatio non valet: quia iuris futuri renunciatio non tenet vt notatur in. l. prima. C. ꝺ pac.

¶ Secunda est conclusio. Si aliquis obligaret se per pactum ad non petendum hanc reductionē non obstante pacto: ꝛ etiam iuramento poterit petere reductionem. ratione magne lesionis: quia pactū intelligitur si eque fuerit arbitratꝰ ¶ Sed Abbas limitat hanc conclusionem communem vt procedat

quando esset maxima lesio. vt verba aliquid operentur: quia etiam sine renunciatione non potest peti reductio ratione modice lesionis. ¶ Et nota q fit reductio etiam si fiat deceptio reipsa. non ex proposito arbitratoris.
¶ Tertia est conclusio. Si renunciatio fuit facta q non peteret reductionem: etiam pretextu magne lesionis. si contingat lesio ex proposito arbitratoris potest peti: qz dolus futurus non potest remitti. ¶ Sed si interuenit reipsa deceptio. tunc non poterit peti reductio respectu magne: sed maxime seu enormis lesionis sic.
¶ Quarta est conclusio. Si pactum fuit generale/ vt quia dixit q possit arbitrator alte z basse in totum z in partem de iure vnius auferre z dare alteri. tunc si deceptio est contra ius priuatum partis: z insit ex proposito. poterit peti reductio. ¶ Secus si insit sine dolo: quia hic satis constat de intentione paciscentis. ¶ Hanc tamen conclusionem limitat Abbas nisi fuisset appositum aliquod verbum illius potestatis restrictiuuz. vt q possit alte z basse / prout sibi videtur: vel quid simile. Nam hoc verbum importat arbitrium boni viri: vt notatur in capitulo secundo de corpore vici. ¶ Et tu adde Bartholum in extrauagan. ad reprimendum. in verbo videbitur. limitat etiam Anthonius de bu. nisi ex aliqua legitima causa fuisset arbitrator deceptus. de qua constaret: quia saltem ex clausula generali: vel saltem iudicis officio subueniretur leso.
¶ Scias tamen vnum dictum singulare Anthonij de bu. q quantumcunqz verba sint late concepta nihilominus data enormi lesione: etiam re ipsa dabitur remedium reductionis. monetur ipse quia talia verba in genere prolata sunt sub confidentia discretionis z amicitie arbitratorum vt caperent ipsorum beniuolentiam ad non ledendum: ideo non debent ita late intelligi/ vt verba sonant: si ergo reperiunt se in hac confidentia deceptos / debet eis succurri: z tunc si iuramentum interuenisset absolueretur. tamen communis opinio videtur esse in contrarium secundum Abbatem. ¶ Nota tamen q reperitur Baldus dixisse in suis consilijs q communis obseruantia est q quecunqz cautela verborum apposita sit: tamen propter enormez lesionem potest peti reduci: z sic concordat cum dicto Anthonio de bu. ¶ Nota tamen vnum dictum singulare z aureum Bartho. in. l. labeo. §. rametsi. in fine. ff. de arbi. q si arbitrator eligitur vt bonus vir precipue. non habito respectu ad alium. tunc eius arbitramentum non potest reduci ad arbitrium boni viri. quod est multum singulare: si ergo eligitur sic / non poterit peti reductio. de quo etiam per eundem Bartholum in dicto §. arbitrorum. in vltima columna.
¶ Nota etiam aliud dictum singulare Bartho. in. l. cum minor. in fine princip. ff. rem ra. ha. q si aliquis promittit se habiturum ratam sententiam arbitratoris sub pena: z eam petat reduci ad arbitrium boni viri. non incidit in penam: quia qui petit habet ratum: z ideo debet exp[r]esse addici q non potest adduci ad arbitriū boni viri qđ est nota. z idē dicas in restitutione in integrū. vt ibi. ¶ Quinta est cōclusio. Si dubitatur de dolo ratione enormissime lesionis. potest peti reductio saltem officio iudicis: quia presumitur dolus in tanta lesione secūdū Bartho. in dicto

153

§.arbitrorum. Et nota quod dicitur interuenire dolus ex proposito.quando scienter per fraudem/ vel odium/ seu gratiam grauauit alteram partem ¶ Et si dubitetur pro quanta lesione dabitur ista reductio. videtur quod non possit dari certa doctrina: sed ex varijs circunstantijs hoc iudex arbitrabitur secundum Abbatem cui adde Baldum in.l.cum antea. C.de arbi. Jo.de immo.in.l. si quis arbitratu.ff.de verbo.obligatio.in l.j.§.si quis ante.ff.a quibus appella.non licet.vbi late de hac materia. ¶ Si aliquis interogaret te quis dicatur bonus vir ad cuius arbitrium recurratur pro iniquitate arbitramenti.quid responderes Et dicas quod est iudex.l.continuus. §.cum ita.ff. de ver.obligatione.l. quod si ephesi.ff.de eo quod cer.lo. l.vir bonus.ff.iudi.sol. Et in hac materia tu canonista habes pulchram glosam in capitulo potuit. in ver. celeri.in fi. de loca. Et si dubitatur quis erit iudex competens an iudex arbitratoris.an rei.an actoris.et Bartholus in dicto.§. arbitrorum. videtur concludere quod iudex rei:quia ille est iudex principalis cause:et cum hoc dicto transiunt communiter doct. et vide Bartholum in.l.ij.C.vbi et apud quem.vbi limitat hoc non procedere quando arbitramentum ex forma statuti produceret actionem:quia tunc debet adiri superior eius qui iudicauit. ¶ Dubitatur de notabili et quotidiana questione.an a sententia iudicis reducentis arbitramentum ad equitatem possit appellari. Et Abbas in hoc capitulo quintauallis. refert varias opiniones:et tandem concludit quod non possit appellari. Sed Alexan.in.l.j.ff.de le.ij. vbi ponit hec materia adducens multos doctores tenet contrarium:et sic videtur quod sit communis opinio: quia ipse semper adherebat communi opinioni: et ita concludit Petrus de ancha.in publica disputatione contra Bartholum. ¶ Queritur etiam an per petitionem istius reductionis debeat suspendi executio istius arbitramenti. Et Abbas allegat Cardina.in capitulo exposita. de arbi.quod non. ipse autem tenet contrarium: et hec opinio videtur verior.quia iura dicunt quod arbitramentum iniquum debet reduci ad arbitrium boni viri. ergo non debet executioni mandari ante reductionem. ¶ Et adde Baldum in.l. tale pactum.§. qui prouocauit.in penultima questione.ff.de pac. et Roma. in rubrica de arbi. ¶ Et istam opinionem videtur etiam tenere Innocentius hic. ¶ Queritur etiam de notabili questione quid si fuit compromissum in aliquem tanquam arbitrum et arbitratorem:et doctores concludunt quod ex modo procedendi et pronunciandi perpendetur vtrum fecerit vt arbiter vel arbitrator. de quo per Bartholum in dicto.§.arbitrorum. Sed quid si processit partim iuris ordine seruato: quia a principio seruauit ordinem:sed tulit sententiam ordine non seruato. tunc secundum Hostiensem iudicabitur arbitrator: et sequitur Abbas. ¶ Sed aduerte quia Bartholus in.§. arbitrorum. dicit quod si incepit prosequi per viam arbitri non poterit redire per viam arbitratoris: vel econtra. ¶ Nota tamen vnum dictum singulare quod si compromissum est in aliquem tanquam arbitrum et arbitratorem: et sit cumulata vtraque potestas.poterit peti reductio ad arbitrium boni viri. dictum est singulare Bartho.Bal.et Ange.i.l.si seruus plurium.§.finali.ff.de lega.j. Et Jo. de immo.in.l.nemo potest.ff. de lega.j.dicit se alibi non legisse.hoc tamen

sibi limitat singulariter vt non procedat quando essent ista verba in sētentia. omni modo via iure ꝛ forma quibus: ꝛ cetera. quia tunc videtur se referre ad viam efficatiorē ꝛ sic ad viam arbitri. Sed quid si arbit fuit assumptus ꝙ possit procedere de iure ꝛ de facto: sed pronunciare secundū ius. Et pronunciet iniuste non tenet sententia secundum Barto. in. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi. Sequitur Ab. i. c. cū dilecta. de rescrip. ꝛ in hoc. c. quintauallis. quia pronunciat contra formam cōpromissi. Nota tamen ꝙ Bar. in. d. §. arbitrorum. nō fuit ausus decidere. ꝛ Anto. de bu. in. c. ex insinuatione. de rescrip. tenet contrariū: pro qua opinione adduco singulare dictum Inno. in. c. prudentiam. de offi. dele. vbi dicit: ꝙ si cōmittitur cā alicui hoc expresso: vt debeat cōdēnare titium. si constiterit eum obligatum sempronio: ꝙ si iudex condēnauit licet sibi non constet de obligatione tenet sententia. quia illa expressio cum inesset a iure non inducit nouam formam. sed potius sapit instructionem ad causam ꝛ illud dictum Inno. approbauit Ab. in. c. illud. de cleri. excom. ministr. in. c. cū dilecta. de rescrip. in. c. cum olim. ꝺ preben. in. c. fi. de presump. in. c. exhibita. de iudi. in. c. causam que. in fi. de re iudi. ꝛ in hac varietate Ab. in. dic. c. cum dilecta. saluat dictum Inno. ꝛ dictum Bar. Nam dictum Inno. intelligitur quando id quod exprimitur sapit instructionem cause. ꝛ non inducit nouam formā. Sapit enim potius quandam admonitionem. aut illud quod exprimitur sapit modum procedendi: ꝛ tunc inducit nouam formam: ꝛ hoc casu intelligit dictum Barto. Sed contra Ab. facit dictum Inno. de quo Abbas nō fuit recordatus. in. d. c. cum dilecta. in. c. cū cām. de re iudi. vbi dixit: ꝙ si mandat̄ sniari sub conditione concernente merita cause: vt detur data noua forma procedendi ita ꝙ ex transgressiōe processus iudicatur nullus. in dic. tamen. c. cum causam. Ab. facit mentionē de ista contrarietate. Sed contra dictum Bar. facit tex. in. l. qualez. in prin. ff. de arbit. per quem text. dicit ibi Bal. ꝙ non tenet compromissū qñ datur arbitro certa forma pronunciandi. ꝛ Bal. in. c. cōsanguinei. ad fi. de re iudi. dicit ꝙ illa clausula de iure est monitio non conditio. ꝛ allegat Inno. in dict. c. prudentiam. vt sit sensus abnegatiuus de iure. i. nō de libero arbitrio: tamen in hac altercatione tu potes tenere dictum Bar. Et nota ꝙ arbitrator potest pronunciare partibus absentibus. vt videtur magis communiter concludi per doct. de quo per legistas in. l. si quis arbitratu. ff. ꝺ ver. obli. licet sint opiniones varie quas potes reducere ad concordiā hoc modo: ꝙ arbitrator ex arrupto parte non audita: nec requisita processit arbitramentum est nullū. secus si discusso negocio pronūciauit absentibus partibus. Nota etiā ꝙ si sūt electi duo arbitratores ꝛ discordant: ꝙ iudex nō potest eligere tertium: vel eos compellere ad eligendum. vt notabiliter vult Bal. in. c. i. de inuest. in maritum facta. quem sequitur Ab. quia a persona non arbitrante non receditur. l. si quis arbitratu. ff. de ver. obli. licet sit sec9 in arbitris. Nota tu canonista glo. in dic. c. quintauallis. in ver. exheredaret. que semper allegatur. q2 enumerat causas propter quas pater potest exheredare filium. ¶ Nota glos. in. c. nosce. xxx. q. i. in. c. ꝙ deo pari. xxxiij. q. v. in illa questione si maritus ꝛ vxor vouerunt continentiam: ꝛ post modum alter lapsus est in adulterium. ꝙ iudex ex officio reintegrabit tale matrimoniū q̄s glo. intelligit qñ est suspicio ꝑseuerātie

154

vt quia est iuuenis: et suspectus: quod tale votum videtur fuisse illicitum nec debebat a principio emitti quod est notabile secundum Ab. in. c. tua nos. Nota glos. in dict. c. quod si vir et vxor iurant nunquam discedere ab inuicem quod poterunt intrare religionem non obstante iuramento. intellige tamen hoc iuramentum secundum dispositionem. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. quid enim si vnus committeret adulterium: vel vxor non solueret dotem promissam intellige ergo tale iuramentum si alter seruauerit legem coniugii. pro quo bonus tex. in. c. quemadmodum. hoc eo. ti. et quod notat Bart. in. l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ii. ¶ Nota vnum singulare quod habetur in dict. c. quemadmodum. quod fornicatio subsequens dissoluit sponsalia de futuro: etiam iurata: qui tex. licet loquatur in sponsa. idem tamen dicas in sponso: quod est singulare et quotidianum. quia quod ad ista non iudicantur ad imparia et ita in questione facti. dicit Ab. se consuluisse. intellige tamen in fauorem illius qui non peccauit. Et si tu vis scire conditiones que insunt in iuramento. vide glo. in ver. conditio. in dic. c. quemadmodum: quia multa dicit. Nota vnam pulchram limitationem ad regulam que est quod iuramentum est seruandum quando potest seruari sine interitu salutis eterne: de quo in. c. si vero. eod. tit. quia hoc non procedit quando quis liberatur a iuramento. per existentia conditionis subintellecte. glos. do tibi multum notabilem in dic. c. quemadmodum. in ver. oculos. Et nota ex eadem glo. quod iuramentum contra leges non ligat: sed intellige glo. secundum doc. quando iuramentum reprobatur lege canonica. quia iuramentum non est de foro legis ciuilis. Querit et glo. quid si sponsa opprimatur per vim: nunquid sponsus possit illam dimittere. et concludit quod sic. Et no. et glo. in ver. teneretur. quod propter deformitatem superuenientem vxor de presenti non potest dimitti. No. glo. si. et quod ibi per doc. quod maritus potest ex causa corrigere vxorem suam: dummodo non procedat ad seuam. Et nota quod tex. in dic. c. quemadmodum. potest adduci pro eo quod dicit glo. no. in. l. quod seruius. ff. de condi. ob cau. quod in qualibet dispositione inest clausula rebus manentibus in eodem statu. Et adde pulchram glo. in. c. ne quis arbitretur. xxii. q. ii. text. in. l. annua. §. si. ff. de annu. lega. i. l. paulo calimacho. §. i. ff. de leg. iii. et l. in confirmando. ff. de confirmando tutore. in. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. in. l. si conuenerit. ff. pro socio. in. c. suggestum. de deci. in. l. fin. ff. qui satisda. cogan. glos. notabilis in. l. edem. C. loca. in. l. si pro ea. C. man. tex. singularem. in. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. commenda ista memorie: vt possis allegare. ¶ No. quod licet debeat iurari per creatorem: vt in c. et si christus. eo. ti. tamen si iuratur per creaturam debet obseruari iuramentum. glo. est notabilis in. c. quotiens. i. q. vii. in ver. salutem. Et nota vnam regulam in hac materia: quod vt iuramentum fiat sine culpa oportet vt ex necessitate vel vtilitate iuretur: vt in di. c. et si christus. et ideo omne iuramentum dicitur temerarium cum ad iurandum non impellit necessitas vel vtilitas. Nota glo. iii. quod in casibus expressis est licitum iurare per creaturam: cui adde glo. in. c. si aliqua. xxii. q. i. Nota ex glo. ii. et iii. limitationem ad. l. duobus. ff. de ver. signi. Limita secundo nisi sequatur contrarius et absonus intellectus. tunc enim due negationes non faciunt affirmationem. sed vna negatio stat proprie alia superabundat: vt notat Cy. in. l. i. C. de ser. fugi. Tertio limita ex notatis per Barto in dic. l. duobus. et in. l. i. ff. de cada. puni. quia iuramentum debet ha

bere tres comites. scilicet veritatē iudicium et iusticiam. Quero quomodo intelligatur hoc. et glo. in § in veritate. cū duabus sequentibus in d.c. et si christus. declarat hoc. cui add de glo. in c. animaduertendum. xxij q. ij. Cōcludē tamē sic: quod vt quis iuret sine peccato: et iuramentū ex omni sua parte sit licitū debet habere illos tres comites. si tamen aliquod illorum defuerit dummodo quod iuratur sit licitum et honestum est servandum: et iuramentum est licet nō fuerit licitum et peccauerit iurando xxij. q. iiij. §. illicitum. et habes simile in eo qui contraxit matrimoniū cōtra votum castitatis. tenet matrimonium: licet peccauerit. c. j. de vo. in vj. Si tu vis scire formas iurandi: vide glo. in. d. c. in ver. testis. cui adde glo. xxij. q. j. in summa. Nota gl. in ver. mala. que inter alia dicit: quod quedam sunt simoniaca: quia prohibita: quedam sunt prohibita quia simoniaca. cui adde gl. no. in. c. ex parte. de offi. delec. in ver. omittere. in c. cum pridem. de pac. in ver. illicite pactiones. Si tu vis scire quando cessante causa cessat effectus: vide glo. penul. in dic. c. cui adde glo. in c. post translationem. de renun. in §. cessante. Nota quod si cardinales ante creationem summi pontificis aliqua statuunt. et promittunt etiam cū iuramento illa servare: si contingat aliquem eorum promoveri in papā iuramentum non astringit si tendit in preiudicium dignitatis pontificalis. vt in fili probat tex. l. c. sicut nostris. Nota glo. j. in dic. c. de promoto existente in peccato mortali. non tamē propter hoc removetur. Et nota ex illa glo. quod temere iurans peccat mortaliter. quod intellige quādo iuravit illicitum. secus si iurasset sine vtilitate: vel necessitate: seu iocose quia tunc peccaret venialiter. glo. j. c. florentinū. lxxxv. dist. §. criminis. ad fi. xxv. dist. Et no. glo. in. c. diffinitio. xxij. q. iiij. quod iuramentum illicitum et temerarium non infamat: nec impedit electionem factam et faciendam. De facienda tamen intellige peracta penitentia. Et no. gl. secundum Ab. in dic. c. florentinū. de eo qui iurauit non episcopari. an repellatur. No. glo. ij. in dic. c. sicut nostris. quod canonici sede vacante nihil possunt disponere in preiudiciū episcoporum. Tu debes scire quod Bar. in. l. ad invidiam. C. quod me. cau. in. l. j. §. qui onerande. ff. quare. ac. non de. dicit quod reverentia maritalis nō sufficit ad rescindēdū actū nisi probetur verbera: vel minas precessisse. Pro hoc dicto allega tu optimum textum in. c. cum contingat. eo. ti. Scias quod iuramentum dolo prestitum non est obligatorium: quādo est talis dolus qui aufert cōsensum: vt no. Jo. an. in. c. j. de commo. et Ab. in hoc c. Sed dubitatur quid de iuramēto metu prestito: cōclude quod communiter tenetur: quod sit obligatorium: licet posset peti absolutio. Sed volo tibi dare singularē limitationem: quod illud est verum quādo est prestitum in casu a lege non prohibito: vt in. c. verum. et in. c. si vero. eo. ti. Secus si est prestitum in casu a lege prohibito. quia non obligat ipso iure: quia propter legis resistētiam oportet quod sit sponte prestitum vt notabiliter probatur in dic. c. cū contingat. Et facit tex. in auctent. sacramenta. C. si aduer. ven. dum dicitur ibi quod est nullius momēti: et sic intellige et limita glo. in. c. ij. de pac. in. vj. in ver. non vi. Et adde glo. in c. inter cetera. xxij. q. iiij. Nota glo. in ver. debent. in dic. c. cum contingat. quia est multum singularis. quod vbi ad validitatē actus requiritur geminatus consensus sufficit vnicus cū iuramēto Si aliquis interrogaret te quid diffiniret: an Zetus firmetur iuramēto: an solum obligetur ex suo iuramēto et nō ex contractu: quid respōderes. Et dic

cas ex intentione Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideiuss.quod differentia talis est: nam si cōtractus firmatur iuramento non licet amplius contra uenire per se vel successorez: secus autem si non firmatur: nam hoc casu statim cum obseruaui ego possuz repetere: cum sine causa incipiat esse apud creditorem. Item posset a principio petere absolutionez a iuramēto.c.j.c.debitores.eod.tit. Itez heres iurantis poterit cōtrauenire cū iuramentuz sit personale et non trāseat in heredem: seu alium successorem.c.veritatis.hoc eo.tit.et cōcludit Bar.ibi quod cum lex principaliter prohibet fauore persone: et fauore reipublice secundario: quod iuramentum firmat contractum. et iurādo licet alienare: vt in hoc.c.cum cōtingat.et in dicta aucten. sacramenta. et ista opinio videtur esse cōmunis. secus vbi lex inhibet contractū odio creditoris.vt in casu.c.debitores.et.c.significāte.de pigno.vt eleganter declarat Bar.in dic.l. si quis pro eo. Et nota quod Ab.refert Ang. in suis consiliis volentē quod vbi actus iuramēto firmatur: licet quis absoluatur a iuramento: non propterea potest venire contra actum: quia actus est validus per se propter interpositionem iuramenti: et absolutio hoc solum operetur: vt contraueniens non incidat in periurium. Non autem annullat contractum: vt est dictum no.multum: et memorie perpetue commendanduz. et tamē postea videtur tenere contrarium: sz solum intelligit quando contractus sustinebatur alio iure: tunc sublato iuramento datur facultas interpretandi.aliud remedium prius cōpetens ad rescissionem contractus vt in casu.l.ij.C.de rescin.vendi. Sed tu tene opinionem Ange.quod etiaz si contractus sustinetur solo iuramento tunc sublato iuramento remanet contractus qui fuit validus per se propter iuramenti interpositionem quod est nota. Nolo omittere vnaz questionem notabilem.vtrum in casu dicti.c.cum contingat.et similiuz iurium vbi iuramentum astringit contra legis: vel statuti dispositionez interpositum audiatur ab illo se petens absolui: et videtur esse cōmunis cōclusio quod nō.et videtur mihi quod sit vna ratio multum vrgens: quia si absolutio nō denegaretur: omnia illa iura essent elusoria: et frustra cum tanta deliberatione edita contra notata per glo.in.c.quāquam.de vsu.in.vj. hoc tamen limita nisi interueniret enormis lesio: quia tunc deberet concedi absolutio secundum Ant. de bu.Pe.de anca.et Ab. etiam si iurasset non venire contra vlla rōe vel causa: quia ista verba debent intelligi ciuiliter.idem etiam si iurasset non venire contra rationē enormis lesionis: seu enormissime. Hoc tamen putat Anto.de bu.solum procedere in minore.secus in maiore. Sed Ab.idem putat in maiore iurante data enormissima lesione: quia illa verba videntur apponi ex consuetudine notariorum ad maiorem validitatem actus. et hoc in dubio nisi ex aliquibus circunstantiis appareat contrahentem vere voluisse donare illud in quo fuit lesus.

Sed adde tu quod Barto.in.l.ij.C.de rescin.vendi.videtur facere differentiam inter scientem valorem rei et ignorantem.quia si scis valorem rei bene potes vendere rem viliori precio: nec habet tunc locuz.l.ij. C. de rescin.vendi. ¶ Scias quod in.c. sicut ponitur per Inno.et alios materia belli. ¶ Et quia in Rubrica de deci.promisi aliqua dicere in loco suo. ideo hic compendiose aliqua deducam: quia est materia quotidiana: et etiam periculosa quo ad animas. ¶ Nota igitur quod proprie bellū est illud quod auctoritate iuris vel principis superiorem non re-

SI donatur tributarium ecclesie: ipsa tenetur soluere tributum. glo. est in. c. j. in ver. bonorum. ¶ Et quia tex. in. c. decet. eo. ti. vult quod laici non debeant conuenire in ecclesijs. ad tractandum sua negocia secularia. glo. ibi clamat cōtra quasdam vniuersitates italie in ver. parlamenta. et pulcher tex. ille quod ecclesie debent haberi in magna veneratione. ¶ Cōtractus qui fit in ecclesia tenet: licet contrahentes peccēt glo. est singula. in dic. c. decet. in §. processus. quam alle. Ab. in. c. cum in ecclesia. de immu. eccle. quod dispositio odiosa loquens in quasi cōtractu. non habet locum in puro cōtractu: et idem econtra. Et probat etiā illa glo. quod irritatio actus sit pena. quam allegat Abb. in. c. j. vt eccle. bene. et in. c. qua fronte. in. j. colum. de appella. vbi illam dicit singularem. An autem annullatio actus sit pena. est tex. in. c. si qui presbiterorum. de re. eccle. non alie. in. l. eius qui delatorem. ff. de iure fis. quod non.

170

Sed in contrariū est ꝙ sit pena videtur. text. in capi. si religiosus. de elec. in. vj. in. l. senatus. ff. de cōtrahen. emp. Sed pro concordia vide notabiliter per Bal. in. l. nō dubiū. C. de legi. in. ij. colum. vbi dicit: ꝙ aut annullatur actus ratione prohibitionis. ⁊ dicitur pena: aut ratione omissionis forme: tunc secus. Et sequitur Alex. in. l. turpia. ff. de legi. j. Adde etiam in materia Ab. in ꝓhemio decretalium in. c. fi. de fe. et dic. no. Innocen. in. c. si vere. de sen ten. excom. vbi dicit ꝙ irritatio cōtractus non est naturalis pena. sed vbi imponitur pena corporalis vel pecuniaria. ¶ Nota glo. in dic. ca. decet. in ver. Jesu christi. ꝙ Jesus hebraice dicitur saluator latine. et christus grece vnctꝰ latine. ¶ Nota glo. in ver. acrimoniam. ꝙ excōmunicatio dicitur expellere a gremio ecclesie. ¶ Dissimulatio ē peccatum mortale in prelato. glo. est in c. clericis. in verb. dissimulatione. quam allegat Ab. in. c. ij. de treug. ⁊ pa. in. c. peruenit. de deci. ¶ Nota glo. ibi in ver. articulo. ꝙ articulus mortis semper excipitur ab absolutiōe reseruata. ¶ Papa potest tollere ⁊ moderari priuilegia a se data. glo. est in dic. c. in ver. non obstantibus. de quo per glo. in regula decet. de re iur. in. vj. ¶ Non sufficit cautio de satisfaciendo quando dicitur satisfactum fuit. glos. est in c. qm̄. in ꝟ. satisfactū. Si tu vis scire casum in quo iniurians laico est excommunicatus. vide tex. ⁊ glos. in dic. c. quoniam. in ver. propinquorum. ¶ Nota tex. multum notabilem ⁊ periculosum in. c. fi. eo. ti. ꝙ si statuentes prohibent subditis ne contrahant cū clericis. sunt ipso facto excōicati. cum talia statuta ⁊ si milia sunt contra libertatē ecclesiasticam. de quo per Bart. ⁊ moder. in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legi. j. per Bar. ⁊ Bal. in. l. fi. C. de sacro san. eccle. per Ab. in. c. relatum. de testa. in. c. a nobis. j. de sen. excom. in quibus locis habetur ꝙ non valet statutum prohibens alienationē fieri in ecclesias: vł ecclesiasticas ꝑsonas. ⁊ ad istum text. non aduertit Bald. in. c. clerici. de iudi. in. c. que in ecclesiarum. de consti. ⁊ in. l. cunctos populos. in repetitiōe magna in. x. colum. C. de summa tri. qui tenuit contrarium. ¶ Ultimo. nota ꝙ sententia lata super homicidio contra titium etiam si fuit excommunicationi mandata. non prodest sempronio qui vere interfecit. tex. hēs singularem in. l. qui seruum. ff. de in terro. acti. secundum Bal. in. c. j. §. iniuria. de pa. iura. fir.

¶ De immu. eccle. in clemen.

Excōmunicatus ex viribus cōstitutionis reuocate que habita est pro infecta absolutione nō indiget. gł. est reputata singularis in cle. j. in ver. pro infectis. secundum Ab. in. c. non debet. in fi. de consan. ⁊ affini. in. c. per venerabilē. in. vij. colum. qui fi. sint legi. ī. c. que ecclesiarum. in prin. de consti. in. c. si aliquando. ⁊ in. c. nulli. de sentē. excō. ⁊ in suo consilio. c. ¶ Excommunicatio canonis ligat delicta omnino occulta. glo. est in dic. cle. in ver. dātes. vide ea que dicta sunt in rubri. de here. in cle. ¶ Uolo tibi dicere vnum pulchrum casum. tu scis ꝙ inuecta ⁊ illata in rem conductam sunt obligata tacite domino rei locate. prout habetur in. l. certi. C. loca. Sed quid si inuehatur res aliena. in domū cōducta patiente domino ipsius rei: ⁊ non contradicente an videatur tacite obligata. ita ꝙ ipse dominus videatur tacite consentire obligationi. Et dicas ꝙ sic: gł. do tibi singularem in dic. l. certi. in glos. fi. in fi. Quam approbat Barto. ī. l. que dotis. ff. solu. ma. Et moderni. in. l. item quia. ff. de pac. ⁊ il-

iam teneas. licet aliqui impugnent in dicta. l. certi.

¶ De iudeis.

In ista Rubrica tractatur de illis q̄ deū dehonorāt male colendo: vt sunt iudei ꝛ sarraceni. Ponitur etiā de seruis eoꝝ et tractatur non solū de seruis stricto modo qui carent libertate: sed etiam largo modo. vt sunt seruientes mercede. a seruiendo dicti. Et dicuntur iudei a tribu Juda: quia illa tribus erat prestantior ceteris. Sarraceni vero dicuntur a sarra vxore abrahe. Sed potius deberēt dici aggareni ab aggar que fuit ancilla abrahe. ex quo descenderunt sarraceni. ¶ Nota ex glo. j. in. c. j. ꝙ non solū prohibetur christianis seruire iudeis. sed etiam secum cohabitare. Et in hoc. c. j. Ab. tangit vnā questionē: de q̄ dicit abb se fuisse interrogatū: an sit permittendū iudeo intrare scholas christianorum causa addiscendi. Et videtur concludere ꝙ de iure non licet. sed cōsuetudo disponit contrarium. ꝛ videtur tenere ꝙ consuetudo valeat. Ego autē hanc tenui contrarium in repetitione. c. inter alia. de immunita. eccle. ideo hic aliter non scribo. Est commune dictum vulgarium. ꝙ si iudei volunt baptizari: debent dimittere omnia bona sua. hoc falsum est si habent bona iuste acquisita: vt probat tex. notabilis in. c. iudei. eo. tit. ꝛ de conse. distin. iiij. c. iudei. ꝛ ibi p glo. Nam iudei ꝛ infideles licite habēt rerum dominia: vt dicit Inno. in. c. quod super his. de voto. dummodo sint iuste acquisita.

¶ Fuit semel dubitatum an iudei baptizati succedant agnatis remanentibus in iudaismo. Et dicas ꝙ sic: tex. est in dicto. c. iudei. ij. ꝛ vide glo. ibi in ver. permittantur. ꝛ nota eam. ¶ Nota vnum pulchrū circa potestatem pape. ꝙ vbi delictum concernit totam christianitatem: seu decorem fidei papa etiam in laicos exercet iurisdictionem.

¶ Tu habes duo pulchra iura. c. ita quorumdam. eod. titu. ꝛ in. c. j. de homi. in. vj. Et nota in dicto. c. ita quorundam. penas terribiles impositas per papam illis qui deferunt arma sarracenis: sunt enim ipso facto excommunicati. Secundo debent priuari omnibus bonis suis. Tertio efficiuntur serui capientiū. ꝛ sic habes de iure canonico casum in quo ingenuus redigitur in seruitutem. ¶ Commenda memorie: vt scias allegare. ꝛ de iure ciuili. capite puniuntur. cum confiscatione bonorum. l. ij. C. que res asportari non debe. ¶ Et etiam illi qui docerent scientiam nauium fabricandarum. tex. est in. l. fi. C. de penis. Et non omittas pulchrum dictum Joan. and. ꝙ illi qui incidunt in seruitutem propter delictum non possūt manumitti. quod commēda memorie secundum Abb. ¶ Nota glo. ibi in ver. ferrum. ꝛ glo. in ver. subministrant. ¶ Nota etiam glo. fi. que semper allegatur: ꝙ excommunicatus poterit iterum excommunicari. ¶ Et quia in. c. consuluit. dicitur ꝙ iudei possunt veteres synagogas reformare: sed de nouo erigere non possunt.

☞ Queritur: quid si antiqua synagoga funditus corruit: nunquid sit licitū tā de nouo edificare. Et cōclude ꝙ non secundū docto. ꝛ tu adde que dixi in. c. inter alia. quia videtur nouum edificium. Intelligitur ergo textus quando synagoga minatur ruinam: vel non corruit in totum. ¶ Nota glo. ij. in capi. ad hec. Et videtur ꝙ sit humanior intellectus ꝙ iudei possint habere nutrices christianas extra domum ne pereat creatura iudeorū. sec⁹ in domo: nec pt iude⁹ ex dispēsatiōe epi. habere nutricē christianā in domo.

quia episcopus non dispensat contra ius nisi sibi p̄mittatur dictuz est Inno. in .c. dilectus. d̄ tempo. ordi. Et ita consuluit Cardi. Certuz est q̄ iudei inuiti non sunt baptizandi. c. de iudeis .c. qui syncera .xlv. dist. c. sicut. hoc eod̄. titu. que iura intelligūtur de adultis. Sed dubitatur quid de paruis an possint a suis parentib⁹ eripi ꝛ baptizari. Et i hoc sunt altercatiōes inter doct. ꝛ glo. in .c. iudeoꝝ. xxviij. q. j. tenet q̄ nō possunt eripi. Et Archi. tenet opinionem glo. in dic. c. qui syncera. s; Jo. an. videtur sentire contrariuz. Ab. dubitat. tamen videtur inclinare in partem q̄ non liceat. ꝛ pro ista opinione si recte consideretur videtur esse tex. in dic. c. iudeorum. dum videtur loqui de iam baptizatis. et q̄ loquatur de baptizatis probatur ibi in versi. vltra inuoluantur. ꝛ ēt ex aliis verbis ibi positis colligit̄. ¶ Nota glo. in fi. dic. c. sicut. q̄ vbi pena imponitur alternatiue, optio est iudicis: ꝛ dictum est alibi. vide glo. j. in .c. quam sit. ꝛ assignat glos. j. meliorem rationem in .c. omnes. xxviij. q. j. Et adde glo. j. in. c. ad mensam. xj. q. iij. que assignat rationem quare possumus cōmunicare paganis: non autem excommunicatis. ¶ Tu vidisti que dicta sunt i. c. ita quorundā. adde q̄ tempore belli inter christianos ꝛ infideles non est licitum portare merces. al's non prohibitas. vt in .c. significauit. qd̄ etiam notabiliter intellige tempore treuge. vt ibi. Ex quo singulariter infertur q̄ etiam in penalibus tempus belli comprehendit tēpus treuge quo ad hoc q̄ inimicis nullū subsidiū veniat. Et glo. fi. vult: q̄ si aliquis iurauit non ire nisi facta pace: q̄ si facta tantū treuga venit: īcidit in penam: ꝛ periurium. ¶ Et nota glo. j. in fi. in dic. c. significauit. q̄ sine auctoritate pape nōp̄nt deferri arma ad p̄tes infideliū. Et nota q̄ glo. in dic. c. significauit. tenet q̄ dispositio. c. ita quorundā. de rebus p̄hibitis procedit solū tēpore belli: quia ita videtur loqui tex. ille in. d. c. ita quorundā. secus tempore pacis: sed communiter tenetur cōtrarium in dic. c. quod olim. eo. ti. S; forte posset dici q̄ merces cum quibus christiani p̄nt īpugnari. nullo tēpore licet deferre sed alie merces possunt deferri tempore pacis non autem belli. Nota singulariter glo. in ver. supponim⁹. in dic. c. qd̄ olim. ibi duplici excōicatione sunt ligati. ꝛ an quādo per secundā constitutionem disponentem super eodem facto intelligatur reuocata p̄ma. vide per Bar. in. l. j. ff. vi bono. rapto. s̄m Ab. Et tu adde Bar. in l. senatus. in prin. ff. d̄ accu. Et Ange. de aretio in tractatu maleficiorum. in versi. ꝛ ibi caput a spatulis ꝛc. vbi habetur q̄ si statutum imponit penam pecuniariam pro homicidio: non videtur recessum a pena iuris communis. Et dicit Ange. q̄ ita semel obseruauit: quia fecit decapitari vnum. Sed Bal. tenet ꝯtrariū in. l. nō est nouū. ff. de legi. vult eni q̄ indistincte pena statuti sit sequenda. omissa pena iuris communis: quia officiales iurāt seruare statuta: ꝛ iuramentum obligat in forma. vnde est seruandum. Et idem Petrus de anco. in. c. canonū statuta. de consti. in versi. quero etiā vt̄r sicut statutū scd̄m ꝛc. ꝛ videt̄ q̄ opinio cōis sit contra Bar. Nota optimuz tex. in. c. ꝛ si iudeos. q; probat q̄ in die resurrectionis dn̄i debet sumi eucharistia non in die iouis sancta. dicetur in. c. omnis vtriusq; sexus. de peni. ꝛ remis. Item probat ille tex. q̄ nō est prohibitum iudeis habere nutrices christianas extra domū. No. gl. i. d. c. i ꝟ. d̄ familiaritate. q̄ nimia familiaritas p̄it ꝯtemptū. ꝛ ita solet cōit̄ dici. S; dicas q̄ illud īntelligit̄ inter fatuos. gl. do

tibi no. in. c. quando. lxxxvi. dist. in ver. frāgatur. Et nota q in illa gl. probatur q glosator decreti fuit auditor Azonis. ¶ Caueant omnes inferre iniuriam clericis: quia tenētur satisfacere nedum ipsi clerico. sed etiam ecclesie cui videtur facta iniuria ex persona clerici: vt probatur in. c. postulasti. ¶ Tu canonista debes scire q non potest agi criminaliter: et ciuiliter simul. l. j. C. quādo ciuilis actio. tamen si principaliter agitur crimīaliter: potest iudex accessorie ex officio suo compellere reum ad satesfaciendum leso. vt probatur in dic. c. postulasti. de quo in. l. interdum. §. qui furē. ff. de fur. vbi pulchre per Barto. qui dicit q quando formatur libellus: seu accusatio de damno dato: vel furto dicendo peto eum puniri: et rem mihi restitui: seu damnum emendari q talis libellus procedit nec videtur intentari ciuilis: et criminalis in eodē libello. Sed videtur intentare criminalem tantum: et incidenter iplorare officium iudicis: vt incidenter faciet mihi rem restitui. seu damnū emendari. Et adde Barto. in. l. medicus. ff. de varijs: et extraor. cogni. in. l. penul. ff. de calum. vbi dixit p illum tex. q iudex qui cognoscit de crimine ciuiliter eo comperto pōt ex officio suo punire criminalit'. Et in. l. ij. §. si dicatur. ff. fini. regū. Hanc autem materiam limitat singulariter Bar. in dic. §. qui furem. vt pcedat contra ipsū delinquētē Secus contra tertiam personā per tex. in. l. defuncto. §. j. ff. de publi. iudi. quod dicit memorie commendādum. ¶ Nota q iudei: et aliī infideles debent publice deferre habitū quo discernantur a fidelibus. tex. ē in. c. in nonnullis. et dī in terris illustrissimi domini venetorum portarunt literā. O fului coloris i chlamyde et quādoq occultarēt statuit dominium q omnes iudei deberent deferre birretum fuluum in capite et ita deferunt: quia tale signum nō possunt de facili abscondere. Nota etiam ex eodē tex. q in diebus passionis domini non debent christiani fulgidis vestibus vti. vt sic per qualitatem habitus ostendant interiorem mentis dispositionē: quod est contra morem qui est in multis partibus almanie. vt vidi: quia omī die per totam hebdomadam sanctā assumitur eucharistia. vadunt mulieres cum vestibus preciosis. immo etiam in die resurrectionis domini assumentes illum cibum spiritualē non debent ire cum vestibus preciosis: quia debemus ire ad tantum sacramentum non solum cum lachrymis cordis. sed etiā corporis: si possibile esset: et huic dolori non conueniūt vestes preciose. Et in hoc laudo magis meos Italos qui cū maiori deuotione vadunt ad communionem communiter. nā aliqui ter genua flectunt anteq altari propinquant. aliqui deferunt corrigiā ad collum. et sacerdos alta voce dicit primo omnibus ibi expectantibus communionē vt dicant deuote Domine non sum dignus vt intres sub tectum meū et c. Et postea sumpta eucharistia visitāt omnes ecclesias ciuitatis anteq domum redeant. Nota glo. ibi in ver. distingui. q ponit de multis personis que debent per habitum distingui. Et dum dicit glo. q per habitum debet distingui meretrix a matrona. Adde tu optimum tex. quem glo. nō allegat in. l. mime. vbi per Bal. C. de epis. audi. nam ille tex. prohibet q meretrices n vtantur habitu honestarū mulierum. ¶ Et nota q assumpt⁹ ad aliquod officiū contra iuris dispositionem tenetur officium cū pudore deponere: et acquisita restituere. vt notabiliter probatur in. c. cū sit. Et facit secundum Ab. ad illā questionem nunquid depositus pro

pter aliquod delictu; ab officio de beat habere integrum salarium to tius temporis. & remittit ad notata per Bar. in. l. mevia. ff. de ānuis le ga. Et tu adde notata per Bart. in l. diem functo. ff. de offi. asse. in. l. j. §. diuus. in fi. ff. d varijs. & extraor. cogni. & Bal. in. l. j. C. de suffra. Et videtur esse cclusio: q non perdat salarium pro pterito tempore: s; p futuro: licet cōtrariū tenuerit Bal. in. l. etiam si ptus. ff. de lega. j. Hoc tamē limitat notabiliter Bar. i di. §. diuus ad fi. nisi esset tale officiu; ita indiuiduum cuius parte omissa nihil valeret qd factu; esset. Nota etiam ex eodē text. q statutum lo quens de iudeis: nō extenditur ad paganos: nisi ex speciali legis pro uisione fiat extensio: quod est nota bile. Et scias q tex. in dic. c. cū sit. facit ad illam questionem q restitu tio ablatorum competit episcopo. & in hac questione est magna alter catio inter docto. Et ideo Abb. re ducit discordantes ad concordia; dicens primo q null9 tex. facit mē tionem de episcopo: nisi iste: qui ta men non dicit q episcopus debeat restituere. sed s̄m prouidentiā epi scopi. & ideo fiat restitutio per eum qui tenetur restituere. vel per eum de quo sibi prouidit s̄m cōsiliū tū episcopi. vel & alio modo q vbi de male ablatis non cōstat nisi per cō fessionem factam in foro penitentia li. tunc creditur sibi dicta restituis se. c. significasti. de homi. ¶ Sed si constat in iudicio: seu publice d ma le ablatis tunc restitutio fiat secun dum cōsiliū epi: quia tunc non deb; credi sibi asserenti restituisse. & vi de que dicta sunt in Rub. de homi. Nota glo. fi. in dict. c. dum allegat tex. in. c. nō sane. xiiij. q. v. Sed In no. secundum Ab. aliter loquitur in c. quia plerics. de immu. eccle. q ex quo aliquis habet officium cum iu risdictione tenetur restituere quod illicite acquisiuit: quia videtur ac quisiuisse per violentia;: secus i eo qui non habet iurisdictionem: vt in aduocato si eni; aliquis vtraqz de beat aliquid lucratus est licet bene faciat restituere: non tamen tenetur dic. §. sane. & hoc placet Abb. Sed oportet hoc intelligere secundū ea que dicta sunt in ti. de immu. eccle. dum ibi tactu; est de aduocato. als contrarietas. ¶ Si tu vis habere iura que probant q pena vnius est metus alterius. vide gl. in. c. ad liberandam. in ver. interdicatur.

¶ Si aliquis iterrogaret te an pos sint vendi redditus alicuius princi pis iudeo: quid diceres. Et dicas q sic. Sed princeps debet eligere vnum christianu; qui colligat istos reddit9. tex. est in. c. ex speciali. No ta q; in. c. fi. ponitur q dispositu; in vno ex correlatiuis extenditur ad aliud Et Ab. hic adducit notata p Bar. in. l. fi. ff. de accepti. vbi for mat questionem talem. Statuto ca uetur q nullus possit emere frumē tum sine licentia officialis. de ven ditore nihil dicit: tamē videtur idē statutum in venditore secūdū Bar. & idem voluit Bart. in. l. fi. C. de in di. vidu. tol. vbi limitat hoc nisi sit diuersa ratio emptionis & venditio nis. Adde etiam quod notat Bar. in. l. j. ff. quod me. cau. vbi dixit q q̄ ponit actum prout est in patiente p̄ supponit eū prout est in agēte: nec est necesse q exprimatur: qd est no tabile ad multa secundum Bart. & Bar. in. l. liberorum. §. notantur. ff. de his qui notan. infa. vbi dixit q si cut hodie licitum est mulieri nube re. ita viro est permissum accipere. & in. l. multum interest. ff. de verbo obliga. vbi dixit q si statutum est q forensis non possit acquirere non poterit etiam sibi promitti: queda; alia dicentur in Rubrica de loca. ¶ In Rubrica de adul. in versi. no ta pulchram glo. in ver. euidentia.

adde notata per Bar. in. l. iiij. in prin ci. de fur. vbi dixit ꝙ si aliquis repe ritur i domo vbi est aliqua pulchra puella. hoc facit adulterium mani= festum. ⁊ in. l. ij. §. fi. ff. de adul. con= tra tamen istam doctrinam Barto. videbimus alibi Ab. nostrum insur gent enim ⁊ ibi dicetur. Et nota ꝙ al legatur glo. singularis in. l. penul. C. de fideiuss. ꝙ si illi qui inuenti sūt in stupro confitentur se contraxisse matrimonium. euadunt penam. Et recordor legisse in quibusdam sin= gularibus Bald. vbi refert ꝙ ipse euasit penam per illaꝫ glo. Et An ge. in dic. l. penul. dicit ꝙ defendit semel quendam iuuenē: de qua glo. per Bal. in. l. quicunqꝫ. C. de ser. fu gi. c. j. §. furtum. de pa. tenen. in. l. j. C. de collu. detegen. ⁊ conclude ꝙ illa glo. non procederet si mascul⁹ ⁊ femina essent disparis conditio= nis. vel quando essent aliqua iudi= cia in contrarium. ¶ Ultimo volo tibi dicere vnum dictum singulare Bar. tu debes scire ꝙ stipulatio est contractus nominatus: vt notant doctores in. l. j. ff. de pac. Et ideo dixit singulariter Bar. in. l. ij. C. de. condi. ob cau. ꝙ vbi in cōtractu in nominato apponitur stipulatio pro ut communiter fit in instrumentis: tunc erit currendum ad naturaꝫ cō tractuum nominatorum: quod ē sin gulare. sequitͬ Alex. i. l. j. C. de pac.

¶ De iudeis in clemen.

Omnibus flexis de sero de= bemus dicere Aue ma= ria. glos. est in cle. j. in. §. zabazalla. in fi. ⁊ ibi dicit glos. ꝙ sarraceni commendant cā= panas: sed noluntvti: quia christia= ni in vtendo preuenerunt.

¶ Nos vocamus ecclesias: sarra= ceni mesquitatas: iudei sinagogas. glo. est in dic. cle in ver. mesquitis. ¶ Glo. in ver. machometum. decla rat quis fuerit machomet⁹ ille sce= leratus. ¶ Saraceni coercentur a iudice seculari. glo. est notabilis in dic. cle. in ver. principibus. cui ad= de glo. in cle. j. de testi. in ver. prin= cipium. in clem. pastoralis. in ver. christiani. de re iudi. ¶ In rubrica de bigamis. supra in versi. ⁊ nota ꝙ sicut matrimonium ⁊ cetera. adde quod docto. in illo. c. nuper. tractāt an sufficiat aliquid fieri de facto ⁊ adde notata per Bar. in. l. vbi pa= ctum. C. de transac. in. l. continuus. §. cum quis. ff. de ver. obliga. in. l. licet. ff. vt lega. nomine caue. in. l. muciane. ff. de condi. ⁊ demon. in. l. filium. §. si quis. ff. de lega. prestan. in. l. fi. §. sin autem. C. communia. de lega. vbi dixit ꝙ statutum imponēs penam alienanti si non soluerit ve= ctigal. non procedit in alienatione que non tenuit. ⁊ Paulus de cast. consilio. xxxiiij. consuluit ꝙ statutuꝫ faciens mentionem de venditione non comprehēdit venditionem nul lam. ¶ Ultimo queritur: an de con sensu vasalli possit dominus facere gratiam femine: etiam filie ipsius vasalli in preiudicium agnatorum. Et respondetur ꝙ nō: vt probatur in. c. j. §. j. de succes. feudi. quod in= tellige in feudo antiquo. talis tamē gratia sortietur effectum in vita va sali: quia dum vixerit vasallus qui refutauit: ⁊ fecit inuestiri filiā suā nō poterūt agnati illud reuocare: sed mum eo mortuo: vt ibi notatur ⁊ in c. j. in princi. de aliena. feudi pater. de quo per modernos in. c. titius. si de feudo fuerit controuersia. quia resoluto iure datoris: resoluitur ius acceptoris.

¶ De infantibus et langui dis expositis.

In hac ru. ponitͬ de illis q̄ expo nūt ifātes ⁊ lāguidos qͥ prͤ ꝑ

173

uatur patria potestate: vel etiam si eis alimenta denegat: et intellige ipsis existentibus languidis. secus si sani sunt: licet aliqui velint quod iste tex. et eius pena habeat etiam locum in sanis: et videbis que scripta sunt in ru. de conuersi. infi. et qua glo. facit mentionem de repetitione expensarum: adde glo. nota. in c. si. lxxxvij. dist. ¶ In ru. de constitu. in prin. in versi. et dicitur constitutio. adde quod notat Bar. in l. si res. in prin. ff. de appel. reci. vbi querit an a statuto possit appellari. Et concludit quod si statutum sit generale non possit appellari: secus si sit factum contra certam personam. Qui etiam subdit quod si statutum prima facie videatur generaliter factum. tamen si in veritate est contra certam personam potest per superiorem corrigi. et adde que dicta fuerunt in ru. de emp. et vendi. ¶ In eadem ru. in versi. no. glo. in ver. ab omnibus. dum dicit subditis: etc. Cui adde nonnullas glo. communiter non allegatas in c. quoniam. de coniugio lepro. in c. in omni negocio. de testi. in c. ij. de cleri. vel mona. in vj. in c. fi. de prescrip. in vj. in l. quod legatur. ff. de iudi. in l. vinum. ff. si cer. peta. in l. j. ff. de eo quod cer. lo. in c. cum sis. de aucto. et vsu pal. in c. de manifesta. ij. q. j. in c. hystoria. xxxiij. q. ij. institu. de ver. obli. in prin. institu. per quas perso. agere pos. in princ. insti. de lega. in prin. in l. j. ff. man. in §. de constituta. institu. de actio. Et nota istas glo. et facit tex. in l. inter omnes. ff. qui satisda. cogan. in l. j. §. penul. ff. de vsufruc. accres. in l. si quando. §. j. ff. si serui. vendi. ¶ In eadem ru. in versi. adde vnam pulchram glo. de iure ciui. adde eleganter in hac materia scripta per Bart. in l. aut facta. §. fi. ff. de penis. In eadem rub. in versi. adde etiam vnum tex. singularem de iure ciuili. adde quod illum tex. reputauit singularem Roma. in Rub. de arbit. et illum allegat Bart. in l. quod maior. ff. ad muni. in l. omnes populi. in ij. q. principali. ff. de iusti. et iure. ¶ In eadem rub. in versi. et notat tex. singula. in l. j. ff. de nundi. Adde notata per Bar. in l. quo minus. ff. de flu. Ab. in c. abbate. de ver. sig. ¶ In eadem rub. in versi nota glo. in ver. perpetuum. adde notata per Bar. in l. si quis. §. j. ff. de adul. in l. cum mota. C. de transac. in l. sicut. §. superuacuum. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. et notata per Bald. in l. fi. C. vt lite pen. et tex. in l. inter castellianum. ff. de arbi. ¶ Ultimo nota quod si vasallus alienat feudum de consensu domini: non preiudicat agnatis non consentientibus: vt voluit Bal. in c. j. de feu. alie. in versi. item nota quod si vasallus. in c. j. §. hoc quoque. de succes. feu. in versi. sexta conclusio. in c. j. de vasallo qui contra consti. lottha. tex. et ibi per Bal. in c. j. in prin. de alie. feu. pater. *

De iniuriis et damno dato:

Quia frequenter inferuntur iniurie et damna: ideo posita est ista rubrica. ¶ Et quod licet calor ire precesserit: tamen percutiens debet puniri. vt probatur in c. j. dicas tamen singulariter quod debet puniri. sed mitiori pena: vt est tex. singula. secundum Ab. in l. si adulterium. cum incestu §. imperatores. ff. de adul. Et adde tu quod Ab. in multis locis extollit istum tex. modo pro singulari/modo pro multum notabili. illum enim allegat in c. ex literarum. de apost. quod si aliquis committit aliquod facinus iusto dolore commotus mitius punitur in c. statuimus. de maledi. in c. olim. ex literis. de rescri. in c. dilecti filij. de excep. in c. eam te. de re iudi. in c. olim. j. de restitu. spoli. in c. si vero. j. de sent. excom. Sed dicas tu quod ille tex. non est singularis et volo quod habeas tres socios in l. j. §. fi. ff. de sicca. in l. graccus. C. de *

adulte in.l.si quis in graui.§. si ma ritus.ff.ad silen.τ ille tex.pbat q ignoscatur marito: sed intellige q ad penā legis cornelie de sicariis sed non in totum. Illum etiam tex tum in §.imperatores.alle. glo. in l.diuus.ff. de parri.τ Pau.de ca. in consilio.c.xcij.alle.illuz textum q si quis fuerit vulneratus ab vno quem postea fugientem occidit.nō debet decapitari sed mitius puniri. Et dicit Abbas in dicto capitulo j.q si statutum imponit certam pe nam pro percussione: τ aliquis p= uocatus percutit incidit in penam sed erit iusta causa q iudex mode= retur illam penam.alle.notata per Bartholum in.l.ij.ff.de excep.sed non est ibi:sed in.l.ij.ff.de recepta. Sed scias q Bartho.ibi non for= mat istam questionē:sed q si agna= tus receptet agnatum bannituz q est iusta causa q iudex moderetur penam. De quo etiam per Baldū in cap.j.§.conuenticulam.de pa.iu ra.firman. quod singulariter limi= tat non procedere in receptāte co gnatum bannituz qui f it violator pacis:qr sibi non indulgetur.vxor tamē potest impune receptare ma ritum exbānitum.ar:l.si cum dotē. §.sinautem in seuissimo.ff.solu.ma tri. Specu in titu.de dona.inter vi rum τ vxorem.§.fi. Notant moder ni in dict.l.ij. τ Cynus τ Baldus in.l.j.C.de his qui latro. dicunt q minor pena imponitur receptanti coniunctā p personam q si non eēt quod est notabile. Et nota q per= cussor tenetur ad omnes operas/ quas amissurus est percussus to= to tempore vite sue.l.ex hac lege. ff. si quadru.paupe.fecis.dica.τ in l.fi.ff.de his qui deie.τ effu. Et no ta sm doct.q mortuo pcusso si erat filius potest pater agere pro opis quas iste potuisset exercere toto tē pore vite sue: τ habebitur respect⁹ quāto tempore verisilr poterat vi= uere: τ hoc nota quia est singulare qr pōt accidere in parentibus seni bus qui viuunt ex operis filij. Et nota q si percussus remisit iiuriās τ confessus est sacerdoti: tamen po test agere actione iniuriarū: qr vi= detur remisisse rancorem.non autē satisfactionem iniurie quam nemo tenetur remittere sm doc. Tu au= tem adde notata per glo.in.c.si is qui.xxiij.q.iiij.in.c.panem.de cōse cra.distin.ij.in.c.si quis ɔtristatus xc.distinc.in.c.j.xxiij.q.ij.in.c. qr presulatus.j.q.iiij.in.c.τ qui emen dat.xlv.distinc.in.c.j.de maledic. in.c.ad apostolice.d re iudi.in.vj. Et nota has pulchras glo.de quo etiam per Bartho.in.l.si tibi.§.q̄= dam.ff.de pac.qui adducit notata per glo.in.§.fi.institu. de iniu. que videtur tenere contrariuz. Sed tu tene quod dictum est. ¶ Tu habes textum in.c.si leserit.eo.titu. q nō licet in alieno depascere animalia sua.hoc intellige quando dat dam= num.secus si non daret damnū.pu= ta quia itinerans τ transiens per p̄ dium alienum depascit ibi iumen= tū suū sine dāno. tex.est quē noster Ab.non habuit in memoria in ti.d pa.tenen.i fi.τ ē tex.oīpotētis dei. Deutero.xxiij. in fi. Limita etiam alio mō nisi necessitas magna excu saret.p ea que habenf i.c. si ꝑpter necessitatē.de fur. Nota glo.in di= cto capitu.si leserit. ¶ Tu canoni sta debes scire q glosa singularis de iure ciui.in.§.fi.institu.de iniur. vult q si aliquis passus iniuriā bi= bit:vel comedit:vel lusit cum infe rente iniuriam.non potest amplius agere actione iniuriarum. hoc pro cedit ante vocationem ad iudiciū: secus si post sm docto.in.c. olim.τ etiam ante vocationē licet nō pos= sit agere actione iniuriarū.poterit tamen agere ad damna τ expēsas sm Ab.notabilr in dic.c.oli. in fi. ¶ Nota q statuiū alteri p̄iudicati

174

uum loquens de damno. non habet locum in expensis. vt est textus notabilis in. c. in nostra: et sic recipit interpretationē restrictiuam etiam si iuratum sit. Et que proprie dicātur dāna. et que expēse. est glo. j. in dic. c. in nostra. et adde qđ habet in l. quib⁹ dieb⁹ §. j. ff. de condi. et demon. vbi appellatione expensaruz rei preciū nō cōtinetur: et est casus singularis: et ibi per Bar. et ideo si testator legaret expēsas librorum vni ex filijs non venit precium nisi alia expēsa nō esset facta in libris. ¶ Tu canonista debes scire q in actione legis aquilie venit culpa leuissima. l. i leg. aqlia. ff. ad. l. aql. Sed qđ diceres de iure canonico. dicas q idem. textus est notabilis in. c. fi. et illum text. ponderat Ab. ꝯtra dictū Inno. in. c. sicut dignū. de homi. de quo iā visum est in hoc compendio. Et respondet ad. c. ie briauerunt. xv. q. j. qđ alle. Inno. qr ibi est mera pena. sed hic ē itere esse ex pte patiētis dānū. Nota q statutū mētionē faciens de ꝯmittēte delictum non comprehendit prestantem opem. quia ista sunt diuersa dict. capitu. fi. de quo in. l. is qui opem. ff. de fur. Nota etiam illum textum. q si medicus vel alius artifex per imperitiam dederit damnum alicui. tenetur ad estimationem damni: et idem dicas in doctore. de quo per Hostiensem in capitulo calumniam. de pe. Contingit quandoq3 q aliqui tenent vrsuz vel leonem in domo. si dederint damnum alicui. dominus tenetur in solidum. si tenuit ea in publico: vel non custodiuit diligenter: vt in dicto capitulo fi. Et adde textum notabilem in. l. hij enim. cum duabus sequēti. ff. de edili. edic. vbi. imponitur pena centum solidorum tenēti tale animal si aliquem interfecerit. Communiter dicitur q qui occasionem damni dat. damnum dedisse videtur. vt in dicto capitulo fi. Sunt aliqui qui non sane intelligunt. ideo bene intelligas tu q illa regula intelligitur de illo qui potuit obuiare damno et non obuiauit. Nota glosaz in verbo ignorantiā. et scias q Abb. hic dicit q tenetur ille actione iniuriarum. qui dixit tu es spuri⁹. etiam si dicat verum. qñ spurius nihil petit. secus si ipse peteret honorez. Sed aduertas quia vt puto Abbas non bene aduertit ad notata per Bartho. in. l. eum q̄ nocentē. ff. de iniur. quia Bartho. non videtur facere istam differentiam. sed q indistincte non teneatur. dicens tu es spurius/ si est verum: quia interest reipublice q manifestetur illius defectus ne admittatur ad honores et dignitates: et sic Bartholus loquitur generaliter. nō autem quando spurius actu peteret dignitatem: et de ista materia late per doct. maxime modernos in. l. fi. ff. quod quisq3 iu. et dicentur quedam pulchra in. c. cum te. de re iudi. ¶ In rubrica de consuetudine. §. in versi. nota etiam ex eodem textu vnum dictum perpetuo memorie commendandum. adde tex. singularem sm Inno. in. l. cum prolatis. ff. đ re iudi. vbi dicitur q sententia non redditur nulla quando est lata contra expressum tenorem legis dubie. vt quia habet varios intellectus. et ibi Alex. declarat hoc procedere etiam si apparet que sit communis opinio. đ quo textu per doct. l. fi. C. quando prouo. non est necesse. per Bartho. in. l. qui rome §. duo fratres. ff. de verbo. obliga. in. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. đ damno infec. et Bartholus in. l. in ambiguo. ff. de rebus dubijs. dixit q non possumus facere fundamentum super lege habente varios intellectus. ¶ In eadem rubrica in versi. nota pulchram glosam in verbo nec iuri. adde quedam dicta per

Bartho. in variis locis q debem⁹ semper euitare contrarietates: sed illas ad concordiam reducere inq̄tum possumus. postq̄ est auriga noster. in. l. scripture. C. de fide instru. in. l. omnes populi. in. iij. quest. pri cipali. q̄ loquitur de statutis ꝯtrariis. ff. de iusti. & iu. in. l. statuas. ff. de iu. in. l. lucius. §. quesitum. ff. de lega. iij. in. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poss. in. l. labeo. ff. de supellec. lega. in. l. de etate. in ij. questi. ff. de mino. in. l. fi. §. idem. quesiuit. ff. de cōdi. inde in. l. si quis ex argentariis. C. si initiū. in. v. colum. ff. eden. & glo. ordina. in. l. eas causas. ff. de condi. & demō. ¶ Ultimo fuit a me quesitum an necessitate vrgente possit vasallus alienare feudum sine consensu domini. Et respondi q non. per textum l. c. j. post princi. qualiter olim poterat feudum alienari. fuit mihi oppositum q necessitas operatur q pater possit vendere filium ne pereat fame. textus est singularis in. l. ij. C. de patribus. qui fili. distraxe. ergo multo magis dicendum est in feudo: sed respondi q illud procedit in facto in quo non habet superiorem. sed vasallus habet superiorem que superioritas debet eē auctorisabilis alienationi. Fuit etiā oppositum. q vasallus non intromittit se de iure ꝓprietatis spectātis ad dominū. respondi q ius vasalli non est firmum: sed suppositum obsequio domini secundum Baldū de quo per Baldum in capitulo. j. §. aut si libellario. in titulo. quibus mo. feu amitt. qui subdit q comoditates poterit ad tempus vendere. per glosam notabilem in. l. j. C. si pignus pigno. quam etiam approbat Alua. in capitulo. j. §. deniq3. q̄ sit p:ia cau. benefi. amitt. in. xxxvj. conclusio. & dixit Specu. in titu. de feudis. §. quoniam. versi. xxx. q vasallus inuito dn̄o etiam emēdū re nolente. non potest alienare feu

De iniuriis et damno dato in sexto.

Nota q in. c. j. est textus. q represalie non debent concedi contra personas ecclesiasticas: & q̄ in proposita materia dicantur persone ecclesiastice. est ibi glosa i ꝟ. ecclesiasticas. ¶ Nota glosam in verbo pregrauatur. q condemnato debitore non est cōdemnatus fideiussor contractus. & adde Bar. allegantē hanc glo. & idem tenentem in. l. j. in prin. ff. iudica. solui. & ibi tangit late quid de fideiussore iudicij. & adde notata per Bartholū in. l. si fine. §. cum autem. ad finē ff. rem ra. hab. vbi notabiliter tangit quid de fideiussore rem ratam haberi. Et ibi concludit q aut talis stipulatio interponitur extra iudicium: & est opus nouo iudicio. si autem esset interposita in iudicio: habet executionem paratā. ¶ Per hec verba subiaceat excommunicationi. fertur ipso facto excommunicatio. glosa est fi. in fi. in dicto capitulo. j. quam dicit notabilē Ab. in. c. licet. in. c. cum in cunctis. §. fi. in. c. nihil. de elec. in. c. clericis. i fi. ne cleri. vel monach. quē vide omnino pro intelligentia ibi. in. c. cum & plantare. de priuile. in capitulo. quia in omnibus. de vsuris. ¶ In Rubrica de ele. pere. §. in versi. & intellige pr edicta nisi sint bene noti. Adde glosam notabilem in. c. de petro. xlvij. distinc. in capitulo. qui episcopus. xxiij. distic. q si persona que debet promoueri ad dignitatē est notorie sufficiens: promouetur sine examinatione. & textum valde singularem in capitulo nullus ordinetur. xxiiij. distinc. vbi probatur q testimonium notorium populi succedit loco examinationis: & ideo studeatis domini mei: quia si eritis excellētes poteritis ꝓmoueri sine ali

175

qua examinatione. ¶ Queritur vtrum vasallus inabilis teneatur adiuuare dominum: et sic non facit vt quia brachijs iam abscisis aufugit. an priuetur feudo. Et respondetur q nō. glosa est approbata in c. j. quibus mo. feu. amit. per text. in. c. ij. in fi. de feudo sine cul. non amit. et facit tex in. c. j. in fi. in ver. liberare poterit. et ibi glosa de aliena. feu. pater. et in. c. j. in fi. in ver. si potest seruiat. an ille qui interfecit fratrem domini. in. c. j. §. sed non est alia. in versi. cum potuerit non liberauerit. que sit prima causa beneficij amittendi. in. c. j. de noua forma fideli. in versi. prout potero. et ibi glo. dicit tamen Baldus in dicto ca. j. q si vasallus posset clamoribus ipsum adiuuare hoc debet facere. glo. in clementi. vnica. de homi. in ℣. non valens. tenetur enim quatenus facere potest. vt est pulcher textus in dic. c. ij. in fi. de feu. sine culpa nō amit. Et ibi dixit notanter glo. quod illud est notabile verbum: et pro predicta a conclusione facit. qui nō potest soluere nō est piurus. glo. in. c. breui. de iureiuran. et est notabilis tex. in. l. omne delictum §. fi. ff. de re mili.

De libelli oblatione

Quia rei ad iudicia vocati si non declinant forum. petunt sibi edi libellum vt sciant quid et qualiter petatur: et super quo debeat respondere: ideo papa hoc in loco ordine competenti collocauit hanc Rubricam. ¶ Et si tu vis scire quid est libellus: glo. tua hic primo ponit diffinitionem. sed tu potes dicere q libellus est breuis scriptura claram continens intentionē actoris siue accusatoris: et dicitur est breuis quia ille qui format libellū debet cauere ne sit verbosus. Item scriptura: quia offerri debet in scriptis auctenti. offeratur. C. de litis contesta. et claram: quia non debet esse obscurus. et dicitur a libro diminutiue propter sui breuitatem. Et non omittas glosam satis notabilem in auctenti. de exhibendis reis. in ver. libellum. que ponit practicam conficiendi libellū in ciuilibus: et practicam in criminalibus. habes per glosam notabilem in. l. in causis. C. de accusa. et per Bartholum in. l. libellorum. ff. de accusa. ¶ Quid diceres an iudex possit ex officio supplere si libellus nō petatur. Et dicas q sic. textus est notabilis in capitulo. j. Et nota generaliter q iudex potest supplere vbicunque iudicium redderetur nullum. Et adde glosam multum notabilem in capitulo. j. de elec. in. vj. Si queritur cui sit offerendus libellus et glo. j. cōcludit q iudici: et per iudicē ipsi reo. Sūt et alie practice de quibus per Bart. in dicta aucten. offeratur. Et nota etiam q in vilibus. et modicis causis non est offerendus libellus in scriptis secundum glo. j. in dicto capitulo. j. adde ea que habentur in auten. nisi breuiores. C. de sen. et glo. in. c. fi. de re iudi. in. vj. ver. illustrium. Et scias q sunt altercationes inter doctores. an libellus sit de substantia iudicij et glosa in hoc capitulo. j. tenuit q sic. Idem Innocen. et Hosti. et Bartho. in dicta aucten. offeratur. et multi alij ibi. Cardi. et Abb. et in hac materia est glosa in clementi. sepe. in ver. necessario. de verbo significa. et ibi glosa vult q non sit de substantia nisi quādo reus peteret solennem libellū offerri. sed sufficit q actor dictet suam petitionē apud acta notario. Et hanc glosam approbat Alex. i. l. j. ff. de eden. et dicit q doc. ita tenent in hoc. c. j. sed nescio hoc videre. quia glos. Inno. Hosti. Cardi. et Ab. tenēt con-

trarium: et Bartho. in dicta auctẽti. offeratur. Et quod libellus sit de substantia iudicij etiam si non petatur. allego glosam que non potest cauillari in. c. de causis. de offi. dele. Hoc etiam videtur velle glosa in. c. cupientes. §. quod si per. xx. in fi. contumacia. de elec. in. vi. in. c. i. in ver. legittimi. de iura. calum. in. vi. Et ego tenerem istam opinionem: et istud ẽ regulariter verũ Specu. tamen ponit multos casus speciales in quibus non requiritur libellus in ti. de libel. concep. §. nunc videndu. Et nota vnum pulchrũ dictum quod non requiritur libellus quando partes cõueniunt quod iudex non in figura iudicij: sed de plano ex officio inquirat veritatem vt audiat: et secundum reperta iudicet. secundum Innocen. et Hosti. et Jo. an. et Abb. Dicas tamen quod dictum iudicis non erit sententia diffinitiua. sed erit quoddam mandatum secundum quod sibi videbitur. Pro quo bona glosa in capitulo si. de re iudi. in. vi. in ver. illustrium. et hoc casu potest procedere opinio que habet libellum posse remitti a partibus. intellige tamen de expresso consensu partiũ. Consuetudo tamen valet secundũ docto. quod non detur libellus. hoc tamen singulariter limita ex intentione Abb. procedere in libello solenni. secus in petitione que debet fieri apud acta: quia talis consuetudo tanquam irrationabilis non valeret per ea que notantur in clementi. sepe. de verbo. significato. Non requiritur etiam libellus si sint cause vilium personarum secundum docto. licet cause non sint viles. quod est notabile. Et non tradas obliuioni dictum notabile Bartholi in. l. mediterranee. C. de anno. et tri. lib. x. vbi dicit quod causa dicitur vilis si plus expenderetur in litigando quam sit illud quod petitur. ¶ Volo tibi dicere vnum pulchrum casum in quo nõ offertur libellus. duo cõtendunt eandem rem possidere: et quilibet vadit ad possessionem. et ex indignatione nemo vult libellum offerre. dicens det altera pars. tũc enim cum debeat iudex occurrere ne deueniant ad arma. l. equissimũ ff. de vsufruc. procedit ad receptionem testium sine libello et adiudicabit possessionem clarius probanti. Et hunc casum ponit Speculator in titulo de libel. concep. §. nunc videndum. versi. xxij. quem refert Abbas. Et si queratur cuius expensis debeat libellus dari reo. Et cõclude quod attenditur loci consuetudo. qua cessante dicas quod debet dari expensis ipsius rei. ita concludit Abbas per multa. et idẽ vult Bartholus in dicta auctenti. offeratur et mouetur Abbas per textum in. l. i. ff. de eden. vbi dicit quod satis est quod fiat sibi reo copia scribendi. Et sic respondetur ad textum in dicta auctenti. offeratur. quia dicitur satis offerri si detur copia scribendi. glosa tamen in clementi. sepe. in ver. pronunciatio. de ver. signifi. tenet quod expensis actorum. Et tu adde glo. in clementi. quia. in ver. oblatos. de appella. que videtur etiam tenere quod expensis actoris. ¶ Si aliquis interrogaret te statutũ imponit penam trahenti aliquem ad certum iudicẽ. quando dicatur aliquis trahi quid diceres. Et dicas quod per solam citationem. vt notabiliter probatur in. c. significantibus. eodem titulo. et vide Bar. in. l. amplius nõ peti. ff. rem ra. ha. vbi eleganter loquitur de multis similibus. ¶ Nota glosam magnam in dicto c. significantibus: quia ponit practicam libellandi: et late per doct. post glos. et cõclude in actione reali in iudiciis singularibus. quod actor debet exprimere tales circunstantias ex quibus certum sit quid intendat petere actor. et vide Bar-

176

stationem.i.simul attestationez. Et tene opinionem glo. quam sequitur Anton. de bu. et Ab. licet aliqui aliter loquantur. et teneas etiam opinionem q contestatio potest fieri absente parte. ex quo obtulit libellū et psistit i sua petitione. Item q tēporis intervallum inter oblationez libelli et responsionem non viciat. Item non requiruntur verba in cōtestatione faciēda. sed satis est porrigere libellum continentem narrationem et petitionem. et q responsio sequatur. et ista fuit opinio dominorum de Rota. quaz sequuntur moderni in dic. c. j. licet Hosti. et Bar. aliter loquantur. de quo per Bart. in. l. j. C. eo. Dicit tamen Bar. ibi q omnes docto. tenent contrariuz. et tene etiam q non requiratur iudicis interrogatio: licet glo. hic aliter velit. Et nota q non solum per negationem sed etiaz per confessionē inducatur litis contestatio. vt tenet glo. in dic. c. j. Conclude tamen ex intentione glo. in. c. oudū. j. de ele. Aut cōfitetur oblato libello. et tūc inducitur litis contestatio. secus si nondum oblato libello. et hoc casu non fertur sententia diffinitiua. sed fit preceptuz reo vt soluat infra certum tempus. intellige tamen si confiteatur animo litem contestandi: posset eniz cōfiteri vt non cogatur subire iudicium. vt quia vult statim soluere. Et nota q ex simplici responsione presumitur animus contestādi litem: etiam si nō dicatur animo contestandi litem. Et ideo secundū dominos de Rota. si reus respondendo libello actoris negat narrata prout narrātur. et dicat petita fieri non debere: licet non addat animo litem contestandi: nihilominus inducitur litis contestatio. Hoc tamen notabiliter limitat Ab. non procedere vbi esset cōsuetudo q talia verba apponerentur: quia si nō eēt apposita non induceretur litis cōtestatio. Sed multum solet dubitari: quid si reus respondeat animo non contestandi litem: an impediatur litis contestatio. Et conclude q sic: quod tamen limita non procedere quando reus premissa protestatione q per ea que dicet non intendit litē contestari: et anteq respondeat iudex contradicat: et postea respondeat non repetita protestatione videtur respondere animo litem contestandi. quia videtur voluisse acquiescere sententie interlocutorie iudicis. de quo per doc. in dic. c. j. et per Bar. in dic. l. j. et nota quia responsio potest fieri animo contestandi litem. et animo instruendi iudicem. et sic protestatio nō est cōtraria facto secundum Inno. in. c. cū. M. de cōstitu. Et si dubitatur an p exceptionis peremptorie obiectum inducatur litis contestatio. Et cōclude ex intentione Bar. post glo. in dic. l. j. q sic: quando statim post narrationem factam ab actore sequitur responsio rei opponentis exceptionez peremptoriam: secus si post libellū oblatū re9 ex interuallo veniret et pduceret suas exceptiones. Et hoc sequitur etiam Anto. de bu. in di. c. j. quicquid voluerit Ab. Et nota q regulariter non procedit libellus sine conclusione. quia dici debet peto reum condempnari vel similia verba: vt notant docto. in. l. j. ff. de edē. quia iudex non interponit officium suum non petitum. l. iiij. §. hoc autez iudiciuz. ff. de dam. infec. hoc tamē limitatur nō habere locum corā principe secundum Inno. in. dic. c. j. qz coram principe narratio actoris et responsio rei inducunt litis cōtestationem: quia presentia eius supplet omnem defectum. l. omnium. C. de testa. c. j. de trāsac. Fallit et in possessoriis. gl. no. j. q. iiij. c. qz pstulat9. pcederet libellus qsi vltra narrata opponeret aliqd verbū pgnās sonās in pclusionē: vt qz dicet. cōcl.

177

ror de titio cui mutuaui decem ꝛ nõ
restituit. nam verbum cõqueror ha
bet vim conclusionis. dict. est singu
lare Bal. in. l. edita. C. de edẽ. in re
petitione paduana. xv. colum. Itẽ
in criminalibus procedit libellus si
ne conclusiõe. Bar. in. l. quid ergo
§. pena grauior. ff. de his qui no. in
fa. in. l. libellorum. ff. de accu. in. l. ꝗ
§. si publico. ff. ꝺ adul. quia agitur
de vindicta publica. quo casu iudex
ex officio supplere potest. ex quo in
fert singulariter An. de bu. in. c. ex
animata. de iudi. ꝙ in omnibus casi
bus in quibꝰ iudex supplere potest
ex officio nõ requiritur conclusio i
libello. ꝛ ideo si conclusio esset ine
pta: iudex posset supplere sup nar
ratis. de quo per modernos. in. l. j.
ff. de eden. Libellus tamen rei non
requirit conclusionem Bart. in. l. j.
ff. de excep. An. de bu. in hoc. c. j.

¶ Nolo omittere aliqua tanq̃ quo
tidiana. quidã petijt in libello ad
uersarium cogi ꝛ compelli ad sol
uendum. x. que sibi debebantur nec
petijt ipsum primo condemnari. an
talis libellus procedat: ꝛ Bart. te
nuit talem libellum non procedere
in. l. j. C. de execu. rei iudi. in. l. si cũ
nulla. ff. de reiudi. licet Ab. hic vo
luerit ꝙ Bar. in dic. l. si cum nulla.
teneat contrarium eius opinio cõ
muniter damnatur. quia petita exe
cutione videtur prius petita condẽ
natio. de quo per An. de bu. ꝛ Imo
lan. in. c. examinata. de iudi. ꝛ Bal.
in addi. spe. in ti. de sen. in. xvj. col.
Et pro confirmatione contra Bar
to. facit qđ voluit Cy. ꝛ Bal. in au
ten. dos data. C. de don. ante nup.
ꝛ facit tex. in. l. cum quidam. ff. ꝺ bo.
pos. vbi si aliquis petit bonorũ pos
sessionem vr ipsam agnoscere: qr q
vult cõsequens vult añcedens: per
qđ puenitur ad illud: ꝛ glo. no in. c.
cõstitutꝰ. de relig. domi. quã ibi põ
derat An. de bu. p no. ꝙ pcedit li
bellus in quo minor dr se esse lesum
contra aliquem ꝛ petit rẽ. qr videt
ꝛ se petere in integrum restitui. qđ
notat Bar. in. l. ex diuerso. §. j. ff. de
rei vendi. in. l. si pecuniam. in. iij. co
lum. ff. de condi. ob causam dum al
le. l. illud. ff. de acqui. here. Et eo ip
so ꝙ statutum permittit actum in q̃
reqrãtur arma: vt occidere bãnitũ
in consequentia pmittit delationem
armorum. vt tenet Jo. de pla. in. §.
item lex iulia. institu. de publi. iudi.
ꝛ ideo dicit Bal. in. l. ꝗ. C. qui accu.
non pos. ꝙ libellus substentãdus ẽ
si fieri põt. Nota tamẽ ꝙ prepostę
ratio non viciat ẽm Bar. in. dic. l. j.
vt quia dixit peto eum compelli et
ad predicta condemnari. Nota ẽt
aliud ꝙ sufficit libellũ concludere
in pncipali. licet nihil concludat
in executione. ꝛ post condemnatio
nem poterit peti executio. glo. ẽ no
tabilis q̃ est prima in cle. auditor.
de rescrip. Et scias ꝙ per verbum
credit inducitur litis cõtestatio. vt
per doc. in di. c. j. ꝛ per Bar. in. l. j.
C. eodem. ꝛ pro hoc facit glo. mul
tum nota. in. c. ex literis. de iureiur.
que dicit ꝙ eque preiudicat confes
sio de credulitate sicut de veritate.
ꝛ est optimus tex. in. c. cum ad sedẽ.
de resti. spo. pro quo etiã tex. singu.
vbi per Bar. in. l. si debitor. ff. ꝺ pe
ti. here. ꝙ per verbũ dubito an res
pertineat ad te. inducitur litis con
testatio. Si aliquis respondeat in
iudicio per hec verba opprobriosa
tu mentiris. an sit facta litis conte
statio. Et conclude ꝙ sic: si talia ṽ
ba fuerunt dicta animo respõdendi
libello: secus si calore iracundie. vt
quia fuit vocatus ad iudicium sup
illa re: nec perseuerat. secus si perse
uerarret. l. quod calore. ff. de regu.
iu. ẽm doc. hic. quibus adde Bal.
ꝛ moder. in. l. turpia. ff. de lega. j. et
nota glo. sing. in aucten. qui semel.
C. quomodo ꝛ quando iu. ꝙ non po
test aliquis cogi litem cõtestari: ẽt
presens: sed propter contumaciam

ba sententia remanente. addere vel
detrahere ⁊ declarare obscura. Mu-
tare autem est quãdo quis vult ab
actione proposita desistere: ⁊ aliã
l. pactū. §. qui prouocauit. ff. de pac. per Bartho. in. l. a diuo pio. ff. de re iudi. et per doct. hic. Et Ab. refert opinionem Innocen. quam dicit sibi placere q si iudex ad quem alid addidit vel detraxit ipsi priori sententie ipse habet exequi. quia sententia est sua. Aut nihil est additum vel detractum: et tunc primus exequitur non secundus. quod tamen videtur limitandum vt non procedat quando iudex secundus fuit motus ex nouis rationibus: et non ex primis. Et etiam si confirmatur prima sententia ex negligentia appellantis non prosequentis in tempore. executio pertinet ad primum secundum doc. cetera dic. vt hic per docto. et in locis allegatis. Sed quid in appellatione ab interlocutoria, iudex appellationis pronunciauit male appellatum et condemnauit appellantem in expensis prout facere debet. capitulo. vt debitus. de appella. quis habet exequi: et videtur concludi q primus. dict. ca. vt debitus. Dicit tamen Cal. quem sequitur Ab. q vbi primus nō posset exequi. quia forte post appellationem ab interlocutoria processit in causa. et tulit sententiam diffinitiuam. q secundus debet exequi ne condēnatio remaneat sine effectu: et sic dicit se obtinuisse in questione facti. Nota q quamuis sentētia sit iniusta: quia contra ius litigatoris lata. tamen aliter tenet et transit in rem iudicatā debet obedire ille cui mandatur executio talis sententie. text. est notabilis iuncta sua glo. in hac materia in. §. quia pro. quod tamen text. non procedit in sententia criminali corporis afflictiua. quia non tenetur quis ad mandatū superioris illam exequi secundum Inno. et sequitur Ab. Nota glo. in ver. si sciat. quia tractat quis dicatur merus executor: et quis dicatur mixtus: et quas exceptiones possunt et debēt admittere isti executores. Et pōt dici q executor mixtus est ille quando iudex tulit sententiam sed non cognouit de executione: sed mādauit eam alicui: et iste executor potest admittere omnes exceptiones concernentes ipsam executionem. et super eis pronūciare. Exēplū coram eo opponitur exceptio compēsationis vel quod nō debet vltra quam facere possit cōpelli: vel quid simile. Et de isto intelligitur textus in. l. et si non cognitio. C. si contra ius. Et est text. vbi per Bar. in. l. pemul. ff. de confes. exceptiones vero cōcernentes merita cause inferentes sententiam nullam debet admittere. non tamē super eis pronunciat: sed remittit causam ad superiorem et supersedet de quo in. c. de cetero. de re iudi. Sed purus et merus executor est ille quando iudex plene cognouit de causa et de executione facienda: et purum factum ipsius executionis alteri committit. de quo in. l. executorē. in. l. si vt proponis. C. de execut. rei iudi. vbi est pulchra glosa. cetera dic vt per docto. super hac glosa. Et nota etiam ex eadem q si sentētia est nulla non tenetur quis obedire mandato. Nota etiam aliud q omissio appellationis nō purgat vitium sententie quo minus pars possit habere regressum contra iudicem. Idem secundum glosam. si pars fecit quantum potuit. puta quia bis appellauit: et semper reportauit sentē tiam contrariā. cui adde Inno. in. c. sepe. de appella. in. c. sacro. de sen. excōi. quod est notabile secundum Abb. Ex quo sequitur q iura que dicūt q non appellans videtur consentire vt in ca. quod ad consultationem. de re iudi. l. l. ab eo. C. quō et quādo iu. procedūt in consensu interpretato nō vero. et presumitur ille cōsensus ad effectum vt illa sententia trāsiat in rem iudicatā. nec obstat parti agē ti contra iudicē exceptio rei iudicate Adde Bartho. i. l. j. in fi. principij. ff. de appel. in. l. fi. ff. de varijs: et ex

212

traor.cogni.vbi querit de arbitratore.in.l.iiij.§.ex quibus in.l. itē si res.ff.de alie.iudi.mutā.cau. fac. in.l.iiij.§.tam vicinū.ff.de dam.infec.ꝛ in fi.eiusdē.l.dicit Ange.singulariter ꝙ licet ille ꝯtra quē sunt late tres sentētie nō audiatur per viā iniquitatis vel nullitatis.cle.j.de re iudi.tum ꝯtra iudicē potest conqueri. Et vide Bar.no.in dic.l.fi. vbi eleganter ponit quō procedatur ꝯiudicē negligētē vel nolentē facere iusticiā.ꝛ in.l.iiij.§.in eum.ff.de dā.infec.vbi ꝯcludit ꝙ tenetur actione in factum ad interesse.ꝛ in.l. nō quicquid.§.j.ff.de iudi.in.l.j.C. quomodo ꝛ qñ iu. Et vide glo.notabi. in.c.hoc etiā placuit.ij.q.vj.in.c. dñs noster.xxiij.q.ij.ꝛ glo.insti. de obli.que ex quasi delic.in princip. Nota glo.in ver.tenetur.iu fi.quia semper allegatur ꝙ iudex dꝫ iudicare ſm allegata.licet habeat cōsciētiam in cōtrarium.cui adde glosaꝫ iij.c.j.in ver.canones.de offi.ordi. glo.ꝛ Bar.in.l.illicitas.§.veritas. ff.de offi.pſi.Bar.in.l.j.C.de his q̄ de sunt aduoca.pti. Volo tibi dicere vnum singulare dictum. ptor ciuitatis in fenestra existēs.si videt duos rixantes ꝛ non mittit familiam potest officio priuari.dictum est notabile Bal.in.l.j.§.quies.ff.de offi.prefec.vr.allegat Cy.in.l.si seruos.C.de noxali.qui loquitur de patre iudice habente filiū rixosum si non prouidet potest officio priuari qd est notabile. Et ponunt noderni.in.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.preli.ꝛ adde qd notat Bar.in.l. j.in fi.ff.de his que sunt sui vel alie iu.ꝙ iudex propter nimiam seueritatem potest priuari officio.remouetur etiam iudex propter nimiam negligentiam.l.mancipa.vbi per Bal.C.de ser.fugi.l.si quos.C.de offi.prefec.preto.vbi etiam dicitur ꝙ propter longam infirmitatem potest remoueri ab officio. Nota vnū notabile dictum Hostien.in dic.c. §.fi.ꝛ sequitur Abb.ꝙ magis operatur renunciatio appellationis facta per partes q̄ȝ remotio appella. que fit in rescripto principis.quia quando partes renunciarunt nulla appellatio debet admitti.l.fi.C.de tempo.appell. Sed quando princeps remouet in rescripto suo ad mittitur appellatio multis casibus qui scilicet expresse approbantur a iure.de quibus in.c.pastoralis.de appella. Et quia textus in.§.fi.solet allegari contra procurantē aliquid malitiose.adde tex in cle.multorum de pe.in.l.iiij.§.subuenitur.ff. ad sill.in.l.ꝛ qui data opera.ff.ex qui.cau.maio.in.c.fi.de verbo.significi.in.vj.in.c.fi.de renunc.in.vj. glo.in.l.si pendentes.in prin.ff.de vsufruc.ꝛ ideo textus in.l.contra pupil.§.is qui.ff.de re iudi.non habet locuꝫ quando quis procurauit malic.ose se per superiorem vocari.vt dicit Specu.in ti.de cita.§.j verſi.item quod vocatus fuit.glo. Bar.in.l.Atlete.§.amplius.ff.de excu.tu.ꝛ qd voluit Bar.in.l.non solum.in princip.eodē titulo. Ab. in.c.cum dilectus.in fi.de cleri.nō residē. Et in materia loquitur pulchre Abb.in.c.postulasti.de concef.pbē. ¶ Nota singulariter glo. penultimam in capi.ex literis.ibi. violenter resisti potest ei.ꝛ plus probat text.in dicto cap.ex literis.ꝙ etiam tertius potest resistere iudici in fauorem partis. Nota ex glosa fi.ꝙ si ordinarius credit se delegatum:ꝛ procedit auctoritate delegata non tenet processus.si postmodum apparet ꝙ non erat delegatus licet potuisset procedere vt ordinarius.ꝛ hoc ex defectu voluntatis. Et hanc glo.allegat Alex.in.l.si p errorem.ff.de iurisdic.om.iudi. ¶ Nota vnā regulā ꝙ mādatū iurisdictiōale expirat p mortē mādatoris re integra. Text.est qui sem

per allegatur in capitulo.licet vn=diqȝ. Idem est regulariter in mandato non iurisdictionali.l.mandatum.C.manda.§.recte. Insti.man. ꝛ quando res integra vel nõ. vide glo.in dicta.l.mandatum.ꝛ in dic.§.recte. Nota glo.ii.in dicto cap. licet.ex qua nota plura.ꝛ primo aliquos casus in quibꝰ tacite vel ex=presse reuocatur mandatũ re inte=gra. Secũdo nota ꝙ si plures cau=se committuntur vni:ꝛ citatio fit in vna.ꝙ non perpetuatur iurisdictio quo ad omnes causas. hoc tamen limita ſm doct. nisi illa super qua fuit facta citatio. haberet connexitatẽ cũ aliis.ar.l.fi.C.de duo.rei. Tertio no.ex glosa.ꝙ si deponitur delegans re integra nõ autem moritur ꝙ expirat mandatũ. quod intellige ſm Hostien. quando cõmissio fuit facta nomine proprio expꝰsso. Quarto nota ꝙ si delegans ex=comunicetur delegatus potest ꝓ=cedere durante excommunicatiõe. hoc tamẽ videtur intelligere Ab. pro concordia opinionum nisi delegans fuisset excõmunicatus re in=tegra:quia tunc suspenditur iurisdictio delegati. Tangitur vna que=stio notabi.extra glo.nunquid de=beat repelli procurator propter superuenientem excommunicationẽ in personam domini. intelligendo de procuratore ad agendum. Hostien.tenet ꝙ sic. etiam si procura=tor sit contestatus litem. quia causa est domini cũ ad eum spectet cõ=modum ꝛ incommodum.secus si fuisset datus procurator in rem suam ſm Hostien.hoc tamẽ intellige ſm Anto.de bu.ꝛ Ab.quando inten=tat vtilem actionem sibi competẽ=tem.secus si intentat directam no=mine domini.pro hoc bona glo. in c.i.de iure patro.in.vi.ꝛ quod no=tat Bar.in.l.apud celsum.§.sed cũ legitima.ff.de do.excep.ſm Ab.ꝛ tu adde quod notat Bartholus in l.doli.ff.de noua.ꝛ qđ notat Bar=tho.in.l.C heredi.§.nos autem. ff. đ pac.vbi dicit ꝙ actio que erat inutilis apud cedẽtem.est vtilis apđ cessionarium.ꝛ Bal.in.l.qui stipẽdia.C.de procu. ¶ Tu scis ꝙ communiter dicitur ꝙ quilibet presumitur bonus ca.fi.de presump. Sed vt scias rñdere dicas ꝙ hoc non ꝓcedit circa ea que accidẽtaliter ꝓ=ueniunt.ꝛ non insunt homini a na=tura.talia non presumuntur nisi ꝓ=bentur.vt probatur in.c.cum in iu=re.eodẽ titu.in.c.si forte.đ elec. in vi.cum ibi notatis. Ex hoc sequitᷣ ꝙ facta nõ presumuntur.l.quecũqȝ §.fi.ff.de publica.ꝛ plene notatur in.l.sciendũ.ff.de verbo.obli. Et ideo in dicto.c.cum in iure non creditur quis delegatus nisi probet đ=legationem : ꝛ ad hoc allegatur. Et nota ex eodem textu. ꝙ iudex loquitur in singulari.lȝ hodie secũ=dum Ioã.an.ex quadam superbia loquantur in plurali.alibi quedam iura ad hoc propositum allegabo. Et nota ſm doct. ꝙ si delegatus non vult facere fidem de mandato ordinario:ꝛ ipsum nolentem pare=re excommunicat. excõmunicatio non tenet Et pro declaratione cõ=clude ꝙ mandatũ delegationis ꝓ=batur per origiale. Item exemplũ solẽniter sumptum ex originali. de qua solennitate in.c.vltimo de fide instru. Et idem si originale fuit exemplatuȝ in actis partibus presentibus ꝛ non contradicentibꝰ. Cõ=clude etiam ꝙ si sententia fuit lata per delegatum presentibus parti=bus:ꝛ non appellantibꝰ ꝓsumitur ꝙ iudex habuerit iurisdictionem. Idem est si pars ꝯparuitꝰ ante litẽ contestataȝ ꝛ non opposuit.c.inter monasterium de re iudi.presumitur tamen semper pro iurisdictione or=dinaria ſm glo. Conclude etiaȝ ꝙ si negatur quem fuisse procurato=rem vel tutorem absentis.tunc non

statur sententie nisi pars que obtinuerit probet procuratorem habuisse mandatum nisi dominus fuisset presens quando sententia fuit lata contra procuratorem et nō contradixit. Idem si probatur dominum sciuisse illum se gerere pro procuratore suo et nō contradixit. Et adde notata per Inno. in. c. ex parte decani. de rescrip. nec creditur notario qui in instrumento sententie facit mentionem q ille erat procurator: quia non creditur notario in his que incidēter narrat in instrumento. ex quo non fuerat rogatus de procuratiōe illius sm Inno. ex quo habes pulchram limitationem ad. l. optimam. C. de contrahen. et et committ. stipu. qz illa lex procedit in his que enunciantur in preiudicium partium pñtiū. sed respectu absentium illa verba non faciunt fidē Unde dñs absens potest dicere q nunq̄ dedit mandatum illi procuratori. quod est nota. ad idem quod voluit Bar. in. l. licet. C. de procu. vbi etiam iudex pronunciauerit illum esse procuratorem. nō per hoc sententia preiudicaret domino absenti. Sis ergo cautus q cum dubitatur de mandato vel de reuocatione mandati exigas cautionē de rato ab ipso pcuratore. vt notatur in l. f. C. de procu. Et nota semp glo. in fi. q semel excōicatus. p̄sumitur semper excōicatus. nisi probet absolutus: et ideo sit cautus absolutus vt conseruet literas absolutionis. ¶ Uolo tibi dicere duo dicta notanda. quorum Primum est istud. q iurisdictio delegata potest prorogari de re ad rem consensu partium. Secundum dictum est. q ad prorogandum iurisdictionem etiam delegatam sufficit tacitus consensus. vt hec notabiliter probātur in c. cum olim Abbas. Et tenet ibi Inno. et in. c. ad petitionem. de accu. et melius probatur ibi de tacito

p̄sensu q̄ alibi. secus est in prorogatione q̄ fit de loco ad locum. nā ibi requiritur expressus cōsensus partium. tex. est nota. in. c. statutū. §. in nullo. de rescrip. in. vi. Si tu velles scire nunquid indistincte iurisdictio restringatur ad expressa in rescripto. aduerte ad quedam dicta notabilia Inno. in dicto capitulo cū olim Abbas. dicit enim q quādoq aliqua specifice exprimuntur in rescripto: et ad illa proculdubio extēditur iurisdictio. Item ad accessoria expressis. vnde si quis dixerit in rescripto se fuisse spoliatum. poterit agere possessorio et petere extimationem damnorum que sustinuit in ista spoliatione: quia ista sunt accessoria ad interdictum. Item vbi verba sunt generalia vt extendantur ad ea que possunt sub illis verbis comprehēdi: et ideo si quis dicit in rescripto q titius iiuriatur sibi super tali fundo. poterit iste impetrator agere de fundo rei vendicatione. Item possessorio. item petere fructus perceptos ante litem contestatam agendo conditione sine causa: quia oīa ista possunt cōprehendi sub istis verbis generalibus. Et nota bene predicta pp̄ter rescripta que emanant hodie a Romana curia. Nota glosam in ver. protinus contradixit. ista glosa est multum singularis q dominus sciens procuratorem excedere fines mandati et non contradicens. videtur consentire. facit quod habetur per Inno. in. c. ex parte decani. de rescript. sm Abb. et tu adde glos. in l. f. ff. de nego. gestis. Sed an hoc sit verū qz est discordia inter doc. dicetur in dicto capitu. ex parte decani. Probatur etiam in ea glosa. q a forma rescripti pōt recedi etiam per tacitum consensum parti. qd tamen intellige si forma tangit priuatum fauorem partium. Nota etiam ex ea glo. procuratorē gñalē posse

prorogare iurisdictionē de tempore ad tempus. sed itellige eā de pcuratore gñali cū libera. si tñ dñs scit ꝛ non ꝯtradicat sibi preiudicat sm Hostien. ¶ Tu scis ꝙ hodie delegati in suis literis dicunt nostris. immo verius apostolicis obedire mandatis. Volo tibi adducere vnum bonum textū. pro hoc cōmuni stilo. in. c. cum olim magister. eodem titu. Fuit quidam semel qui legit clam iudice attestationes. Fuit dubitatum qua pena debeat puniri. Et responsum est ꝙ pena erit: quia non debet amplius audiri cōtra illos. Et nota hanc regulam īquātum potest/ debet punire iudex delinquentem in eo in quo delinqt: vt probatur in dicto capitulo. cum olim. ☞ Et tu allega tex. ꝛ Bar. in. l. in fraudem. §. quotiens. ff. de iu. fis. ꝙ si aliquis committit falsitatem circa acta debet perdere causam. quod est notabile contra illos qui faciūt scribi falsum p notarium actorū. Et adde quod notat Bar. in. l. si quis obrepserit. in. §. questiōe ff. de fal. vbi querit an ille qui produxit falsam accusationem possit accusari. l. cornelia. de fal. ꝛ quod notat glo. c. peruenit. §. de testi. cogen. in glosa parua. ꝙ subtrahens instrumēta alicui tenetur ad interesse. si autem falsitas committitur circa testes vel instrumenta non pdit quis causam. Bart. in dicto. §. quotiens. Nota glosa ꝛin ver. sigilla. que sentit ꝙ aperiens literas alterius punitur tanquam falsarius. Sed dicas vt per Bart. in. l. qui testamentum. ff. de fal. quia aut aperuit vt ostenderet aduersario mittentis: ꝛ sic procedit glosa: aut vt sibi legeret: ꝛ tunc punitur pena extraordinaria. Et ade Bar. in. l. Ticio. ff. ad muni. Nota glo. in ver. ppꝛio motu. ꝙ delegatus principis quantumcunqꝫ propꝛio motu datꝰ potest ex legitima causa recusari.

Et quia glosa allegat textū. in. l. §. ff. de offi. prefec. preto. scias ꝙ glosa ibi quam sequitur Bart. vult ꝙ cardinales equiparētur prefectis: ꝛ sic facit ꝙ asnia cardinalis non possit appellari. qđ credit ibi Alexan. in apostillis. in cardinalibꝰ q sunt legati. Sed Bartho. in. l. §. in prin. ff. quod quisqꝫ iuris. non videtur facere differentiam inter cardinalem ꝛ legatum cardinalē. ¶ Nota qꝛ in capitulo. coram: tractatꝰ an iura que loquuntur de coniunctis ratione sanguinis seu affinitatꝭ. vt admittatur cōiunctus prestita cautione de rato. extendantur ad coniunctos ciuili seu spirituali coniunctione: ꝛ magis communiter videtꝰ concludi ꝙ non. licet Bart. videatur tenere ꝙ sic. in. l. non solum. §. q alieno. ff. de procura. Cy. in. l. exigendi. C. eo. de quo per Abb. in. c. fi. de procura. in. c. fi. de postul. Roma. in. l. si vero. §. de viro. in. vj. fallentia. ff. solu. ma. Et per Ange. ꝛ Pau. de cas. in. l. sed ꝛ hec. ff. de pcura. ꝛ pro ista opinione facit tex. in. l. tutori. C. de nego. ges. in. l. §. C. si per vim vel alio mo. Et due glose notabi. simul iuncte in. c. cū. M. de ꝯsti. in. c. cū. R. hoc eo. ti. Nota tñ sm doc. ꝙ si causa reqrit speciale mandatū nō admittit coniunctionē: ꝛ ideo si causa ē spiritualis q requirit speciale mandatū nō admittitꝰ ꝯiuncta psona. Si tñ dubitatꝰ an hēat speciale mandatuꝫ admittitꝰ cū cautiōe. text. est nota. in l. qđ si de speciali. ff. de mino. Nota ex glo. §. ibi estimabitur inquātū sit lesa ecclesia: quia singulariter est notāda ꝙ etiā i causa spirituali admittitur quis ad agendum cū cautione si dubitatur de mandato/ licꝫ cautio non sit oīno sufficiens. quia causam spiritualem non potest qs estimare: sed puidetꝰ eo mō quo pōt. s. vt satisfaciat iqtū ecclīa ē lesa in eo ꝙ absens non hꝫ ratum iu

214

dicium. ¶ Nota glosam in ver. de cisione. iuncto textu quod quemadmodum in reuocatione commissionis debet fieri mentio de processu inchoato coram primo iudice. in. c. inter. de re iudi. ita cum datur adiunctus primo iudici. alias litere essent surreptitie. Nota glosam in verbo. quod non intelligitur. an et quando delegatus posset subdelegare. ¶ Nota quod vnus canonicus non potest esse iudex in causa concanonici: et ideo potest recusari. vt in. c. cum. R. canonicus. Et nota ibi glosam. ii. quia quotidie solet allegari quod canonicus potest esse testis pro concanonico. Et idem dicas in scholari pro suo socio. creditur tamen in istis plus vel minus secundum qualitatem affectionis. Pro quo bona glosa in. c. in literis de testi. et nota etiam illam glosam que ponit aliquas causas legitimas ad recusandum iudicem. Nota etiam ex eadem glosa. quod pro modica causa iudex potest recusari. ¶ Nota vnum text. qui quotidie allegatur iuncta glosa in ver. nihilominus. in. c. cum contingat. quod non debet admitti ad probandum quod probatum non reuelet. cui adde tex. in. l. ad probationem. C. de proba. Et nota singulariter ex eadem glosa. quod si iudex admittit exceptionem et ipsius probationem quas non debebat admittere tenetur postmodum pronunciare secundum illas probationes. alias pars excipiens haberet iustam causam appellandi. nisi cum protestatione iudex admisisset. vt puta si de iure deberent admitti. Sed quia Joan. an. insurgit contra glosam. dicas saluando glos. secundum Abbat. quod si exceptio ex se concludit. sed non debebat admitti: quia tempore incompetenti proposita est. et tunc ex quo fuit admissa et probata debet secundum eam pronunciari. alias possit appellari: et hoc casu ista glosa est singulariter notanda. quam sic intellectam dicit Abbas se alibi nescire. habe exemplum. contra executionem sententie que transiuit in rem iudicatam opponitur exceptio iniustitie et probatur. certe licet non debuisset admitti ex quo sententia transiuerat in rem iudicatam. tum ex quo de facto fuit admissa debet iudex pronunciare super iniusticia de qua cognouit pro quo singulare dict. Inno. in. c. cum dilecta. de rescrip. in cap. cum Bartoldus. de re iudi. quia de qua re cognouit iudex. de ea pronunciare debet. l. de qua re. ff. de iudi. et sic habes casum singularem in quo sententia retractatur licet transiuerit in rem iudicatam. Et adde similem casum quem singulariter ponit Innocentius in capitulo. plerique de immu. eccle. Et ex his colligas singularem theoricam secundum Abb. et semper memorie commendandam quod si contra presumptionem iuris: et de iure. de facto admittitur probatio in contrarium patiente eo cuius interest debet a tali presumptione per probationem contrariam recedi. Item quando de contrario constat per confessionem partis cuius interest. de quo etiam per legistas in auct. sed iam necesse. C. de dona. ante nup. potes etiam intelligere in qualibet exceptione dilatoria que de facto fuit admissa post litem contestatem: et sic de similibus. Nota etiam singulariter ex dicta glosa. quod quando iudex dubitaret an exceptio sit admittenda vel ne debet eam admittere cum protestatione si et inquantum de iure sit admittenda: et non aliter: et hoc multum hodie inualuit in practica. Et idem in probatione secundum glosam. vnde in articulis iudex solet dicere admitto saluo iure impertinentium et non admittendorum. Et adde quod notat Bartholus. in. l. si duo patroni. §. idem iulianus. in fi. ff. de iureiuran. Et per istam glosam Hostien. format questionem quotidianam.

reus excipit: iudex vero dicit volo ꝙ rñdeas saluo iure tuo. nūquid teneatur reus rñdere ad mādatū iudicis. Et primo dicit ꝙ non. ꝛ si vellet compellere posset appellare: nisi iudex ex probabili causa moueretur. puta quia vehemēter presumeret contra reum ꝙ exciperet subterfugiendi causa iudicium. vel quia ē probabile dubiū an exceptio sit admittenda: ꝛ indagatio exigit lōgū tractum. consulit tamen Hostiē. ꝙ iudex faciat scribi causam in actis: vt sic appareat eū probabiliter motum ꝛ commenda inmemorie hoc dictum: ꝙ ex causa iudex potest recusare exceptionem cum protestatione: ꝛ procedere advlteriora. postea aliter distinguit: ꝙ aut exceptio est preiudicialis: uel talis ꝙ ea postposita peruerteretur ordo iuris: puta quia est dilatoria. ꝛ iudex vult ꝙ cōtestetur litem exceptiōe salua. ꝛ nō debet iudex procedere advlteriora sed prius pronunciare super exceptione. vt in. c. exhibita. de iudi. aut exceptio non est talis puta quia opponitur dilatoria solutionis ante litem contestatam. ꝛ tunc potest dicere iudex. respondeas salua exceptione tua. nam licet probetur post litem contestatam non per hoc peruertitur ordo iuris. distinguit etiaꝫ ꝛ tertio vtrum probatio exceptionis offeratur in continenti. vel petatur longior dilatio. vt primo casu non debeat iudex procedere ad vlteriora. Secundo sic. ꝛ dicit Ab. ꝙ hec dicta sunt singulariter notāda: quia quotidie versātur in pallacijs Et tu adde notata per Alerā. post alios in. l. ille a quo. §. si de testamēto. ff. ad trebel. Et nō tradas obliuioni glo. j. in dic. c. cum contingat. quia est multum singularis ibi. nec est verum quod dicitur. ex qua ifertur ꝙ testes vtriusqꝫ partis contra rū tūc reducūtur ad cōcordiā ꝑsumēdo actū geminatū: cū ꝓbatiōes sunt equales: si vero testes vni⁹ sūt meliores. vel quia dicunt verisimiliora nō fit illa interpretatio: sed ꝓnunciatur pro melius probāte. Et idem Inno. hic de quo per Ab. in c. cum tu. de testi. Et nota dem notabile Inno. ꝙ licet testes vtriusqꝫ partis reducantur ad concordiam per multiplicationem actus. tamē inter testes vnius: ꝛ confessionē alterius non fit cōcordia. ratio: quia confessio tantū nocet confitēti: non autē prodest: quia non potest quis pro se confiteri: sꝫ tm̄ ꝯtra se. Solꝫ dubitari: vtrum nullitas includit ī se iniusticiam. ꝛ allegatur quotidie dictum Inno. in dict. c. cum cōtingat. ꝙ non. ꝛ ideo si aliquis conquerens dixit excōicationem nullā postea probat eam iniustam non autē nullam. nō potest obtinre. immo debet condemnari in expensis. secus est econtra. nam si quis dicit sentētiam nullā iniustā. obtinet probando eam nullā: vt in ꝓxi. in eo. in dic. c. cū ꝯtingat. ¶ Si tu vis scire practicam qualiter procedatur cōtra prelatos seu rectores de dilapidatiōe rerū ecclesiasticarū suspectos ex dictis glo. ꝛ dotorū in. c. venerabili. potes concludere aliquos casus. quorum Primus est quādo aliquis dicitur suspectus inchoat processus an sit suspectus de dilapidatione ꝛ interi debet ei interdici omne gen⁹ alienatiōis. Scds casus ē ꝓbata suspitiōe dat sibi coadiutor cui ēt īterdicit oīne gen⁹ alienādi Tert⁹ cas⁹ est. post datiōnē coadiutoris inchoat ꝓcess⁹ sup veritate vtrū scꝫ verū sit q̄d dilapidauerit. ꝛ in ꝑncipio ꝓcess⁹ sup veritate nō debet remoueri ab administratiōe: nisi qn̄ esset ꝑsumptio cōtra inqsitū ꝙ stādo in administratiōe corrūperet officiales. Quartus cas⁹ est ī discussione sup veritate pōt iste inqsitus se excusare: ꝛ si nō ꝓbabit veritas restituet ī ꝑstinū statū. Quint⁹

215

casus est. quia probata veritate si fuit actus criminaliter debet deponi. Sextus casus est. si fuit actus ciuiliter debet solum remoueri a beneficio & alius ad illud promouendus. & in processu super suspitione procedit summarie: quia non agitur de magno preiudicio. sed super veritate proceditur plenarie. immo super suspitione dilapidationis pot procedi sine scriptura propter periculum imminens q ad effectu. vt probata suspitione detur sibi coadiutor. & hec sunt notanda. Et intelligit Ab. hunc duplicem processum quando proceditur per viam inquisitionis seu denunciationis. secus si per viam accusationis. quia tunc proceditur super veritate rei per ea que habentur in.c. veritatis. de do. & contu. in.c. veniens. de accu. Nota etiam ex glo. in fi. q parrochiani etiam laici admittuntur ad denunciandum prelatum suspectum de dilapidatione. Et adde plene notata p Ab. i.c. ex pte. de testi. Nota etiam glo. in ver. coadiutorem. Nota etiam glo. & memorie comenda in ver. cuius consilio. q platus habens coadiutorem tenet in administratione ipsius habere consensum: non tantum consilium. Et ratio est: quia coadiutor datur vt phibeat malam administrationem. & vt curet q fiat bona. Nota glos. in ver. alienationis. q in materia huiusmodi.c. verbum alienationis sumitur largissime. Et tu allega tex. quem glo. non allegat in. l. alienationis. ff. de ver. sig. Et tex. in. l. in quorum. ff. de pigno. per quem tex dicit ibi Bar. notabilit. q si forensis phibetur emere in hoc territorio: non phibet pignori accipere. & p hoc habes pulchram limitationem ad tex. in c. fi. de re. eccle. non alie. q allegatur in gl. qr ille pcedit qn phibet vendi vel alienari res: secus si psona prohibet & sic q phibet acqrere poterit pignori accipe. Cy. & bal. i. l. fi. C. de re. alie. non alie. Alex. i. d. l. in quorum. Et no. ex dictis doc. q dato coadiutore ppt suspitionem dilapidationis non pot p eos fieri alienatio: et in casibus als eis a iure concessis. Nota glos. in ver. vices. q si quis comittit simplr vices suas: videtur in totum comisisse. cui adde Inno. in.c. super questionum. hoc eod. ti. ¶ Uolo tibi tradere vnam singularem limitationem ad tex. in.c. fi. hoc eo. ti. vt procedat quando quis debet prouidere ecclesie de principalibus personis: secus de persona coadiutoris. tex. est singularis in ca. venerabili. vbi per Inno. & ibi per Ab. in fi. ¶ Scias q sententia qua quis pronunciat se non esse iudicem est interlocutoria. habet tamen vim diffinitiue: quia prorsus extinguit iurisdictionem pronunciantis. adeo q illam amplius reuocare non pot tex. est memorie commendandus i.c. significantibus. Ex quo habes pulchram limitationem.c. cum cessante. de appel. l. quod iussit. ff. de re iu. quia illa iura non procedunt in interlocutoria per quam finitur iurisdictio iudicis. Et dixit singulariter glo. in aucten. habita. C. ne fili. pro pa. q a tali snia non pot appellari: etiam de iure ciuili. Et hoc ideo est: quia habet vim diffinitiue sm Ab. Sed aduerte qr illa gl. loqtur. qn iudex pnunciat se ppetentem. sz tn idem est i vtroq casu vt notabiliter declarat Bar. in. l. ij. ff. de app. reci. Et adde tex. notabilem in.c. significauit. de rescrip. q tex. pbat q a pronunciatione iudicis qua pnunciauit se iudicem tacite vel expresse pot appellari. Et volo q comendes memorie dictum singulare Bar. aurige nostri in. l. qd iussit. ff. de re iudi. q si lata est sua interlocutoria a qua de iure ciuili non pot appellari: ds saltem ille ptra quem lata est petere qd reuocet eam: als si non petit videt snie acquiescere: & non reuocaret p appellatio

nem a diffinitiua.nisi in casibus de quibus in.c.non solū.de appella.in vi.quod est singulare notandum. Cōmenda etiam memorie illū tex. iuncta glo.fi.ꝙ non obligatur com promittens ad penā cōpromissi su per his que non dependent ab eius potestate. Et qꝛ tex.in dic.c. signi ficantibus.facit mētionē de vidua. Solet dubitari an vidua dicat̄ mi serabilis persona. Et dicas primo ꝙ miserabiles persone. dicunt̄ ille super quibus natura mouetur ad mi serandum secundum doc. Et ꝓ re sponsione aduertas ꝙ sunt tres se cularium species quo ad materiaȝ istaȝ. Quedā sunt non miserabiles nec habitu:nec actu. qꝛ nō habent aliquā qualitatē propter quā natu ra moueatur ad miserādum eis. vt puta quia sunt masculi ⁊ potentes. vel femine coniugate ⁊ diuites. Quedā sunt miserabiles habitu et nō actu.vt vidue ⁊ pupilli diuites. Quedam sunt miserabiles habitu ⁊ actu: vt vidue ⁊ pupilli pauperes vl̄ diuturno morbo fatigati. vl̄ pau peres dumtaxat. ¶ Et nota modo quosdā casus. quorū Primus est. ꝙ illi de quibus primo dictū est nō possunt trahere ad iudicium eccle siasticū nisi cum sit de foro ecclesie. aut ratione cause:aut ratiōe ꝑsone. Et si īpetrarētur litere ad iudices delegatos.essent ipso iure nulle. ꝟ quo in.c.licet.ꝟ foro cōpe. nisi ꝑius daret̄ defectus iusticie seclarꝭ. vt qꝛ in ꝓuīcia vl̄ ciuitate n̄ ē iudex scla ris vl̄ recusat̄ vl̄ negligit facere iu sticiā: ⁊ tūc pt̄ recurri ꝯ quēlibȝ lai cū ꝑ quēcūqȝ ad iudicē ecclasticuȝ vt in auct.vt diffe.iudi.si ī illa ciui tate nō ē alius supioꝛ sclarꝭ. Scdus casus:ꝑsone miserabiles actu si op primātur possunt malefactores su os immediate trahere ad iudicem ecclesiasticum.c.super quibusdam. in fi.de ver.signi. Et sub istis com ꝓ̄hēdit Inno.notabiliter ꝑegrinos

quo ad res quas secum deferunt: ⁊ quo ad iniurias eis illatas ⁊ in ru sticis ecclesie. ¶ Tertius casus.si tales persone non opprimantur de bent prius recurrere ad iudiceȝ se cularem contra laicos: ⁊ si literas impetrant ante negligentiam non sunt nulle ipo facto:sȝ sunt in pēdē ti:vt est tex.in dic.significantibus. ⁊ in.c.ex tenore.de foro competen. Et non tradas obliuioni vnum di ctum singulare Innoc.in hoc. c.si gnificantibus.qui eleganter loqui tur in hac materia. Dicit enīȝ ꝙ da ta negligentia vnius iudicis secu laris possunt isti miserabiles habi tu tantum recurrere ad iudiciū ec clesiasticum:nec tenentur querela re coram superiore iudicis negligē tis. Secus aūt in aliīs laicis nō mi ser abilibus.nā illi non p̄nt habere recursum ad iudicē ecclesiasticū ni si data negligentia cuiuslibet iudi cis secularis.quod est singulare se cundū Ab. ¶ Quartus casus est. persone miserabiles habitu ⁊ actu possunt alios trahere ad iudicē ec clesiasticum:etiam non data negli gentia iudicis secularis: vt probat tex.a contrario sensu in.c. significā tibus. ⁊ in.c.super quibusdaȝ. in fi. de ver.sig. Et ideȝ videt̄ velle In no.in peregrinis quo ad contractus initos in peregrinatione: ⁊ idem in penitentibus. Et non obmittas no tabile dictū Inno.in istis ꝙ possint trahere alios ad iudicem ecclesia sticum:tn̄ si ipsi trahuntur coraȝ iu dice seculari nō possunt declinare forū.ad hoc.l.vnica.C. quando im perator inter pupil. ⁊ memorie cō menda hoc verbum fm̄ Ab. Item si grauātur vel reportāt snīam inīq̄ quaȝ corā iudice seculari nō debēt appellare ad iudicem ecclesiasticū qꝛ gradatim est appellādū ⁊ istud cōiter tenet̄. Ro.gl̄. ſ.ibi amiserūt ꝙ licet qs habeat iurisdictionē cer to casu.tamen si pronunciat se non

216

iudicem illā iurisdictionem perdit nec potest eā amplius reassumere ꝛ imputandū est parti nō appellāti ¶ Nota ꝙ in. c. suspitiōis. ponitur materia arbitrorū eligendorū in cā suspitionū. ꝛ ibi dicitur ꝙ omnia ptinentia ad articulū recusationis spectant ad arbitros. ꝛ sic ipsi habent citare testes. eos examinare ꝛ punire si deliquerint. Item condemnare in expensis. ꝛ pronunciare an cā suspitionis sit legitima. Nota glo. iij. in dic. c. ꝙ arbitri iuris cōpelluntur a principio acceptare: licet secus sit in arbitris cōpromissarijs. l. iij. §. j. ff. de arbi. Nota ēt ex ea. glo. que tractat an isti arbitri habeant iurisdictionem ordinariam. Et sūt altercatiōes. Et potes tenere opinionem Jo. an. dicentis: ꝙ nō sunt meri ordinarij: nec meri delegati: sꝫ est quedā species per se seu mixta. nā nō videtur dicendum ꝙ sint ordinarij: cū nō habeāt iurisdictionē: nisi in certo articulo. Nec meri delegati quia princeps eos non elegit: sed fuerūt assumpti consēsu partium. Et ideo secūdū Jo. an. isti arbitri nō pñt alteri cōmittere vices suas quod possent si essēt ordinarij vel delegati. Putat tamen Ab. ꝙ istorū potestas ꝛ iurisdictio magis accedat ad delegata ꝙ̄ ad ordinariam. cum iura loquētia de hac materia sint posita in ti. de offi. dele. ꝛ non de offi. ordi. Et pro hac argumentatione adducit tres glo. in. c. tibi qui. de rescrip. in. vj. in. c. si super gra. ꝺ offi. dele. l. vj. in. c. bone. de confir. vti. vel inuti. Et quia dicitur in dic. c. suspitionis. ꝙ arbitri iuris compelluntur eligere tertiū si non possunt conuenire in vnā sententiam. Queritur quid si discordant sententia iam lata. ꝛ Specu. quem refert hic Ab. tenet indistincte siue arbitri discordent in sententia ferenda siue in iam lata compelluntur eligere tertium. Et Ab. videtur sequi dictum Specu. propꝫ eius magnam auctoritatē. licet dicat ꝙ hoc nullo modo congruit litere. ¶ Nota quia in. c. P. S. ponitꝰ materia prorogatiōis. ꝛ semper allegatur tex. iste ꝙ iurisdictio delegata non pōt prorogari ad ꝑsonas non expressas in rescripto. Et si tu velles scire rationem. dicas ꝙ iurisdictio delegata est delegantis ꝛ nō delegati. vt in. c. sane. eo. ti. non ergo potest prorogari ad alias personas preter consensum delegātis cuius est iurisdictio. Nota gl. j. ibi vtriusqꝫ vtilitatem continet. Nota glo. in ver. promulgares. an ꝗs possit se obligare ad penam excomunicationis. Et ista questio potest intelligi nunquid apud alienum iudicem cuius iurisdictionē in se prorogare intendit possit se obligare ad penā excōmunicationis. ꝛ in clerico non est dubiū. quia ipe in nullo pōt prorogare iurisdictionē alieni iudicis sine cōsensu epi sui. c. significasti. de foro. compe. Sed si habeat consensum epi tunc poterit ferri in eum sententia excōicationis. Et idem in laico si habuisset consensū episcopi sui. c. omnis vtriusqꝫ. ꝺ pe. ꝛ re. Sed dubium remanet in laico qui vult prorogare iurisdictionem alterius iudicis ecclesiastici sine consensu sui episcopi: nunquid possit per illum excōmunicari. Et docto. cōiter sentiūt ꝙ nō ꝫ Ab. licꝫ dicat ꝙ est casus a contrario sensu in di. c. P. ꝛ S. ꝙ in prorogatione ordinarie iurisdictionis potest laycus specialiter se obligare. Ego autem ꝙ possit se quis obligare ad aliquid faciendum sub pena excōmunicationis vel perditionis bene ficij. alle. glo. in ca. si quis presbiter. ij. q. iij. in. c quotiens cordis oculus. j. q. vij. in. c. quāꝙ̄. xxij. dist. in. c. cū dilecti. in fi. de elec. Nota tñ. ꝙ in casu quo pōt quis se obligare: non pōt se obligare vt possit ex-

communicari, sine competēti moni tione. dictum est notabile Hostien. in dic. c. P. & B. Item secundū Inno. nō potest se obligare vt sine cause cognitione: & sine cōtumacia possit excommunicari. & nisi sit in culpa & contumacia non debet quis excō municari: etiam si prius fuit in culpa in non soluendo. dummodo tempore excōmunicationis sit sine culpa: vñ culpa & ɔtumacia requiritur tēpore sentētie: nec sufficit ꝑcedēs puta quia potuit soluere & noluit. sȝ nunc est impotens secundū Inno. quod est notabile. Et predicta intellige quando quis obligauit se vigore pacti: vel prorogationis. quia tunc requiritur tempore sententie cause cognitio: & cōtumacia. Secus si iudex consentiente debitore ferat excommunicationem sub conditione nisi satisfecerit in termino: nam nūc elapso termino erit excommunicatus sine alia monitione & excommunicatione. quod est notabile. & hoc ideo est: quia debitor in se sponte suscepit sententiaȝ. Sed an sententia excommunicationis liget impotentem: vt puta si feratur sententia sub conditione si non satisfecerit infra mensem sit excommunicatus si non poterit satisfacere. Et concluditur ꝙ sic. quo ad ecclesiam militantem sed iudex debet illum absoluere q̄n constat de impotentia. Et Ab. allegat Federi. de Senis in suis consiliis. ꝙ si sententia excōmunicatiōis fuit lata gñaliter puta ɔtra non soluentes censum vel decimas vel q̄d simile. illa sententia non ligabit nisi soluere nolentes. non autem impotentes: quia verba generalia debēt intelligi ciuili modo. Et hec sūt notāda: quia quotidiana ſm Ab. ego autem allego pulchraȝ glo. in. c. q̄s quis. iij. q. v. que querit quid si iudex excommunicat aliquem si tali die non venerit. non venit: quia non potuit: nunquid sit excommunicatus. & ibi Bar. brix. cōcludit ꝙ erit excommunicatus. sed absoluetur sine expensis. commendetis memorie glos. domini mei. ¶ Nota quia glos. si. tractat materiam prorogationis. ego in hac materia quotidiana procedam per cōclusiones quarum Prima sit ista. prorogatio iurisdictionis delegati potest fieri de tp̄e ad tp̄s. c. de causis. eo. ti. dȝ tamen fieri sub eadem forma & natura: vnde si non est eiusdem forme & nature sicut prima nō est illa prorogatio. & ideo fieri non poterit. glo. est notabilis in. c. hi qui. de preben. in. vj. Et nota ꝙ in iudice ordinario si est temporalis nō habet locū prorogatio. Si volūt prorogare iurisdictionem in tempus in quo non est futurus iudex secundum docto. Si autem est perpetuus quantum ad subditos frustra tractam⁹ de ꝓrogatione. Sed quantum ad extraneos potest fieri ꝓrogatio vsq; ad certū tēpus: puta quia summittunt se iurisdictiōi vsq; ad duos mēses. ¶ Secunda est conclusio: de re ad rem potest fieri prorogatio tam coram delegato q̄ȝ coram ordinario. c. cuȝ olim. ij. hoc eo. ti. l. de qua re. §. j. iuncta glo. ff. de iudi. Si ergo iudex erat deputatus ꝙ possit cognoscere vsq; ad centum vigore ꝓrogationis poterit cognoscere de maiori quātitate: vt probat tex. notabilis in. l. inter conuenientes. ff. ad muni. Et ibi dicit Bar. ꝙ iurisdictio debet fieri in his que sūt eiusdem speciei. & ideo si aliquis habet iurisdictionē in causis pecuniariis vsq; ad certam summam: non poterit fieri prorogatio in causis meri & mixti imperij. de quo etiam per barto. in. l. j. ff. de iudi. ¶ Tertia est cōclusio. de persona ad personaȝ in iurisdictione delegata non potest fieri prorogatio: vt i di. c. P. & B. q̄d limita singulariter secundum Bal. in. l. si qui ex consensu. C. de episco.

217

audi. ꝛ per Ab. hic nisi contingat illas personas licet nõ sint expresse in rescripto. vt quia agitur de iure prelationis in aliquo ꝛ aliqui comparent ꝛ dicunt se potiores: tũc poterunt isti prorogare iurisdictionẽ: delegati. Ordinaria autem iurisdictio est prorogabilis ad psonas extraneas. l. j. ꝛ. ij. ff. de iudi. ꝛ ibi per Bar. ¶ Quarta est cõclusio. de loco ad locum. potest fieri in delegata iurisdictione prorogatio dummodo interueniat expressus cõsensus partium. tex. est singularis in. c. statutum. §. in nullo. de rescrip. in. vj. In ordinario ꝯclude ꝙ īfra suã iurisdictionẽ de loco ad locuꝫ potest fieri prorogatio. vt si erat solit⁹ habere tribunal in platea. potest fieri prorogatio ꝙ habeat extra plateã. Si aũt voluñt partes prorogare de loco ad locum alteri subiectum. et hoc non potest fieri nisi consentiat iudex illius territorij. glo. est singularis in. c. vt litigantes. de offi. ordi. in. vj. ¶ Quinta est conclusio. ꝺ causa ad causam: non potest fieri ꝓrogatio. quia de vna specie iurisdictionis ad aliam speciem prorogatio fieri nõ potest. vnde si iudex est deputatus super maleficijs non potest prorogari in ciuilibus. qꝛ oportet vt illam iurisditionem habeat ī subditos suos ad hoc vt possit prorogari ad extraneos. De quo ꝑ docto. in dic. l. si qui. C. ꝺ episcopa. audi. Et vide etiam Bar. in dic. l. inter conuenientes. Sexta est conclusio in causis meri ꝛ mixti īperij potest fieri prorogatio: dũmodo iudex habeat consimileꝫ iurisdictionẽ. Hoc tamen singulariter limitatur vt solum possit fieri in preiudicium ꝓrogantis. Sed in preiudicium ꝓprij iudicis vel reipublice cui condemnatio veniebat applicanda fieri nõ põt: quia alś posset fieri fraus ꝛ circunduci vindicta quia criminosus subijceret se iudici amico a quo obtineret absolutionẽ. vt voluit Bal. in dic. l. si qui. quod est notabile.

¶ Septima est conclusio: in causis spiritualibus in foro conscientie nõ potest fieri prorogatio. c. oĩs vtriusqꝫ sexus. de peni. ꝛ remiss. in foro contentioso sic. vnde laicus potest prorogare in iure patronatus iurisdictioneꝫ non sui iudicis. Si tamẽ fieret collusio posset suus iudex ꝓcedere. ¶ Octaua est conclusio. nõ potest expresse clericus prorogare iurisdictioneꝫ non sui iudicis sine licentia sui iudicis. c. significasti. de foro compe. Sed contrahendo vel delinquendo in aliena diocesi tacite prorogat iurisdictionem non sui iudicis. c. dilecti. de foro competẽ. ¶ Nona est conclusio. episcop⁹ nõ potest prorogare sine consensu metropolitani secundũ doc. in. c. reprimendã. ff. de offi. ordi. ¶ Decima est conclusio. non potest papa se submittere iudicio imperatoris vel alterius iudicis. naꝫ inferetur iniuria ipsi deo. si eius vicarius iudicarẽ per laicum inferiorem. ¶ Undecima est conclusio. layci regulariter possunt prorogare iurisdictionem non sui iudicis sine consensu eorum superioruꝫ. l. j. ꝛ ij. ff. de iudi. nisi causa sit feudalis secundum doc. ꝛ ideo dicit gl. notabilis in. c. imperialem. §. preterea. ꝺ prohi. aliena. feu. per Federi. ꝙ si in causa feudali laycus prorogaret iurisdictionẽ alterius sine consensu domini nõ valeret iudicium: de quo per docto. in c. ceteruꝫ. de iudi. per Bar. in. l. j. §. ꝛ post operis. ff. de ope. noui. nunc. in. l. j. ff. de iudi. ¶ Duodecima est conclusio. proprius iudex non potest inhibere ne litigẽt corã alieno iudice. Tertiadecima est cõclusio ꝙ requiritur ꝙ is cui aliqui se volunt summittere habeat iurisdictionem requiritur etiam ꝙ partes consentiant ex certa scientia ꝛ non per errorem. l. si per errorem. ff. de

iurisdict.om.iudi. Et etiam error iuris habet impedire iurisdictionem. dictum est notabile Innocen. in cap. ad petitionem de accu. et secundum docto. sufficit tacitus consensus. Barto. in l. j. ff. de iudi.

¶ Decimaquarta conclusio est. quod in prorogatione personarum sufficit quod iudex non contradicat: immo si ignorat tenet prorogatio; vt est textus notabilis in l. ij. §. conuenire. ff. de iudi. Sed in prorogatione de tempore ad tempus, requiritur consensus iudicis: saltem tacitus. textus est notabilis vbi per Bart. in l. ij. ff. de iudi. ¶ Decimaquinta conclusio. requiritur quod partes non consentiant per metum. textus est singularis in l. ij. in princi. ff. de iudi. ¶ Ultra Abba. aliqua volo dicere in hac materia pulchra si tractatur de iurisdictione prorogan da per scienter litigantes coram iudice non suo ante litem contestatem non habet locum prorogatio. quia habet locum penitentia. glos. est notabilis in l. j. i pri. ff. de iudi. ¶ Ualebit tamen prorogatio saltem quo ad actus gestos. Angelus in dicta l. j. quod etiam procedit si partes expresse prorogarent iurisdictionem iudicis non sui: licet aliqui teneant contrarium hoc casu. quod non habeat locum penitentia: tamen glos. videtur etiam loqui isto casu. ¶ Nota etiam quod clerici possunt prorogare iurisdictionem quo ad iurisdictionem voluntariam. Ba. d. in l. generaliter. C. de episc. et cleri. ¶ Nota etiam quod clericus obligans se soluturum certo loco non propter hoc potest se subiicere iurisdictioni episcopi illius loci: licet contrahendo vel delinquendo possit. dictum est singulare Specu. in titu. de compe. iudi. additione. §. j. ver. clericus. Refert Alexand. in l. j. ff. de iudi. Et quod de loco ad locum possit fieri prorogatio, vide Bar. in l. quero. ff. de solu. l. l. ij. in fine prin. ff. de iudi. vbi dicit de loco ad locum sue iurisdictionis. et in l. fi. ff. de iusti. et iu. ¶ De etate ad capacitatem iurisdictionis exercende est tex. in c. cum vigesimum. Et nota quod minor decem et octo annis non potest dari iudex: etiam si partes consentiant nisi a principe. Dicit tamen Ab quod princeps non potest abilitare impuberem ad iudicandum, quia tunc est impedimentum nature. l. cum pretor. ff. de iudi. Et princeps non potest super ea que sunt de iure naturali. Et allegat glo. in dic. c. cum vigesimum. et in dic. l. cum pretor. Sed iste glo. in eternum non probabunt hoc. Sed contra ipsum alle. glo. notabilem in c. statutum. in §. canonicis. de rescript. in. vj. que vult quod ex certa scientia principis causa potest delegari maiori infante. Facit quod notat Bal. i. l. j. per quos fiat inuesti. in l. fi. ff. de testa. mili. Nota tamen quod requiritur quod princeps ex certa scientia commiserit causam minori. xviij. annis. alias rescriptum esset surrepticium: quia tunc cessaret ratio. l. quidam consulebant. ff. de re iudi. Et nota quod si princeps confert aliquod beneficium incapaci scienter, videtur super incapacitate dispensare. dic. l. quidam consulebant. et ibi per doc. l. idem vlpianus. ff. de excu. tuto. Ab. in c. per inquisitionem. in c. quisquis. de ele. in c. sicut. in cle. vel mo. Facit tex. et quod ibi per Ange. in l. libertus aduersus. ff. de in ius vo. qui dicit quod si princeps concedit rescriptum delegatorium alicui videtur ipsum supplicantem reddere abilem ad agendum. glo. in l. vniuersis. C. de preci. impe. offe. que voluit quod non sit querendum de conditione impetrantis rescriptum si imperator sciuit conditionem. et glo. multum nota. i. c. cum aut. xliij. distin. Et quod voluit Bald. in l. imperiales. §. similiter. C. de

218

nup. q si princeps promouet spurium ad episcopatum videtur secum dispensare. ¶ Solet dubitari decessit rex vel alius princeps relicto filio impubere quis exercebit hãc iurisdictionem. et in qua etate poterit iste filius. Et dicas secundum doc. q anteq efficiatur pubes debet sibi dari tutor: et per tutorem iurisdictio exercebitur. Sed post pubertatem ipsemet potest exercere, ea q sunt iurisdictionis. sed alia que nõ sunt iurisdictionis: sed concernunt ad ministrationem regni debet exercere cum auctoritate sui curatoris. de quo per Bar. in dic. l. quidã consulebant. et per Oldra. consilio. liij. Nota glo. i. dum alle. l. ad rẽpublicam et est singularis secũdũ Ab. Cõsuetudo tñ valet in ptrariũ tex. est notabilis in. l. non tantum. ff. de decu. qui tex. alle. q consuetudo attenditur in istis officiis deferendis ¶ Et hic volo adducere quedam pulchra de viribus consuetudinis. tex. singularem in. c. cum dilectus. de fide instrumen. q consuetudo facit instrumentum auctenticum qd als non esset. Consuetudo dat alicui iurisdictionem qui als non habebat. c. cum contingat. de foro cõpe. l. i. C. de emãcipa. liberorum. facit aliquez illegitimũ quia als erat legitimus ad promotionem. c. cum olim. de cleri. coniu. potest etiaz cõsuetudo circa principi reseruata. c. super quibusdã. de verbo. signi. Cõsuetudo potest disponere q iudex scribat acta. et quod ei adhibeatur fides. dictum est singulare Barto. in. l. si seruus communis. ff. d stipu. ser. per tex. in dict. c. cum dilectus. quod est singulare p limitatione. c. qm cõtra. de proba. potest dispone re psuetudo q credat istrumẽto notarij sine inscriptione testium. dictũ est singulare docto. in dic. c. cum dilectus. potest consuetudo detrahere fidei instrumenti. quod als de iure est validum. Oldra. notabiliter in consilio. xcv. et si anni domini nõ apponerentur in instrumento non valeret postq̃ sic est cõsuetudo. gl. est ordinaria in aucten. vt preponatur nomen impera. in princi. secundum Bal. in. l. de quibus. ff. de leg. Et Ab. dicit singularem in prohemio Grego. q omissio solennitatis ex sola consuetudine inducta habz viciare actuz. et potest inferiori prelato consuetudo retribure potestatem interdicendi ciuitatem. glo. notabilis in. c. dilectus. de appel. Cõsuetudo habet vim decreti. Bald. in. c. i. qui feudum dare possunt. allegat tex. et glo. in. §. fi. in aucten. de vsuris nauticis. colla. ix. Item consuetudo tenaciter obseruata habet vim iusticie: et dat iurisdictionez. l. viros. C. de diuer. offi. lib. xij. Consuetudo dat mandatum. l. nulli. ff. quod cuius. vniuer. nomine. dat iurisdictionem arbitris. Innoc. in. c. cum ab ecclesiarũ. de offi. ordi. bal. in. dict. c. i. Consuetudo potest conferre filiosfamilias ius testãdi. bal. in aucten. ingressi. in prin. C. de sacrosan. eccle. vbi dicit q consuetudo in omnibus que sunt de iure positiuo: allegat notata p Inno. in. c. ranuncius. de testamen. oportet tamen q sit rationabilis. c. fi. de consue. et de materia huius glo. per Archi. in. c. fi. de iudi. i. vi. vbi notabiliter dixit: q regulariter annus debz esse completus nisi aliud in iure caueatur: Et tu adde glo. notabilẽ in materia in. l. iij. §. minorem. ff. de mino. Nota glo. ij. i fi. quia est magna in sua materia. Cũ queritur in qua etate quis possit deputari iudex. ¶ Nota tex. qui semper allegatur in. c. vno delegato q ptãs plũi delegatorũ vl arbitrorũ simplr datorũ expirat p mortẽ vni. et nõ tradas obliuioni vnũ dictũ notabile q iste tex. habet etiam locum in arbitratoribus secundum Jo. an. quod est

Nota quod procurator dicitur ille qui aliena negocia domini mandato administrat. l. j. ff. de procu. sed si sine mandato dicitur negociorum gestor. in ti. de neg. gest. ¶ Tu debes scire quod in. l. j. C. procu. non tenetur communiter illa opinio: quod per negationem efficiatur res dubia ut admittatur procurator cum ratione rati. Et pro illa opinione videtur tex. in. c. j. nam ibi papa non vult admittere illum qui non facit fidem de mandato: licet asserat se esse procuratorem secundum Ab. ¶ Queritur an in gestis per vniuersitatem debeant describi illi de vniuersitate in instrumento vt testes. Et dicas quod non. vt probat tex. in dic. c. j. nam non debent esse partes et testes et sic debent admitti testes extrinseci: si tamen futurum oriretur aliquod dubium bene possunt illi de vniuersitate testificari: si non pretendunt commodum secundum Ab. in. c. veniens. el. de testi. et tu adde Bar. in. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius. vo. glo. in auten. de monachis. §. cogitandum. in l. ydonei. ff. de testi. doc. in. c. cum nuncius. in. c. cum super. de testi. in. c. si christus. de iureiu. et aliquid per bar. in. l. j. §. seruum. ff. de questi.

¶ Queritur an procuratorium possit probari per testes. Et dicas quod sic. glos. habes notabilem que est j. in dic. c. cui adde glo. in. l. non solum. §. qui alieno. Et ibi per Bart. ff. de procura. et licet sint quedam opiniones tamen tu tene glos. et quia Joan. and. dicit quod consuetudo iudiciorum non admittit probationes per testes: tu ergo attendas semper stillum consistoriorum in quo eris qui semper debet attendi. Bar. in. l. j. C. de iuram. ca. in. l. cum sentias, C. de sen. in. l. iudex. eo. ti. in. l. j. ff. de eden. in. l. cum proponas. C. de bonis. auc. iudi. poss. in. l. j. §. in operis. ff. de no. ope. nunc. in. l. quod bona. §. si alieno. ff. de dam. infec. in l. terminato. C. de fruc. et li. expen. in aucten. offeratur. C. de li. contes. facit tex. in. l. fi. C. de iniu. in. l. iij. ad fi. ff. de testi. in. l. instrum. C. ad exhi. et ibi per Ange. Sed cessante consuetudine serua quod dictum est. dicit tamen Ab. quod vt melius fit reo cautum si de aliquo dubitatur: vt quia procurator non sit soluendo. poterit exigi cautio. quia si in veritate non est procurator tenetur ipse ad interesse. Nota etiam ex dic. glo. quod vbi dubitatur de mandato. admittitur cum cautione. Et adde quod idem si dubitatur de speciali mandato. tex. habes notab. in. l. quod si de speciali. ff. de mino. Uolo tibi dicere vnum pulchrum dictum. tu scis quod coniuncta persona admittitur cum cautione preter voluntatem non contra. l. sed et he. in prin. ff. de procu. hoc limita singulariter nisi veniret tanquam coniuncta persona et pro suo interesse. casum do tibi singularem in. l. patri. in prin. ff. de mino. Sed queritur quid de illo qui asserit se procuratorem ad recipiendum solutionem: et dubitatur de eius mandato an admittatur cum cautione est altercatio inter docto. Sed Ab. approbat opinionem Barto. in. l. si sine. §. cum autem. ff. rem. ra. ha. et probat sic. Ab. quia etiam in requirentibus speciale mandatum admittitur cautione rati vt dictum est et hoc ideo dicit Ab. vt tollat obiectionem que fiebat in contrarium propter grauitatem preiudicij. Sed ista ratio non placet: quia non videtur esse ita graue preiudicium quod admittatur procurator quando dubitatur de mandato ad agendum cum cautione. sicut est quando tractatur de recipienda solutione. Sed adde quicquid dicat Ab. quod opinio communis videtur esse contra Bar. de quo plene per mod. in. l. j. C. de procu. quia ista fuit opi

nio glo.in.l.non solū.§. qui alieno. ff.de procurato. Nota etiā.ex gl. q clerici nominantur inter coniunctas personas. l. sicut coniunctus agit pro coniuncto sine mādato cū cautione: ita clericus pro ecclesia sue. de quo in.c.fi.§.ti.proxi. Nota glo.in ver.legaliter.in fi. q presupposito q prelatus non possit agere sine consensu capituli tamen si vult cauere de ratihabitione debet admitti. Dubitatur sepe nunquid conuersi ecclesie debeant consentire in negociis ecclesie. Et cōclude q in hoc attendenda est consuetudo ecclesie. Sed de iure dicas q non debent vocari. Et vide gl.in.c.ex eo. de elec.in.vi.ꝛ tex.in.c.ꝛ si christus. iuncta super ascriptione cū fine. de iureiuran. Hoc tamen limitat Ab. non procedere in locis vbi omnes conuersi sunt laici: vt in ihesuatis. tunc omnes habent vocē in electione prelati ꝛ in aliis negociis.

¶ Queritur an citatus si non comparuit possit se excusare propter infirmitatem: ꝛ respondeo q sic.tex.ē qui semper allegatur in.c querelā. quod tamen intellige in infirmitate graui: ꝛ sic īpediente accessū: secus si est leuis infirmitas. de quo in l.quesitū.ff.de re iudi. Et vide tex. in.c.placuit.in.c.peruenit.xviii.dis. ꝛ de infirmitate suoꝫ an excuset.est glo.in.c.cōmunis.xxiii.dist. Et nota bonum consilium vt semp citatus impeditus mittat excusatorem ad iudicem: vt certificetur iudex ꝺ impedimento: qꝛ tunc sn̄ia iudicis certificari non teneret. de quo in dic.l. quesitum. vbi per Bar. sꝫ si excusator nō mittitur tenet sn̄ia. Sed pōt peti restitutio in integrū.ꝯ sn̄iaꝫ ex ista iusta causa. Et si tu velles scire an iudex teneatur credere excusatori. Et concludit Bar. q nō.in.d.l. quesitū. Sꝫ dꝫ excusator offerre ꝓbatiōes: ꝛ si iudex nollet admittere ꝛ procederet ad sententiam non teneret: sꝫ si excusator nō offert ꝓbationes sentētia tenet. ꝛ qualiter poterit probari infirmitas dicas vt ꝑ Bar.in dic.l.quesitū. vt mittendo medicum: ꝛ postq̄ cōualuit poterit probari ex aspectu sm̄ Ab. Nota glo.i.de hac dictione querelam. de quo per glo.in.l.iii.C. quomodo et quando iudex. quam intellige largo modo. Et quia glo.in ver.infirmitate detentus. disputat vtruꝫ absens citatus teneatur mittere procuratorem si non pōt per se comparere: ꝛ i ista materia quotidiana habeas aliquas conclusiones. Quarum prima sit ista. citatus est inabilis ꝑ se: vt excōicatus tenet mittere ꝓcuratorē. Scd̄a est conclusio. ille qui non pōt cōparere per se priuilegio ꝑsone perpetuo. vt si est ep̄usq̄ non debet in iudicio seculari cōparere. v.q iii.c.fi. tenet mittere ꝓcuratorem. ꝛ idem dicendum in quocunqꝫ iudice perpetuo. Tertia est conclusio. iudex tp̄alis non tenetur mittere procuratorem: sed debet expectari donec fuerit fūctus officio l.pars literarum.ff.de iudi. Limita tamen hoc ꝑ glo.nota.in.l. si preses.C.de ep̄a.audi. q licet magr̄atus non possit conueniri in loco magistratus sui. poterit tamen alibi cōueniri. Adde etiā qd̄ pulchre dicit Bar.in.l.de pupillo.§.si quis ipi ꝑtori in primis quatuor questionibus. ff.de noui.ope.nunci. vbi inter alia dicit q idē est in officiali posito ad beneplacitum principis quod est in perpetuo. Allegat tex. quem dicit notabilem in.l.iurisperitos. in principi.ff.de excu.tutorum. Quarta est conclusio actor ad interrumpendā prescriptionem si non potest venire per se tenetur mittere procuratorē. Quinta est conclusio. reus impeditus culpa sua: vt quia relegatus tenetur mittere procuratorē. Sexta est conclusio: reus impeditus sine culpa impedimento tn̄ voluntario

tenetur aut p se aut p procuratorez comparere. Septima est cõclusio. si reus est impeditus impedimento necessario ꝛ perpetuo tenetur mittere procuratorem ne ius alterius pereat. Octaua est conclusio. in impedimento tp̃ali. tenetur quis mittere procuratorem in causa electionis: seu vacatiõis eccl'ie. c. cũ dilecti. de do. ꝛ cõtu. Nona est cõclusio in alia cã graui non tenet̃ quis mittere ꝓcuratorẽ: secus in cã leui: vt in hoc. c. querelam. de hac materia per glo. ꝛ docto. hic. ꝛ p Bar. in. l. j. ff. de diuer. ꝛ tempo. prescrip. secũdum Ab. ꝛ tu adde notata per bar in. l. ij. §. si quis autem in iudicio. ff. si quis cauti. glo. notabil' in. l. interdum. ff. de iudi. in. c. j. de quo tẽpore miles. vbi per Bal. ꝛ Bart. in l. si. ff. de i integ. resti. ꝛ Ange. in. l. cũ antiquitas. C. de testa. que dicit: ꝙ qui in breui est reuersurus non tenetur dimittere procuratorem. Et adde quod notat Bar. de expulsis de ciuitate i. l. creditor. ff. solu. ꝛ Bal. in. l. ij. C. de iurisdi. om. iudi. Et nõ tradas obliuioni casum multũ singu. in ti. de pace. cõstã. i ℣. snie quoq;. vbi dr̃ ꝙ snie late p impatorẽ cõtra rebelles ratiõe rebelliõis rescinduntur facta pace: secus si nõ occasione rebelliõis. sꝫ alr̃ iuste late sũt: vt occasione mutui vel alterius cõtractus. Et ille tex est multum notabilis. vt sciamus qui ꝓcessus rescindãtur quãdo expulsi reuertũtur ad ciuitatez. Quero aliquis est citat⁹ ꝛ in primo termino nõ cõparuit: an debeat in expẽsis condemnari. Et habes glo. notabilem ꝙ sic: in dict. c. querelam in ver. causa. in fi. cui adde glo. in. c. quisquis. iij. q. v. Et ad materiam glo. in. c. honoratus. lxxiiij. dist. Barto. in aucten. qui semel. C. quomodo ꝛ quando iudex. glo. in. c. j: de dolo ꝛ contuma. in vj. tex. in. c. ij. de test. cogẽ. per quẽ tex dicas ꝙ idem procedit si tres termini ponantur in vna citatione Sed hoc intellige in preceptis factis de comparendo: quia si nõ cõparuit in primo termino debet condemnari in expensis quas fecit aduersarius in comparendo. ꝛ similit̃ si nõ comparuit in scd̃o. sꝫ in tertio cõdẽnabitur expensis factis infra pmũ ꝛ scd̃m. Nam ꝓpter ipsi⁹ cõtumaciã aduersarius frustra fecit expensas: sꝫ quantũ ad expẽsas citationis cũ vnica sit citatio: lꝫ cõtineat tres terminos satis est ꝙ compareat in aliquo terminorum: quia per hoc apparet ꝙ citatio non fuit frustra facta: nam semp vnica citatio debet esse gratuita. Et reseruatur condemnatio in fine cãe. ꝛ idez est dicendũ quando aliquid pcipitur ĩfra tres terminos sub certa pena vt satis sit comparere in aliquo termino ad euitationem pene: quia pena concernit omnes tres terminos. ꝛ ista omnia que sunt Jo. and. dicit Ab. esse bene notanda. qꝛ sũt quotidiana ꝛ nota omnino de pena ad certos terminos: quia nõ cõmittitur nisi post lapsum omnium terminorum. Et vltra adducta p Ab. adde tu Bar. nostrũ in. l. contumacia. §. j. ff. d re iudi. ꝛ l. qui ante calẽdas. ꝛ ibi per moder. ff. de ver. obliga. Et nota in. c. finẽ litibus. de dolo. ꝛ cõtu. Nota bene glo penul. ꝙ causa super ecclesia dicitur grauis ita vt teneatur impeditus mittere procuratorẽ. intellige tñ put est s̃. dictum nisi ecclesia vacet. Et si tu vis scire q̃liter capiat̃ cã grauis dicas propter arduitatẽ cãe ꝛ ipsius magnitudinẽ seu p̃iudiciũ. et hosti. ponit multa exempla vt quia est cã matrimonialis. vel agitur de omnibus bonis: vel de maiori parte bonorum: vel est causa que infamat. Sed Inno. intellexit causã grauez id intricatam ꝛ inuolutaz que de facili non põt explicari per ꝓcuratorez ꝛ est glo. in. c. j. v. q. iij. Et vide.

omnino illam glo. q2 est pulchra in materia. Et adde quod notat bar. in.l. si quis. delegauerit. ff. de nova. q quis presumitur ignorare factuz propriũ qñ est valde intricatuz. qd tamẽ videtur procedere qñ tractat de dãno vitando. secus de lucro: vt notabiliter voluit Bar. i.l. q fũdũ. §. seruus meus. ff. pro empto. Et scias q tãgit hic per doc. an in sententia interlocutoria sit pars citanda. Et Ab. cõcludit ex dictis doc. q si interlocutoria ledit ius absentis debet citari: als non tenet sentẽtia aut non leditur ius partis vt q2 iudex vult prolongare terminum: τ nõ est necesse q pars citetur. Et pro hoc allegat Ab. Inno. in dict. c. querelam. τ Bar. in.l. nec qcq̃. §. vbi decretum. ff. de offi. procon. et lega. τ tu adde Bart. in.l. quod iussit. ff. de re iudi. ¶ Quid diceres d hoc casu: procurator est cõstitutus per instrumentũ: an possit reuocari viua voce. Et videtur dicenduz q non: per regulam primam. de regu. iuris. in anti. tamen in contrarium habes textum in.c. ex insinuatione. iuncta glos. j. ¶ Si quis interrogaret te: vbi est textus qui probat q vnus testis facit semiplenaz probationem. dicas q iste est tex. singularis in dic.c. ex insinuatione. τ de iure ciuili habetur per glo. τ doc. i l. admonendi. ff. de iureiurã. τ in.l. in bone fidei. C. eo. ti. ¶ In isto.c. tractatur per docto. an debeat notificari reuocatio procuratoris aduersario. de qua materia per glos. τ doc. in.c. in nostra. in.c. mandato. hoc eo. ti. Et per glos. τ Barto. in l. j. C. de satisda. τ conclude sic. Primo q si quis fuit constitutus ad litigandum cum certa persona: reuocatio debet intimari aduersario. Et idem dicas in contractu secundum Abbatem in.c. ex parte decani. de rescrip. Secundo conclude q si procurator fuit constitutus generaliter apud acta non tenet reuocatio in preiudicium ibi litigantiũ. Tertio si procurator fuit constitutus extra acta iudicij: τ intrauit iudiciũ cũ certa psona dz illa psona certificari de reuocatiõe: secus si nõ itrauit iudiciũ. τ satz est q certificetur ipse procurator: q2 cuz mandatum sit generale nõ est cui fiat denunciatio. q tamẽ intellige nisi constitutus fuisset procurator respectu certi loci: vt puta q2 fuisset prepositus alicui mercantie. nã tũc debet ibi publice proponi q nemo contrahat cum illo: quia fuit reuocatus per dominum. l. sed si pupillus. §. prescribere. ff. de insti. Et ad de in hac materia glo. multum sin. in.c. ij. de procur. in. vj. in ver. reuocari. in. cle. j. de renũ. in ver. teneat. Si tu vis scire exceptiones que habent obstare petenti restitutionem spoliationis recurre ad glo. multũ singularem in di.c. ex insinuatione. in ver. canonicum. τ dum glo. ordi. dicit de exceptione excommunicationis. Adde glos. in.c. in nomine domini. xxiij. dist. τ vide glo. in cap. quoniam multos. xj. q. iij. q excommunicatio non obstat petenti restitutionem vxoris. intellige tamen q dcm̃ est qñ excõicatus venit vt actor. secus si venit vt reus: puta q2 passus missionem ex primo decreto propter contumaciam petit nũc sibi restitui possessionẽ offerendo cautionem de stando iuri. iste eñ dz audiri. de quo in.c. qm̃. §. in alijs. vt lite nõ contes. Scda exceptio est. pactũ de non agendo: τ sic valet pactum de nõ petendo restitutionem. Tertia est exceptio rei iudicate. intellige super ꝓprietate illi9 rei. naz si post spoliationẽ fuit sñia lata pro me sup ꝓprietate obstabit exceptio sup possessorio: q2 notorie constat de defectu proprietatis. de quo in capitu. si. de ordi. cogni. ¶ Quarta exceptio clara est: vt in gl. Nota

glo. in ver. probare. quia limitat illam regulam q nemo compellit probare titulum sue possessionis. quia illud procedit nisi ius commune sit contra possidentem. Et nota singulariter ex tex. in di. c. ex insinuatioe. q petens restitutione in beneficij non debet docere aliquid de titulo: neqz iustificare suam possessionem ex aliquo titulo quod facit secundum Ab. contra communem opinionez, de qua in. c. in literis. de resti. spoli. Anto. de bu. respondebat ad istum tex. q non poterat probare possessionem in beneficicalibus nisi ostenderet a patiente superiore possederit z sic iustificat possessionem. Sz dicit Ab. q istud est destruere istuz tex. sed forte posset dici q text. iste dum facit mentionem de canonico impedimento: q istud sit vnum de illis si non iustificat saltez titulo colorato suam possessionez. de quo dicetur in di. c. in literis. Nota tamen q Ab. intelligit glo. istam q quando ius commune resistit petenti restitutionem z non fundat intentionez aduersarij debet ante omnia fieri restitutio: sed postmoduz debet iste probare titulum vt purget presumptionem est que contra euz propter resistentiam iuris communis. z hoc per istum tex. sed non displicet mihi intellect⁹ Inno. qui dixit: q ideo iste archidyaconus oneratur probare titulum: quia petijt pronunciari suam institutionem esse canonicam. Unde si fuisset cotentus sola possessione no fuisset oneratus. ¶ Et nota secundum Inno. q is ad quem spectat collatio beneficij potest compellere possessorem vt ostendat tituluz: nisi superior sit visus in illum consentire: qotest tamen superior hoc casu assumere in se onus probandi defectum tituli. Nota tamen singulariter q ad petitionem aduersarij nunq quis compellitur ostendere titulum sui beneficij. Et Ab. allegans dic. no. ppost. in. c. capitulum. de rescrip. dicit q si quis impetrat beneficium ab alio possessum tanq vacans debet ipse probare q vacat, nec compellitur possessor ostendere titulum quia presumitur iuste possidere. l. fi. C. de rei vendi. Et dicit Ab. ista verba multum notanda. z propter hoc reprehendit practicaz quorumdam executorum que iniuste z tanq ignorantes citant possessorem beneficij vt veniat ad docendum quare non debeant prouidere impetranti de beneficio per eum possesso: debet ergo possessor hoc casu coparere z dicere q iuste possidet. z si aduersarius dicit oppositum: debz hoc probare. Uolo tibi dicere vnum casum in quo exceptio dilatoria potest opponi post litem contestatam. z etiam post sententiam. exceptio scilicet falsi procuratois. Nam pot opponi per dominum in quacumqz parte iudicij. z etiaz post sententiam. tex. est in. c. in nostra. z idem in omni exceptione que reddit iudicium retro nullum. l. licet. C. de procurato. Et quid si opponatur ista exceptio per reum vide glo. nota. in. c. j. de elec. in. vj. in ver. absentia. z vide hic glo. penul. Nota glo. in ver. reuocauit. q vt teneat reuocatio procuratoris ad iudicia debet certiorari iudex vel aduersarius. Etiam si reuocatio fiat ante litem contestatam. probat etiaz illa glo. q iudicium est nullum agitatum cuz falso procuratore. ex quo aduersarius sciuit licet iudex ignorauerit. Sed secundum Ab. glo. iuris ciuilis quam sequitur Bar. aliter distinguit in. l. j. C. de satisda. Et idem tenet Jo. an. Sed pro opinione huius glo. Ab. allegat tex. in. c. ex parte decani. de rescrip. z in. c. mandato. hoc eo. ti. z i hoc. c. l. nostra. papa ignorabat reuocationez quia aliter non dedisset literas: z tamen hic dicit q hec exceptio reddit iudicium re-

tro nullum. et sic ponderat isti tex. contra opinionē glo. Jo.an. et bar. Nota glo in ver. exceptio. in fi. quia quotidie allegatur ex qua habes q exceptio falsi procuratoris qui scz nunq fuit procurator: vel fuit: sed est reuocatus: potest opponi et post sententiā: quia reddit iudiciū nullū. Et si tu vis scire rationē dicas qa non potuit sine mandato ius alteri us in iudicium deducere. Sed exceptio tu non potes esse procurator solum potest opponi vsq ad contestationem litis. non postea. vt in. l. qui stipendia. C. eo. l. filius. §. veterani. ff. eo. nec etiam in causa appellationis potest opponi. tex. est sing. in. l. ita demum. C. eo. Et nota q exceptio tu non potes esse procurator potest opponi contra religiosum etiam post litem contestatam secundum doc. quod limita non procedere quando habuisset mandatū a superiore et versetur vtilitas monasterij fm Ab. per ea que dicta sunt in ti. de postu. Secundo limita non procedere in religioso habente dignitatez seu administrationez: quia talis potest esse procurator alterius. c. sopite. de cens. glo. nota. in. c. de presentiū. xvj. q. j. Uel saltem non possit repelli post litem contestatā fm Ab. Sed quid diceres de clerico seculari. concludas q licet malefaciat assumendo officium procurationis tamen in eo dicitur sicut in multe secundū doc. Et pro declaratione predictorū videlz Bar. in dic. l. licet. C. eo. in. l. pomponius. §. rati. ff. eo. in. l. eleganter §. si quis. ff. de cōdi. indebi. Si agit de crimine et ciuiliter sunt circūstātie exprimēde in libello. vt est tex. in. c. tue. et adde Bar. in. l. pretor edixit. ff. de iniu. in. l. inde neratius. ff. ad le. aquil. et. l. ite3. exigit. ff. de dolo. in. l. viro. ff. solu. ma. in. l. j. ff. de eden. et ibi p mod. in. l. edita. C. de eden. Et concludit Bar. q vbi agitur ciuilr aliq actiōe que infamat siue de iure siue de facto debet exprimi tempus et locus. Et i dictis locis Bar. allegat hūc tex. qui tñ tex. non videtur probare cū loquatur d crimine adulterij: qd est mere criminale. Et dum dictus est q exprimēde sunt circunstantie in libello. als non procederet. l. libellorū. ff. de accu. intellige de substantialibus vt ibi. secus est in aliis circunstantiis. procedit ergo libellus accuso te q percussisti me cū ense: etiam si nō dico in qua parte corporis: et et si non exprimo esse sanguinis effusionem: et poterit postea in processu declarari: ita dicit notabiliter Bar. noster i. l. si preses. ad fi. ff. de penis. et facit qd notat glo. in. l. j. §. si quis argentū. ff. d positi. Nota glo. ij. in fi. cui adde glo. iiij. q. iiij. §. aliquando. et de pena impo nenda marito si non probauerit. est glo. i. c. publico. xxxij. q. j. In hoc c. tue. tangunt doc. vnam notabilez et quotidianam questionem. Nunquid punitus in foro ecclesiastico possit accusari de eodem delicto in foro ciuili presupposito q illud delictum sit mixti fori. Et in ista materia est tex. multum singularis i. c. felicis. de penis. in. vj. qui videtur probare q sic. et Abb. hic adducit vnam pulchram dist. Jo. an. i d. c. felicis. et illem approbat. Dicit enim q si per diuersas leges imponūtur diuerse pene pro eodem delicto omno separate. et impositio vnius non tollit aliam. pro quo tex. in. l. qui sepulchra. C. de sepul. vio. et in dic. c. felicis. Si autem pene non sunt omnino diuerse: vt quia vna lex imposuit penam centum florenorum. alia mille. et tunc si accusatio tendit ad vindictam. et tūc ex quo semel egit vno modo nō potest agere alio modo. secus si accusatio concernebat interesse proprium: rem familiarez tūc procedit id quod habetur in. l. j. ff. vi bono. rap. Si autem pene

sunt omnino similes: ut quia quelibet lex imponit penam centum florenorum. tunc non refert que pena imponatur cum sit eadem. Et adde in hac materia Abba. in dict. c. j. de offi. ordi. in c. de causis. de officio delega. in c. cum sit. de foro competen. Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. in l. si quis in hoc genus. C. de epis. et cleri. Et ego ultra alios quero si aliquis fuit punit⁹ pro simplici vulnere. an postea possit puniri de qualitate de qua non fuit actum ut puta super cicatrice. de quo per Bart. in l. senatus. ff. de accusa. in l. si ut certo. §. si duobus. ff. commoda. qui tenuit quod sic. Sed tene opinionem contra Barto. quia magis communiter docto. videntur tenere contrarium. Querunt etiam in hoc. c. docto. nunquid coram iudice ecclesiastico possit accusari uxor de adulterio criminaliter. et glo. j. in dict. c. tue. videtur tenere quod sic et cum ea multi doct. licet Inno. teneat contrarium. Abb. tenet glo. et ad istum text. respondet quod procedebat olim secundum antiqua tempora. nam quia imponebatur pena ultimi supplicij. non poterat agi coram iudice ecclesiastico. quia non imponit hanc penam. c. sententiam. ne cleri. vel mona. Sed hodie cessat ista ratio secundum Ab. sed ego dubito de hoc quia forte ius aucten. fuit ante istam decretalem. Et adde quod glo. tenet idem in c. gaudem⁹. de conversi. coniuga. quod ista. sed ibi Ab. dicit quod ista lectura glo. non est communis: et pro opinione contra gl. est optim⁹ tex. i. c. rex dz. xxxij q. v. de quo etiam per Ab. in dic. c. gaudemus. Et nota quod licet marit⁹ possit accusare criminaliter uxorem de adulterio. secus est in uxore: que non potest accusare maritum. ut in l. j. C. de adul. in c. publico. xxxij. q. j. et ibi per glo. et assignatur ro: quia vir est caput uxoris non econtra. Item maius preiudicium generatur marito ex adulterio uxoris propter dubium prolis: quam uxori ex adulterio mariti. sed ista ratio non multum viget iudicio meo quia non procedit in muliere sterili vel sene. ¶ Nota quod si procurator absentat se de certo loco principaliter pro negocijs suis: licet in consequentiam etiam tractet negocia domini non potest repetere expensas quas fecit in eundo vel etiam stando: nisi quaten⁹ fuisset pro negocio dumtaxat sibi iniuncto. tex. est notabilis in c. cum pro cau. Et ista materia ponitur ibi an et quando procurator possit repetere expensas. Sed quid si procurator incidit in latrones dum iret pro factis domini et fuit spoliatus: vel infirmitate fuit in itinere oppressus. Dicas quod non potest domino tales impensas imputare. text. habes nota. in l. inter causas. §. non omnia. ff. manda. quia hec sunt extrinseca a mandato. et potius imputanda casui fortuito. Et adde questionem positam per Bar. in l. si servus. cois. §. quod vero. ff. de fur. et in dic. §. non omnia. quia querit quid si legatus missus ad aliquem principem sit in itinere spoliatus. an mittens teneatur emendare damnum. Et in ista materia distinguit Barto. quod si illa legatio fuit affectata non tenetur mittens. et idem si portauit res non necessarias: sed ad pompam: sec⁹ si solum portauit res necessarias. adde etiam notata per Bal. in c. j. an agna. vel filius. ubi querit de vasallo qui cum iret ad servitia domini fuit spoliatus de iure non tenetur dominus dicit Bal. sed diceret⁹ dominus benefaciet compatiendo sibi et cetera. Et pro intellectu glo. in verbo propter hec. vide notata per Bar. in l. item tamen. §. in hac. ff. iudi. sol. ubi eleganter declarat an et quando defensor repetat expensas et l. i. §. j. C. de neg. gest. ¶ Nota quod scholares faciunt universitatem approbatam ut probatur in tex.

ita potest certificari per iudicem. Et sicut admittitur in tali casu petitio incerta quia pars potest probabiliter dubitare quos et quot expensas faciet in futurum. ergo etiã potest sequi sententia generalis. Et ex hoc habes cautelam vt in libello petas expensas factas et que fiunt in futurum: et admittitur hec petitio in certa ratione predicta. Et nota secundum Abb. quod multũ valet petere expensas in libello. quia licet iudex possit cõdẽnare ex officio sine petitiõe. l. ediles. §. itez sciendũ. ff. de edili. edic. tñ si iudex nõ ꝯdemnat vbi nõ fuerunt petite non tenet resarcire de suo. l. iiij. §. hoc autẽ iudiciũ. ff. de dã. infec. sm Ab. Et tu allega aurigã nr̃z Bar. in. l. ꝓperandũ. §. si autẽ. C. de iudi. in. l. fi. C. qñ ꝓuo. l. l. nõ ꝗdd. §. j. ff. de iudi. l. l. j. §. si curatores. ff. de mag. cõue. ¶ No. ex. c. petitio. et ex ibi notatis ꝑ Hosti. quod nõ ĩficit mãdatũ ꝓcuratoris qñ dr ꝯstituo te factorẽ meũ. vel asinũ meũ. dũmõ cõstet per alia verba quod dat sibi potestatem agendi et defendendi. seu quod voluerit eum constituere procuratorem suum. Et idem dicit ipse dicendum est de iure ciuili. quia non debemus stare in verbis. Et nota ex intentione doct. vnam pulchraz limitationem. Tutor seu curator non dant procuratorem ante litem contestatam sed actorem cum decreto iudicis. l. neqꝫ. C. de ꝓcu. hoc non procedit in beneficiato qui cõstituit procuratorem ad agendum a principio sine alterius superioris auctoritate vel licentia. quod est notabile. et ratio est quia potestas beneficiati est amplior quam potestas tutoris. glosa ẽ notabi. v. quest. iij. in. c. fi. Et nota vnum pulchrum dictum doct. aliquis constituit procuratorem ad litem contestandum. et vt in consecutiuis constitueret alium procuratorem. quod poterit iste ꝑ se totam litem agere considerata potius intẽtione quam vbis. nã voluit istũ preferre aliis. vnde ꝑ illã clausulam voluit eum exonerare vt nõ teneretur ꝑ se prosequi. qd est notabile. ¶ Tu legista scis quod habes textum in. l. qui in carcerem. ff. quod me. cã. Et de iure canonico addas textum in. c. accedens. hoc co. tit. quẽ text. cõmenda memorie quod ísq̃ tenet aliquem restituere libertati non liberatur ab obligatione simpliciter illũ relaxãdo in suo territorio. Sed dꝫ illũ facere secure ꝓduci extra territoriũ suum ad locum vbi possit secure morari. Et adde Bar. l. l. j. §. j. ff. de acqui. re. do. vbi dicit Fuit aliquis captus in ecclesia. pronunciatur relaxãdus libertati proprie. dimittis eum ire parũ postea capis eum an videaris satisfacere. certe non dicit Bartho. quia debet esse libertas talis quod difficilis sit eius persecutio: et Bar. in l. presenti. C. de his qui ad eccle. cõfug. Et vide Bartholum in hac materia in dicta. l. qui in carcerem et in. l. qui neqꝫ. ff. de verbo. signifi. et facias quasdam conclusiones.

¶ Quarum prima est ista. si aliq̃s est captiuus apud hostes cum perdiderit libertatem non potest neqꝫ testari neqꝫ aliquem actum facere vt liber homo. l. eius. ff. de testa.

¶ Secunda est cõclusio. si aliquis detinetur iniuriose in priuato carcere et facit aliquem actum potest postea allegare metum et facere actum rescindi. dicta. l. qui in carcerem. sed cum alio potest contrahere et potest testari. ¶ Tertia est cõclusio. si aliquis detinetur in carcere publico iuste et sit damnatus ad mortem non potest aliquid facere tãq̃ liber. qꝛ est effectus seruus pene et bona sua deueniũt ad succedẽtes ab intestato sm dispositionem auctẽ. bona dãnatoꝝ. C. de bo. prescrip. Et notat l. l. q̃ vltio. ff. de pe.

251

⁊ talis non potest etiã ad pias causas disponere. dic. est singu. Ioan. an. in. c. ij. de vsu. in. vj. de quo dict. exultat Abb. in hoc ca. accedens. ¶ Quarta ẽ conclusio. ꝙ si non est damnatus sed est in carcere ad tẽpus. tunc potest cõtrahere ⁊ alios actus agere etiam cum illo ad cuius petitionem detinetur in carcere. Et adde vnum dictum singulare Ange. in. l. nemo carcerem. C. ꝺ exacto. tribu. li. x. vbi valet ꝓmissio facta per illum qui est in carcere. etiam priuato quãdo redimitur ab hostibus. Et ideo consuluit elegãter Roma. in consilio. ca. xvj. ꝙ stãte statuto quo prohibetur minores posse contrahere nisi seruata certa solẽnitate poterit ꝯtrahere sine solennitate si se redimat ab hostibus ¶ Pro intellectu glo. fi. ⁊ eorum que ibi dicuntur per doct. Dicas breuiter ꝙ si simpliciter est datus procurator ad agẽdum. videꝭ etiã datus ad defendenduꝫ. glosam habes notabilem in. l. mutus. §. pena ff. de ꝓcu. Et ibi vult Bar. ꝙ etiã si procurator est cõstitutus a domino tantuꝫ ad agendum. tamen admittitur ad defendendum. licet nõ vi mandati. Potest tamen eum defendere tanꝗ̃ quilibet defensor ꝓstita cautione de iudicato soluẽdo Et nota ꝙ Bar. ibi dicit ꝙ nõ posset obijci illa exceptio ꝙ mandatuꝫ non valet sed posset peti a procuratore ꝙ defendat: ⁊ si non defendat potest peti ꝙ remoueatur nõ quia non habuit mandatum. sed quia nõ defendit. ¶ Nota ꝙ in capitulo. dilectus. reuocatur in dubium. numquid sufficiat prima vice citare ꝓcuratorem. ita vt contumacia procuratoris noceat domino absenti. intelligendo quando dominus põ cõmode citari. de quo per legistas in. l. iij. C. eo. Et non intelligas qñ procurator vult respondere qꝛ valebit iudicium. Sed dubium est nũquid ipsius contumacia noceat domino qui non fuit citatus. Et concludit ſm theoricam glo. in. c. causam. de do. ⁊ contu. vt semper a prĩcipio citetur dominus si commode citari potest. Sed in defectum domini est recurrendũ ad procuratorẽ. cũ qua theorica trãsit Bart. in dicta. l. iij. ⁊ placet Ab. de quo etiã ꝑ Bar. in. l. ꝗ̃uis. ff. de dam. infec. ⁊ vbi vult ꝙ ad plenum preiudicium contumacia procuratoris non noceat domĩo. Nota tñ ꝙ si dñs citatus constituit procuratorẽ ꝗ cõparuit ⁊ assumpsit in se litem demũ citatur dñs ad aliquem articulũ ⁊ non procurator dñs non teneꝭ comparere. Bar. in dict. l. ꝗ̃uis. in. l. j. C. ꝺ sen. ſm Ab. Et tu adde Bar. in. l. procuratoribus. C. de procur. in. l. furioso. ff. de re iudi. in. l. mutari. ff. de procu. Ab. in. c. sepe. de appel. quod tamen limita per text. notabilẽ ⁊ ibi per doc. in. c. si quem. ꝺ procu. in. vj. Limitat etiaꝫ Ab. hic nisi ex causa citeꝭ dñs qꝛ iustior est ꝗ̃ ꝓcurator ⁊ citatur vt veniat ad respondendũ positionibus. l. fi. C. eo. quod est notabile. Et nota ꝙ ꝑ glo. ⁊ doct. in dicto cap. dilectus. tractatur an ⁊ quãdo debeant dari inducie procuratori ad consulendũ dñm. Et nota vnũ dictũ ꝙ vbi fuit citatus dominꝰ specifice ad certaꝫ causam. tunc non debet habere ꝓcurator inducias ad cõsulendũ dominum an velit cedere vel contendere. nec etiam ad respondendũ super meritis cãe. qꝛ a prĩcipio debuit dñs instruere ꝓcuratorẽ. hoc tamen limitat Hostiẽ. nisi emersit aliquod nouuꝫ quod dñs non potuit cogitare. Solet dubitari an cõsuetudo possit abbreuiare inducias ꝗ̃ dantur condemnatis ad soluendũ. ⁊ tu habes glosam singularem ꝙ sic. ĩ dicto capitulo. dilectus. in glosa fina. ¶ Scias tu canonista ꝙ ꝑ glosam ⁊ doct. tractatur in capitu-

lo.constitutis.an et quando marit⁹ possit agere pro iuribus vxoris. et accipe has breues conclusiones.

¶ Prima est ista. in bonis datis in dotem marito ipse agit nomine suo quia dominium datis transit in maritum.l.doce.C.de rei ven. imo de illis non potest vxor elemosinā facere.glosa est notabi.sm Ab.in.c. qd deo.xxxiij.q.v.cui adde Bart. in.l.j.ff.re.amo. ¶ Secūda est cōclusio in bonis parafrenalib⁹ que habet vxor vltra dotē et tradit marito non in dotem. et in istis censet maritus procurator. et potest agere non prestita aliqua cautione. de quo per Bar. in.l.maritus.C.eo. quia tradendo bona videtur illum procuratorem constituere.sicut qñ tradit instrumenta.vt est textus iūcta glosa notabili in.l.fi.C.de pac. conuen. ¶ Tertia est conclusio. in bonis que retinet vxor apud se nō censetur maritus procurator: sed potest agere ad instar coniuncte psone. et tenetur cauere de rato sicut cōiuncta persona.l.maritus.C.eo. Si tamen in istis bonis vxor constituat maritum procuratorem.in aliquibus bonis. in aliis non poterit agere tanq̄ coniuncta persona. vt tenet glosa hic.et glo.et Bar.in dicta.l.maritus.et Ab.hic.argumento.c.nonne.de presump.et cōiuncta persona non admittitur contra voluntatem coniuncte.l. pomponius in fi.ff.eo. Tu scis q̄ de iure ciuili nemo potest alteri stipulari.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbo.obliga. Sed quid de iure canonico diceres.glo.tenet idem in dicto.c.cōstitutis.cui adde glo.in.c.si cautio de fi.instru.sed in contrarium Ab. allegat glosaȝ in capitulo.quotiēs cordis.j.questione.vij.que dicit q̄ de iure canonico teneor si promitto tibi dare alteri certum quid: et licet aliqui intelligant illam in causa pia. Dicit Abbas q̄ non est verum. et approbat glosam quando verba obligatoria diriguntur in p̄sentem.cum etiam de iure ciuili oriatur naturalis obligatio: sed de iure canonico potest agi. vbi est orta obligatio naturalis.capitulo p̄mo. de pactis. Et de ista glosa per Abbatem in prohemio decre.et ibi videtur tenere contra eaȝ nisi quādo iuramentum intercessit. Sed tu dicas q̄ illa glosa loquitur q̄ verba executiua sunt collocata in personam absentis. vt si dicatur promittis mihi q̄ dabis titio decem.q̄ casu etiaȝ de iure ciuili valet talis stipulatio si interest stipulantis. vt notatur in dicta.l.stipulatio.§.alteri. si autem non intersit non valet: sed assumit vires si postea incipit interesse. vt quia paciscens succedit illi cui pactus est.vt notant cōmuniter doctores in.l.j.ff.de pac. in dicto.§.alteri. Salice. in.l. pacto.successorum.C.de pact. ¶ Nota glosam penultimam.q̄ in condēnatione expensarum debet precedere taxatio et iuramentum partis

¶ Sed queritur quid si iudex condemnat non facta taxatione.dic q̄ condemnatio non valet: postquam ius dat certam formam.dictum est singulare Antho.de bu.in dicto capitulo.constitutis. secundum Abbatem ibi.in fi. ¶ Nota glosam primam in capitulo.mandato.q̄ procurator.rei quantamcunq̄ constet de mādato debet cauere de iudicato soluendo nisi dominus fideiusserit pro eo sub obligatione bonorū: et ita de facto seruatur.de quo in.§. si vero. institu.de satisda.et hoc qñ ipse procurator potest prestare reȝ que petitur.sed si non potest prestare.vt q̄ petitur res possessa a dño tunc debet etiam prestare cautionem de ratihabitione secūdū Ab. Et adde notata per Bar.in.l.nō solum.§.qui alieno.ff.eo. Et nota etiam ex glosa q̄ iste cautiones

cum sint dilatorie exiguntur ante litem contestatam quod limita nisi procurator interueniret post litem contestam.l.ij.C.de consor.eius.litis. Nota glosam in ver. reuocato quia vult q ad nullitatē iudicij sufficiat reuocationem peruenisse ad noticiā iudicis vel aduersarij. Nō ergo requiritur noticia vtriusq. et cum ista glosa transit Abb. vide q dicta sunt in dicto.c.in nostra. Sz dubitatur quid si procurator sit reuocatus tacite per mortē dñi.nunquid tenebit iudicium postea agitatum cum procuratore si iudex vel aduersarius non fuit certificatus d morte dñi. et Bartho.in.l.si procuratorem.ff.eo.dicit q iudicium sit nullum.quem sequitur Ab. intellige tamen nisi lis esset contestata: quia tunc cum res non sit integra non reuocatur mandatum.§. recte insti.manda.glo.in cle.fina. de procu. Hoc tamen per text.singula. in in.l.si defunctus.ff.eo. vbi dr q si dñs cauit pro pcuratore suo sciente.q tunc nō reuocatur mandatuz post mortem dñi.quod est singulare.quia hodie communiter in procuratorio domin⁹ fide iubet pro pcuratore suo. Et adde Bar.in.l. si pecuniam.circa princi.ff.de condi. ob cau.quia allegat dict.l.si defun Et in.l si ante acceptum.in princi. ff.iudi.sol.hoc tamen non procedit in reuocatione expressa: quia tunc res non desinit esse integra per satisdationem:quia satisdatio est qd propriatorium ad iudicia: et propatoria non faciunt rem desinere esse integram.dic.l.si pecuniam. adde etiam Bart.in.l.ante litem.ff.eo. Et nota q in dicto.l.ante litem. et in.l.post litem.habetur q ante litē cōtestatā potest libere reuocari pcurator a dño.secus post litē cōtestatā.quia nisi cā cognita postq est effectus dñs litis. Et nota sm docto.q non sufficit iudicem vel aduersarium aliunde sciuisse reuocationē.sed debet reuocans certiorare iudicem vel aduersarium ne det aduersario materia malignandi et prorogandi iudiciuz. Et nota ex.c. constitutis.q contumax potest condēnari in expensis absq alia citatione. Et vide que dicta sunt in rubri.de iudi. ¶ Nota q procurator potest constitui et ad presentes lites et futuras.capitu.non iniuste. Et Abbas addit dictum notabile Speculato. q si sit simpliciter constitutus intelligitur constitutus: et ad presentes et ad futuras. Sed dicas tu q Abb.non aduertit q glosa et Bar.tenent contrariū in.l.omnium.ff.de procu.et in.l.damni.§. si is qui.ff.de dam.infec. Dicas tamen q communiter tenetur contra Bar.vt dicunt moder.in dicto.§. si is qui. Hoc tamen singulariter limita nō procedere in actore p tex. singula.in.l.item eorum.§.sed si ita ff.quod cuius.vniuersi.no.quia debet interuenire iudicis decretum quod non trahitur ad futura. Si tamen tu velles tenere opinionem Bartholi que non est contemnēda propter auctoritatem glo.limita illam vt non procedat quando nulle lites essent presentes.quia tūc trahetur ad futuras.vt talis constitutio aliquid operetur sm moder. in dicto.§.si is qui. Adde etiam Bal. in.l.quod dicitur.ff.de tute.qui tenet opinionem Bartho.et sic videtur q ista sit potius cōmunis opinio Et idem vult Bart.in.l.de his.ff. de arbi. Et ibi est textus.q compromissum simpliciter factum non porrigitur ad lites futuras. ¶ Et Bartholus in.l.j.ff.de ferijs.dicit q renunciatio feriarum simpliciter facta trahitur ad indictas non ad indicendas nisi dicatur. Probat etiam textum in dicto capitulo. nō iniuste.q per dationem secundi pcuratoris est reuocatus primus.

concordat tex in.l.si quis cum procuratorio.§.fi.ff.eo. qd itellige an lit.ptest.qz post li.ptest.non pot est reuocari sine cause cognitiōe. Probat etiam notabiliter text.in dicto c.non iniuste.q mandatum factum procuratori super certa lite non extinguitur ex toto per sententiam procuratore volente prosequi in causa appellationis.licet non compellatur.tenetur tamen appellare.adde notata per Bartholū.in.l.inuitus. C.eo.z ibi dicit q aliud est in causa restitutionis. Item secus in sententia interlocutoria. quia tenetur illam prosequi. De quo per Bart. in dicta.l.inuitus.z in.l.cum procurator.ff.de ope.no.nunci.quod tamen limitant moderni in dicta.l.inuitus. nisi causa appellationis esset tractanda in loco longinquo.

Per glosam.j. z docto. tractatur an minor possit esse procurator pro extraneo in iudicio. Et communiter concluditur q non etiam si non opponatur z iudicium esset nullum.licet aliqui velint q teneat iudiciuz si nō opponatur. Sed Ab.alle.theoricā Bar.in.l.filiusfamilias.§.veterani.ff.de procura.q vbicūqz aliquis nō potest esse in iudicio nec pro se nec pro alio nō valz iudiciū.etiā si non opponatur. Adde tu etiam Bar.in.l.minor.ff.eo.Bar.tamen tenuit contrariuz in.l.exigendi. C. eo. Sed tu tene primam opinionē est tamen casus singularis in quo minor potest esse procurator in dic. l.exigendi. Nota ex glosa.ij. q tacens non habetur pro consentiente immo pro contradicente. vt in tex. allegato in glo. Limita tamen hoc per text.in cle.j.eo.ti. Nam si scienter quis recipit instrumentum in q constituitur procurator videtur tacite se obligare an illud officium vt ibi ē text9 notabilis. Ex quo Ab. colligit bonam theoricaz q vbi qs vltra taciturnitatem facit aliquem actuz qui videtur venire ad approbationem actus illius. videtur tūc tacite cōsentire. Bar.in.l. quo eim ff.rem ra.ha. Et Ab.allegat text. in.l. si filius.ff. ad macedo. Et tu adde Bartho.in.l.titius.ff.de cōsti.pe.in.l.cum tabernam.§.idez q̄siit.ff.de pig. Et notetis vnaz cautelam q vbicunqz ad aliquem diriguntur litere in quibus continetur aliquod preiudiciale. quod faciat protestationem in contrarium. aliter legens z tacens videretur consentire. Et ē cautela in fauorē mittētis q fiat pn̄tatio in pn̄tia testiuz qui sciant tenorem lrarū ztestes ibi stent. Et nota vnum dictū notabile q si aliquis producit scripturaz contra me in qua dicit me sibi obligatum q licet nihil opponā ꝯ eā.tn̄ nō videor approbare.vt p Bal. notabiliter in.l.fi.C.si cer.peta.in.l.si ex cautione.in.iiij.q.C.d nō nu.pe. Moderni in dic.l.quo eim. in additionibus ad Bar. Abb.hic format questionē notabi.dati sunt duo pcuratores in solidū ad negocia.nūqd vnus possit exigere debitū ab alio. Et adducit notata p Bar.in.l.qui proprio.§.fi.ff.eo.z trāsit cum sua distinctiōe. Et ex dicto Bar. ifert Ab.q si sunt duo executores vltime voluntatis potest vnus exigere ab alio. Et ibi dicit Bart. q si sunt dati duo procuratores in solidum ad exigēdum tn̄ vnus potest ab alio exigere. Secus si haberēt mandatū vniuersale. licet secus sit in tutoribus z executoribus vltimarum voluntatum. de quo ibi per Bar. Solet dubitari nunquid plures litigantes super eodē si sunt actores vel rei teneantur cōstituere vnum procuratorē. vel quilibz possit dare suuz. Et concludit Ab.sic. q vbicunqz obligatio habuit a principio origine in persona vnius licz descendere postmodum ad plures tunc tenentur isti agere vel defen

253

dere se per vnum procuratorem. Si autem obligatio est originata in persona plurium tunc quilibet potest pro iure suo dare procuratorem. Et tu adde Bart. in l. si quis. cum procuratorio. §. vnius. ff. eo. in l. iam tamen. §. si in plures. ff. iudi. sol. Et nota ex textu iuncta glosa fi. q procurator tenetur appellare vel denunciare domino si iusta causa eum excusat. licet dominus sciat sententiā latā contra procuratorē. Et ibi vult glo. q propter inopiam excusatur procurator si non appellauit q intelligit Ab. qñ non appellauit viua voce incontinēti: sed oportet postea q appellet in scriptis. Sed tu vide Bar. in l. inuitus. C. eo. et ibi ostēdit q text. allegatus in glosa loquitur in alio casu: et ibi videt velle q propter inopiam non excusetur si non appellauit. Et nota q si procurator est datus ad certam litem videtur tacite mandatum vt appellet ne lis pereat per transitū in rem iudicatam. vt probatur in hoc. c. non iniuste. sed non tenetur appellationem finire. Secus si esset datus procurator generalis. puta ad omnes causas et lites tunc tenetur appellare et appellationem prosequi. et sic habes limitationem ad hunc textum. Negociorum tamen gestor qui vniuersaliter procurat negocia tenetur appellare et appellationem prosequi. ¶ Nota ex capitulo fina. q presidentes excōmunicati non possunt eorum officium exercere durante excommunicatione. et actus in quo officialis excommunicatus prestitit auctoritatem est ipso iure nullus. Et nota ex dic. c. fi. regulam. et tres casus exceptos a regula. Regula igitur notabilis est ista. q actus gestus ab vniuersitate in qua fuerunt aliqui inabiles. etiam si sunt presidentes nō inficitur propter interessentiam illorum inabilium. valet ergo actus gestus collegialiter ab abilibus et inabilibus. Et sustinetur actus propter abiles. quod alibi non ita bene reperitur fm Abba. Fallit primo quando inabiles maxime presidentes sunt expressi in ipsa dispositione actus. Fallit secundo quando actus fuit gestus ab vniuersitate inabilibus interponentibus auctoritatem tanq̄ maioribus et principalioribus. Tertio fallit quando vniuersitas scienter admisit inabiles ad agendum actum simul cum eis. intelligendo de illa inabilitate quam abiles remittere non possunt vt est vicium excommunicationis. Et ratio regule est. quia actus geritur nomine vniuersitatis. ius vero vniuersitatis residet penes abiles. etiam si esset vnus solus. vt notatur in capitulo. gratum. de postula. prela. ¶ Et inabiles non sunt de vniuersitate. hoc tamen limita non procedere quando ius vniuersitatis esset perpetuo trāslatum in presidentem. ita q potestas esset apud presidentem iure proprio tūc non valet actus. ex quo presidens esset excommunicatus secundum Abbatem. Limita etiam non procedere quando actus explicatur a singulis non nomine collegij. quia tunc si aliquis est inabilis non valet actus ex quo abilis et inabilis exercent actum indiuiduum et inseparabilem. c. cum super. de offi. deleg. l. pedius. ff. de arbi. Et nota circa secundum casum exceptum a regula fm Inno. q siue auctoritas sit necessaria siue non. ex quo isti de vniuersitate voluerunt constituere sindicum auctoritate illorum non valet actus. ex quo illi erant excōicati. q̄ si isti non intēderēt explicare actū sine illorum auctoritate. quod est valde notabile. ¶ Ex quo infertur q si in actu in quo de iure non requiritur auctoritas fuit postulata auctoritate ab illo qui non ha=

debat potestatē illam interponēdi non valet actus. Et ratio est quia deficit voluntas constituentium sine illa auctoritate. ¶ Et ex hoc colligitur limitatio ad iura que dicunt ꝙ in constitutiōe sindici quē facit vniuersitas. non requiritur superioris auctoritas. de q̄ per glo. ꝛ Bar. in. l. actor. ff. rem ratā habe. Rector tamen ipsius vniuersitatis debꝫ interesse ꝛ consentire cum sit caput ipsius vniuersitatis ſm Inno. Et adde Bar. in dicta. l. actor. qui sequitur dicta per Innoc. hic. Limitat tamen ibi Bar. nisi constituatur sindicus seu actor in re ptinente in vniuersitate ad superiorē. Et nota ex his que habētur in glosa. ſ. ꝛ per doct. ꝙ litere impetrate ob excommunicato sunt ipso iure nulle siue excommunicatio esset publica siue occulta. ex quo probari potest. siue impetrauerit nomine ꝓprio siue alieno. de quo in. c. ſ. de rescrip. in. vi. Nec fit differentia isto casu inter publicum ꝛ occultum. qꝛ illa differentia fit in his que geruntur ratione publici officiꝭ. Sed in his que geruntur iure priuato non est differentia inter occultū ꝛ publicum quo ad actus validitatem. vt est dictum sing. Inno. in. c. cum dilectus. de consue. Nota qꝛ glosa fi. vult ꝙ vnus de vniuersitate potest impetrare literas pro vniuersitate tanꝗ coniuncta persona: ꝛ sic sentit ꝙ iura loquentia ꝺ personis coniūctis verificentur etiam in cōiunctione ciuili: sed videtur magis cōmuniter teneri contrariū. ¶ Vltimo quero testator dedit formam distributionis inter paupes cū cōsilio prioris predicatorum. executor fuit negligens succedit eꝫs an debeat seruari illa forma cōsilij. ꝛ video ꝙ sic. dictuꝫ est notabi. Bal. in l. si puellam. C. si manci. fue. alie. vt manu. per notata per glos. ibi.

De procuratoribus in. vi.

Procurator datus post litem non substituit. glosa est capitulo. ſ. in ver. ab eo. Delegatus ab inferiore a principe etiam post litē contestatam non subdelegat. glosa est in ver. procurator. Habens potestatem subdelegandi licet sit delegatus ab alio ꝗ a pricipe potest subdelegare. glosa est in dicto capitulo. in ver. substituendi. Si tu vis scire aliquas differentias que sunt inter procuratorem ad iudicia ꝛ negocia. vide text. cum glo. in ver. deputare. in dicto capit. ſ. Et nota ꝙ textus in dicto ca. allegatꝰ semp ꝙ laicus potest esse ꝓcurator ad agēdum ꝛ defendendum in causis spiritualibus. Et ratio ē qꝛ ꝓcurator non tractat causas spirituales suo nomine quasi ius in eis habeat.
¶ Nota ꝙ ꝓcurator potest reuocari libere añ litē ꝯtesta. post autē nō sine causa. c. ꝗuis. ꝛ de iure ciuili habetur in. l. ante litem. in. l. post litem. ff. de procu. Etiā ille q̄ non est inimicuꝫ capitalꝰ potest dici suspectus. glo est ī. c. ꝗuis. in ver. inimicū. An dñs reuocat procuratoreꝫ an reuocatio debeat peruenire ad iudicem vel aduersarium disputat. glosa multum notabilis in dicto. c. quamuis. in ver. reuocari. ¶ Nota ꝙ procurator habens mandatum ad substituendum si substituit ꝛ mādatum suscepit non potest reuocare. licet etiam non sit vsus mandato. ca. is qui. ꝛ ratio ſm glo. qꝛ substituendo functus est officio suo.
¶ Nota glo. fina. ꝙ delegatus ab inferiore ad vniuersitatem causaꝝ potest vnam causam subdelegare.
¶ Nota text. in. c. q̄ ad agendū. an ꝛ qñ ꝓcurator possit facere illa q̄ exigūt speciale mandatū ꝛ vide ibi glo. in ver. ꝯcessa. Multi casus requirunt speciale mandatū numerati p glo. in dic. c. q̄ ad agendū in ꝟ. vel pacisci. quaꝫ ꝑ notabili allegat Abb. in cap. nonnulli. §. sunt ꝛ aliꝗ.

de rescrip.in.c.corã.de resti.in integrum.in.c.petitio.de pcu. ¶ Nota tria que colliguntur ex.c. q̃ generaliter q mandatũ gñale ad negocia extendit ad iudicia. Et adde Bar.in.l.sed si vnus §.procuratorem.ff.de iniurijs. z filiusfamilias potest esse procurator sine patris psensu. z q pcurator ad iudicia dz esse maior.xxv.annis. Nota glo.in §.expiri:qr ponit p dfendere:z adde glo.i.l.j.C.d testi.vbi ponitur defendere pro agere. ¶ Si tu vis scire quando dantur plures procuratores an vnus possit admitti sine alio.vide tex.in.c.si duo. Nota glosam in ver.simil.q dãdo scdz procuratorem reuocatur primus. etiam si scds nolit acceptare mandatum reuocetur primus. ¶ Si electus pñtata sibi electione renuit consentire adhuc electoribus in eadem voluntate manentibus poterit consentire.glosa est in capitu.licet.in ver.placebit.z hoc argumẽto illius textus:qui loquitur de pcuratore. ¶ Nota q si dominus p se tractat causam vt non assistat videtur reuocare procuratorem.tex. est in capitu.si quem.nisi protestetur. Et ideo glosa notabilis ibi in ver.manere.dicit q protestatio saluat quod als sine protestatiõe perderetur. ¶ Nota q ad contrahendum matrimonium procurator debet habere speciale mandatum.textus est in.c.fi. Et nota ibi glosam in ver.speciale. q requirit expressio certe persone. de qua glosa per Abba.in.c.in causis.de elec.in.c. coram.de resti.in integ. Dominus potest reuocare procuratorẽ.lz iurauerit non reuocare.glosa est fin. in dicto.c.in ver reuocat⁹. ¶ Ultimo quero testator reliqt ecclie centum vt inde fundũ emat.emit z tãdem vult vendere.an possit. Et respondeo q non. intelligitur em̃ vt perpetuo possideat.tex.habes notabilem in.l.Titio.in prin.ff.de cõdi.z demon.sm Bal.in.l.fi.C.de pactis inter emp.z ven.

De procuratoribus in cle.

Procurator potest constitui etiam p literas priuatas.text. est in cle.j.iuncta glosa in ver. vel literis. Recipiens literas continẽtes aliquid sibi preiudiciale sciẽter facit sibi preiudicium. videtur enĩz recipiendo consentire.glo.in dicta cle.in ver.sciẽter.z in ver. assensuz Nota glo.in ver. protestatione. q iuuat protestatio quando nõ est cõtraria facto. Nota glosam in ver. cogi precise.quia ponit casus in qbus pcurator cogitur precise. Nota textũ in cle.non potest.q sub generalitate non veniũt grauiora vel maiora. Ad opponendum crimina vel defectus contra personas eligentium vel cõtra formam electionis non requiritur speciale mandatum. glosa est in dicta clementina. non potest.in ver.in personam. Ecclesia non restituitur ad proponendum crimĩa vel defectus que infra terminum sibi prefixum neglexit. glosa est in dicta cle.in ver. grauiora. Procurator habens mandatuz ad iurandum in animã domini sine culpa constituentis non obligat cõstituentem ad periurium.glo.fi. in dicta cle.non potest. ¶ Appellatione religiosi comprehenditur quilibet religiosus.glosa.j.in clementi. religiosus. ¶ Prelatus potest esse procurator alterius prelati sine alicuius licentia. vt in eadem glosa. Contra religiosos procurantes alterius negocia sine licentia sui prelati. potest etiam excipi post litem contestam.glosa est in dicta clemẽ. in ver.suscipere. Ubicunqz potest per se esse in iudicio sine superioris licentia poterit alium substituere sine superioris licentia.glosa est in dicta clementi.in ver.consti-

tuere. An et quando inabilis possit alium substituere, habes glo. in dic. cle. in ver. commissum. ¶ Nota textum. in cle. fi. quod per obitum rectoris ecclesie: vel prelati est reuocatus procurator etiam quo ad cepta. ¶ In iudicijs dicitur res esse integra ante litem contestatam. In negocijs antequam fecerit aliqua preparamenta. glos. est in dic. clemen. fi. in ver. pro ecclesia. Mortuo eo qui dedit vicarium expirat officium vicarij. si autem non moritur: sed excommunicatur suspenditur officium vicarij. glosa est in dicta. clemen. fi. in ver. contestata. ¶ Si prelatus qui constituit procuratorem excommunicatur. eius procurator non potest agere. vt in ea. glos. que etiam vult quod mortuo prelato qui compromisit finitur compromissum. ¶ Ultimo quero: res non potest prescribi propter defectum solemnitatis: vel etatis. an tale vicium noceat quo ad fructus habenti bonam fidem. Et respondeo quod non. glosa est notabilis in. l. si contra. C. si quis igno. rem mi. que glosa dicit: quod quo ad fructus iuris ignorantia malam fidem non inducit.

¶ De plus petitionibus.



Uia plerumque in iudicijs plus petitur quam debeatur: ideo fuit posita hec Rubrica. ¶ Et si tu vis scire modos plus petendi: et penam plus petentium. vide textum in. c. vnico. istius tituli. Et si velles etiam scire quis dicatur aduersarius: dicas qui mecum contendit in iudicio. Etiam in causa pecuniaria: vt probatur in dicto. c. Aduersatur enim mihi inquatum contradixit petitioni mee. quod facit secundum Abbatem. pro statutis mentionem facientibus de aduersario. c. j. de iudi. c. accedens. quod vt lite non contestata. secundum Abbatem. Et tu adde textum in. l. j. C. de eden. in. l. ij. C. de arbi. in. c. si aduersarius. de eo qui mit. in posses sio. Et scias tu canonista quod res promissa in vno loco potest peti in alio quam vbi fuit destinata solutio. sed petens tunc condemnatur reo ad interesse. Et ratio est: quia si non posset peti in alio loco quandoque creditor frustraretur intentione sua: quia reus vel data opera vel ex necessitate nunquam perueniret ad locum destinatum. quod esset iniquum. et satis est reo quod sibi satisfit de interesse de quo in. l. j. ff. de eo quod certo loco intellige tamen quod fiat condemnatio de interesse quando petitur solutio in loco non conuento. Secus si petitur in loco ydoneo: puta in loco domicilij: vt soluatur in loco conuento. tunc enim nullam penam incurrit. cum nullum interesse in hoc reus pretendat. Et vide pulchram glosam in. §. si quis agens. insti. de actio. et quod notat Barto. in. l. j. ff. de eo quod cer. lo. dum dicit: quod vbilibet poterit conueniri tanquam fugitiuus. Abbas dicit in loco: scilicet ydoneo. et dicit hoc verius et communius. Et dicit Bartolus in dic. l. j. quod est communis opinio licet teneat contrarium. ¶ Et nota glo. j. dum dicit quod desistendo euitabunt penam dummodo desistant ante litem contestatam postea vero non licet sine pena. Bartolus in. l. j. C. eodem. et in. l. in criminali. C. de iurisdictio. om. iudi. tenet quod vsque ad sententiam nec textus allegatus in glosa hoc probat: quia ibi in duobus deliquit. Et idem vult Bartolus in. l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. ¶ Et pro intelligentia textus conclude istos casus. ¶ Primus est: quando opponitur in alio loco facienda est solutio. et tunc non impeditur iudicium. sed fit condemnatio

255

cum refectione interesse. Secund9 casus. si opponitur q petit ante tẽpus dilatorie impeditur iudicium super principali. secus si peremptorie. tunc quia debet ferri sententia diffinitiua condemnatoria de soluẽdo tempore debito. appositis penis de quibus in text. Tertius casus est. quando opponitur q petit plus causa ante litem contestatam. & tunc impeditur iudicium & fiet cõdemnatio in expensis. Si autem post litem contestatam. & sic peremptorie. tunc infertur sententia diffinitiua absolutoria & actor condemnabitur in expensis: quia quo ad rẽ precise petitam non est obligatio: sed postea poterit agere contra naturam obligationis. Et in hac materia vide quod notabiliter ponit Bartolus in .l. exceptionem. C. de proba. Et dum textus dicit de induciis duplicandis. intellige siue sint inducie iuris: siue hominis. de inducijs iuris habetur in .c. quod ad cõsulationẽ. de re iudi. in .l. promissor. ff. de consti. pecu. Sed queritur: an solum duplicatur quod superest de termino. an vero integer terminus Joan. and. & Anto. de bu. tenent q integrum tempus duplicatur. per text in .§. hodie. insti. de excep. Sed Ab. in contrarium text. notabil. et Bartolus in .l. aut damnum. §. quisquis. ff. de pe. q solum quod superest de termino duplicatur. non obstat tex. in dict. §. hodie. quia noluit aliud nisi q inducie siue iuris siue hominis duplicentur. sed debet intelligi secundum text. in dic. §. quisquis. Sed dicas q hoc voluit Bartolus in dic. §. Et adde questionem pulcherrimam positam per Bartolum in .l. si senatus. §. fi. ff. ad turpi. & glo. in clemẽ. ij. de magis. in ver. sequentes. Tangit Abbas hic incidenter an positio habens aliquaꝫ partem falsitatis possit tota negari, & vlteradducta per ipsum qui allegat Bartolum in .l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obligatio. Dicas q opinio bar. & cõis. licet glo. teneat contrarium in capitu. ij. de confes. in .vj. in capit. presentium. de testi. in .vj. Nota tamen q si reus excipiat de parte indebita: & actor non petat illam specifice: quia reus non tenetur illam offerre est iusta causa litigandi super toto. Et ita debet intelligi quod notat Bartolus in .l. qui solidum. in princi. ff. de lega. ij. secundum Abbatem. licet Barto. contrarium tenuerit. in dicta .l. j. §. si stipulanti. Sed tene opinionem Bartoli in dicta .l. qui solidum. Et adde quod notat Bartolus in .l. stipulationes non diuiduntur in vltimus verbis. ff. de verbo. obligatio. Tangit etiam Abbas. quid si aliquid ponitur in libello vel positionibus principaliter aliud demõstrãte: an responsio affirmatiua debeat referri ad totum: & transit cũ Bar. in .l. si cui. §. a filio. ff. de lega. j. Et vt bene intelligas Bartolum. vbi format talem questionem. Quidaꝫ fuit accusatus de adulterio commisso in seyam vxorem Titij. qui respõdendo accusationi dixit. Confiteor me cognouisse dictam seyam carnaliter an per hoc videatur confiteri eam vxorem titij. Et concludit q si est confessus generaliter omnia cõtenta in accusatione vera esse. & tũc refertur ad ea que ibi continentur principaliter & etiam accessorie: scilicet per modum qualitatis. Si vero non generaliter: sed dicit se cognouisse dictam seyam. tunc refertur ad substantiam persone non ad alias qualitates ipsius persone.

Et potes limitare istum textuꝫ dũ dicit q nõ potest peti ante tempus. q non procedit quando aliqua causa inherens faciat debitum illud quod adhuc non erat debitum. l. vbi. C. de iure dotium. l. ait pretor. §. si debitorẽ. ff. de his que in frau.

credi.l.in omnibus.ff. de iudi. et sic de similibus que in iure reperiuntur. ¶ Ultimo quero: an possit procurator constitui ad petendum interponi decretum super alienatiōe bonorum minoris. Et respondeo quod non: glosam habeo singularem.l. minorum.C.de predi.mi.

¶ De probationibus.

* Quia parte negante oportet quod aliquid dicens probet. ideo ponitur ista Rubrica. Et primo premittit genus: vt postea facilius descēdat ad species.

¶ Et si tu vis scire quid sit probatio: tu potes dicere: quod est rei dubie per argumenta ostensio. gloss. in rubrica. C.eodem. et accipitur large argumentum pro omni specie probationis. ¶ Potes etiam sic diffinire. quod probatio est rei dubie in iudicio per legitimos modos facta declaratio. Et dicitur probatio quasi prolatio: vel manifestatio eius quod erat dubium. vel a probe aduerbio quia probe facit ille qui probat. manifestat enim dubium vincit aduersarium et euitat penas non probantium. ¶ Nota singulariter textum in capitu.j. quia allegatur semper principem obligari ex suo contractu saltem naturaliter. et quando obligatio est facta nomine dignitatis obligatur etiam successor. de quo per Cynum et Baldum in.l. digna vox. C.de legi. et pro tali obligatione naturali potest conueniri imperator coram papa a subdito. vt ibi. ¶ Ex quo sequitur secundū Abbatē quod iura que dicunt quod non recognoscens superiorem potest esse iudex in causa propria. procedūt quando princeps habet causam cōtra subditum. secus si subditus cōtra principem non recognoscentē superiorem. de quo etiam dictū est in Rubrica de iudi. Et quia in hoc capitulo.j. dicitur iudicium esse medium: quia est medium inter actorem et reum. adde textum in.l. vbi. C.de fal. ¶ Et nota pro intellectu textus et gloss. quod regula est quod reus non tenetur regulariter actori edere sua instrumenta ad fundandam intentionem ipsius actoris. debet enim venire paratus et non querere instrumenta de domo aduersarij. Hoc tamen limita non procedere in confessione: quia potest illam actor petere a reo: faciendo positiones secundum Joannem andream in capitulo.j.de confess.in.vj. quia ratione confessionis non potuit venire actor paratus: cum non sit in potestate sua. sed respectu instrumenti sic: quia potuit a principio sibi precauere. Secundo limita non procedere in fisco.l.ne quis.ff. de eden. hoc tamen non procederet in causā criminali. textus est notabilis vbi per Bartolum in.l.ij.§.diuus.ff.de iure fisci. Limita etiam non procedere in causa matrimoniali. propter periculum anime. Et ideo si contraxi matrimonium cum aliqua que dicitur habere alium virum: et petam fieri diuortium: possum petere vt ipsa exhibeat instrumenta primi contractus: quod est notabile secundum Abbatem. limita etiam secundum Abbatem non procedere in ecclesia: quia non est minus priuilegiata quam fiscus. limita etiam non procedere quando non potest haberi copia probandi. et sit aliqua fides de retētiōe instrumēti tunc ratione peccati poterit saltem agi per viam denunciationis euangelice secundum Antonium de butrio. Et intelligit Abbas. vt quia notarius non est presens qui confecit instrumentum. ¶ Limita etiam non procedere quando actor petit non ad fundendum: sed ad adiuuandum suam intentionem.

256

Exempli gratia. peto a te fundum titianum quē mihi vendidisti, pbaui intentionem meam: nunc dubitatur inquantum extendatur fundus ille hoc casu cogitur edere instrumēta sua: quia iam actor probauit suā intentionem. Limita etiam non procedere quo ad replicationem fundandam sicut actor cogitur edere reo ad exceptionem fundandā: quia fauorabiliores sunt rei. de quo per legistas in. l. fi. C. de eden. Tangitur hic vna questio notabilis. nunquid iudex ex officio suo possit reum ad hoc compellere. Et dicit Ab quod de mente Inno. hic est quod si originalia communia sint perdita: et exempla sint penes reum: licet illa sint sua quia ppriis pecuniis redemit nihilominus quia cōtēta in ea sunt cōia iudex ex officio suo compellet ad editionem. et hoc placet Ab. Sed si sunt proprie ipsius rei etiam quo ad cōtenta: licet in aliquo possit actor fūdare intentionem suam. tunc nisi ex causa magna iudex non faciet exhiberi. Et dicit Ab. quod idem tenēt domini de rota: vt iudex ex eis colligat iusticiam. Et hoc etiā vult Anto. de bu. qui dicit quod magna causa ē si alteri parti perijsset copia probādi: maxime si nulla culpa sibi possit imputari. Ab autem dubitat multū per multa deducta per eum: saluat tamen istud dictum in causa in qua exuberaret multum officium iudicis: alias non cū iura dicant quod iudex nō debet impriri officiū suū ad vtilitatem priuatam: nisi petatur. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infec. Et dicit Ab. quod Barto. in locis suis non cogitauit de hoc casu: et puto hoc esse verum: quia cum in casu tali possit pars petere: vt dictum est in limitationibus. imputetur ergo sibi si non petit non debet igitur iudex supplere. Sed queritur an litigio vertente inter duos petatur ex causa instrumentum consistens penes tertium non contra eum: sed vt fidem faciet in aliquo inter litigantes an debeat fieri editio. Et Anto. de bu. quod sic. Fallit in fisco contra quem non eduntur instrumēta a tertio nisi sint propria ipsius petentis. de quo quo per Bartolū. in. l. ij. §. diuus. ff. de iure fisc. et in. l. quedam in princi. vbi per modernos. ff. de eden. Et quo iure peti debet editio instrumentorum dicas vt per Barto. in dicta. l. quedam. quem sequitur Ab. et quo tempore instrumenta sint in iudicio producēda. vide Barto. in. l. si legatum. ff. de edē. et ibi dicit quod si aliquis facit mentionem de aliquo instrumento in libello quod ita debet esse penes reum sicut actorem non debet dari sibi copia: et in. l. edita. C. de eden.

¶ Et si tu vis scire an integraliter debeant edi instrumenta: vel solum illa pars de quo est questio. et an in totum cum die et consule. dicas vt hic per Abbatem in sua distinct. de huo per glos. et Barto. in. l. j. §. ediciones. ff. de eden. ¶ Et nota vnā glosam notabilem quod hodie non apponitur nomen consulis in instrumentis: sed sufficit apponere nomē pape vel imperatoris. in cap. quotiens. j. q. vij. in ver. consulibus.

Et qualiter debeat fieri editio statuti. Dicas vt hic per Abbatem. in fine. qui allegat Bartolum in rubri. ff. de ope noui. nunc. in. l. omnes populi. in vlti. colum. ff. de iusti. et iur. Et tu adde Bartolum in. l. inciuile. ff. de legi. in. l. argentarius. in §. ediciones. ff. de eden. in. l. ij. §. diez. ff. quemadmodum testa. aperi.

¶ Nota textum singularem in ca. ij. quia allegatur semper: quod non valet consuetudo vltra probationem plenam exigens iuramentum. Ex quo collige vnam causam legitimam. recusandi iuramentum iudiciale. quando pars plene probauit et idem est secundum Abbatem.

si actor nihil probauit et iuramētum defertur reo. de quo fuit dictum in rub. de iureiuran. Limita tamē notabiliter istum tex. secundum Ab. nisi vel in certo loco vel in vniuerso orbe. essent homies ita deprauati vt faciliter corrumpantur duo testes. tunc valeret statutum vel cōsuetudo exigens firmiorem probationem: et sic ex causa potest induci consuetudo contra legē reprobantem omnem consuetudinem. Et adde ea que dicta sunt in rub. de iura. calum. Nota q Ab. concludit valere statutum vel consuetudinē q testamentum valeat corā duobus testibus. Et dato q tex. in. l. fi. C. de testa habe. et clausulam derogatoriam ad contrariam consuetudinē: tamen ex noua causa tunc non existente potest induci consuetudo: vt in ciuitate veneciarum forte qz nō est ibi i mēoria q vnq fuerit facta aliqua falsitas: vel quia graue ē ibi habere semper testes. cū ibi homines intendant suis mercimoniis.
Adde tu notata per doc. in. l. si nō speciali. C. de testa. Bart. in. l. cunctos populos. C. de sum. tri. Bal. in. l. fi. C. de testa. et videtur communiter concludi q valeat statutū vel consuetudo. Tangit etiam Ab. hic nunquid valeat consuetudo restringens facultatem probandi ad certam speciem probationis. Et videtur cōcludi q valeat pactum et consuetudo ex causa: ita tamen q vbi requireretur probatio instrumenti non ex toto excludatur probatio testium. sed sit arbitrarium ex qualitate testium productorum vtrū admittantur. ne contingat alterum cū alterius iactura ditari. Nota tamē q loco instrumenti requiritur probatio per quinq ydoneos testes. nec sufficerent duo. per tex. notabilem in. l. testium. C. de testi. in. c. sicut. de re iudi. ¶ Quia in. c. ex literis. dicitur canonicos eiusdem ecclesie posse adinuicem litigare sup iuribus suarum prebendarum absq alio mandato ecclesie: hoc non videtur posse procedere secundū gl. quia prebende non sunt clericorum sed ecclesie. Pro quo Ab. allegat tex. notabi. xii. q. i. §. fi. cum sequenti glo. respondet q licet non habeant proprietatem: habent tamē vsū fructuum in illis ratione cuius agere possunt. et sic vult glo. q canonici nedum habeant nudum vsumfructuum. De quo late per Abb. in. c. cum esses. de testa. ¶ Et qa docto. hic multa dicunt ex intentione Abba. faciam istas cōclusiones. Quarum prima sit ista. si canonico assignatur aliqua temporalitas vt inde viuat loco prebende. nec constituitur vt sit beneficium perpetuū: nec aliter vnitur canonie: vt sic efficiatur vnum ius spirituale cū illa iuxta ea q̄ habentur i. c. dilecto. de preben. Et ex statuto vel consuetudie canonicus habeat administrationē in tali re sibi assignata. vt viuat. et tunc poterit agere et conueniri sicut quilibet habens legitimam administrationem a iure. ¶ Si autem non sit consequut⁹ talem administrationem. tunc canonici poterunt ad inuicem agere quia nil deperit ecclesie. sed aduersus extraneum non. Et hoc casu recte dicitur canonicum nō habere administrationē sue prebende et hoc modo procedit qđ habetur in. c. si. ne prelati vi. suas. Secunda est conclusio. si ex bonis ecclesie sunt constitute prebende ꝑpetuo: ita q sint prebēde date in beneficium firmum. maxime si vniātur canonicatibus. tunc quelibet ꝓbenda habet iura sua sicut qlibz alia dignitas seu administratio. Et habz tunc prebendatus legitimam administrationem et facultatem agendi et defendendi: sicut alius rector ecclesiasticus: quia nō apparet ratio diuersitatis. Et hoc est singulare

257

secundum Ab. pro intellectu et limitatione eorum que habentur et dcã sunt in.c.fi.ne plati vi.suas. vel salvando dicta doctorum hic et in dic. c.fi. potest sic dici: q canonicus habens distinctam prebendam potest agere et conueniri pro iuribus prebende: et hoc respectu dicitur habere legitimam administrationẽ. Sz nõ dicitur habere simpliciter administrationem: vt possit obligare locando: vel contrahendo ipsam prebendam: seu bona ipsius vltra tempus vite sue. sicut potest alius prelatus seu rector. et sic procedant dicta doctorum. in dicto. c.fi. Et nota q canonicus proprie nõ dicitur habere successorem: nisi in prebenda: seu canonia. sed in alijs iuribus succedit capitulum ad quod pertinet proprietas prebende: et ius canonie. Pro quo glo. notabilis in.c. quod sicut. in ver. consentire. in fi. de elec. et ideo glo. in.c. presenti. de offi. ordi. in. vj. dicit q canonicus ẽ personaliter beneficiatus: quia proprie non habet successorem. Et gl. notabilis in.c. pontifices. xij. q. iij. vult q si aliquid relinquitur canonico non acquiritur ecclesie per text. in.c. requisisti. in de fi. testa. Nota gl. quia declarat aliqua de iudicio finium regundorum Et nota tu canonista quia est materia legalis. et adde text. et glo. in.l. iij. C. fi. regund. Nota etiã ex glo. q vna persona sustinet vicem duarum. et allegat post ea iura in contrarium. ideo dicas q si officia sunt compassibilia quis potest sortiri vicem duorum. secus si sunt icompassibilia. Exempla quere hic per Abbatem. et adde glo. in c. singula. lxxxix. distin. et notata p Barto. in.l. si consul. ff. de adop. Bald. in.l. si ad scribatũ. C. de appella. in.l. binos. C. de aduo. diuer. iudi. et textus singularis in.l. duoꝝ. libertus. ff. de operis libertorum.

Tangunt hic doctores de pena turbantium fines: et legiste ponunt in l. j. C. de accusa. in. l. agraria. ff. de ter. mo. Et distingue vt hic per Abbatem. ¶ Quandoq statuta dicunt q credatur iuramento officialis in aliqua re solet dubitari an possit probari contrariũ. Et dicas q sic. tex. est notabilis in.c. proposuisti. eodem titulo. iuncta glo. iij. cum iuribus in ea allegatis. Et ille tex. etiam instruit notabiliter qualiter sit probanda virginitas. Et adde glosam notabilem in.c. hec ymago. xxxiij. q. v. Et quia tex. in dicto ca. proposuisti. probat q est recurrendum ad iudicium peritorum in arte. querit Abbas an sufficit attestatio vnius: an vero requirantur plures. et Abbas allegat Bartolum. in.l. j. §. j. ff. de ven. inspi. et in prohemio. ff. in. fi. Et concludit q si in eodem loco reperiantur plures debẽt plures adhiberi: alias sufficit vnus per textum in aucten. de non aliendis. §. quod autem. Et idem sequitur Antonius de bu. in dicto. c. proposuisti. licet Ab. aliter loquatur in hac materia. et tu adde Bartolum in.l. fi. ad finem. ff. de sicca. Et per modernos late in.l. j. §. fi §. de ver. obliga. Et adducit Abbas ad questionem quotidianam. In approbatione scholaris examinandi requiruntur septem doctores ad minus. vt in.l. si quis. C. de professo. et medi. lib. x. Joannes andreas in ca. j. de celebra. missa. qui habent deponere tanq periti in arte illa de sufficientia scholaris apud cancellarium studij. ergo si non reperiatur in loco septem sufficiet vnus. Sed dicit Abbas. q Bartolus tenet cõtrarium in.l. magistros. C. de professo. et medi. lib. x. Et Abbas tenet idem q requirantur septem et si non sunt tot in loco mittatur pro vicinis sic propter arduitatem nego-

eis non sufficerent minus septem. Et dicit Abbas ꝙ vidit in practica ad maiorem cautelam mitti pro vicinis. ergo est dubitandum an illi qui examinantur a paucioribus sint doctores postꝙ non est seruata forma. sed ꝙ sufficiant illi qui reperiuntur in loco. adduco singularem decisionem Ange. in. l. si vacantia. C. de bo. vacan. lib. x. qui dicit ꝙ si ex forma statuti debet scribere solum notarius matriculatus si tempore pestis non reperitur talis poterit alius scribere. Et quod voluit Ange. in dict. §. quod autem. ꝙ si ex forma statuti non valeat contractus factus per minorem nisi sint duo notarii: et tempore pestis non reperiatur nisi vnus sufficiet. facit text. in l. vbi absunt. ff. de tuto. et cura. datis ab his. Sed istis decisionibus potest respōderi ꝙ tempore pestis non possunt haberi etiam vicini. q̄ vellent venire. Unde concludo: ꝙ cautius est ꝙ si quomode ex aliquo loco vicino possit compleri numerus septem erit cautius: et res erit posita in tuto. ne alicui opponatur tu non es vere doctor. Et adde questionē positam per Bartolum in. l. fi. ff. de preto. stipu. ꝙ valet conuentio quādo quis promittit de expensis stare dicto alterius: vel eius iuramento. Sed poterit reduci eius dictum ad arbitrium boni viri. de quo etiam per Bartolum in. l. Tecopompus. in fine. ff. de dote prele. Et nota secundum Abbatem. ꝙ non debet attendi ad numerum peritorum data inter eos discordia: sed potius ad peritiam. pro quo allegat text. in. l. i. §. sed neq;. C. de vete iu. enu. Et quod notat Joan and. in. c. i. de cōsti. et debent isti periti esse bone opinionis: et fide digni. c. fi. de frigi. et malefi. Tangitur etiam questio nota. et quotidiana: nunquid sententia lata ad dictum peritorum veniet retractanda si producātur postmodum peritiores affirmantes cōtrarium. et Specu. et Jo. an. in ti. de homi. §. i. in ver. sed pone. tenent ꝙ sic. Et idem Anton. de bu. qui dicit ꝙ omnis sententia lata cum attestationibus de credulitate: vel ad consilium sapientis repertis testibus melius informatis vel sapientioribus consulentibus oppositum poterit retractari. Ab. autem tenet contrarium per multa. ꝙ talis sententia a q̄ non fuit appellatum non poterit retractari. ¶ Sed tu tene opinionem contra Abbatem. De quo etiam per Baldum et modernos in. l. si ab hostibus. §. i. ff. solu. matri. per Romanum in. l. cum quidam. §. quod dicit. ff. de acqui heredi. ¶ Et aduerte ꝙ Abbas dum respondeat ad. l. admonēdi. ff. de iureiurando. inductam per Antonium de butrio videtur velle ꝙ illa intelligatur de instrumentis: non testibus. ¶ Sed in capitulo. fi. de iureiurando. videtur velle contrarium. Et nota ꝙ deponentes secundum peritiam artis sue debent iurare de credulitate vt videtur magis communiter concludi. De quo per glos. in. l. i. ff. de vētre inspi. in. l. iurisiurandi. C. de testi. in. l. comparationes. C. de fide instrumentorum. in capitu. fraternitatis. de frigi. et maleficiatis. Et per Bartolum in prohemio ffatorum. et forma iurandi erit ꝙ non priuato odio: neq; amicitia: et cetera. ꝙ id quod deponunt secundum peritiam artis eorum credunt ita esse. ¶ Uolo tibi adducere quasdam allegationes ꝙ ad peritos in arte recurrendum est glos. in. §. preterea. insti. de rerū di. Bar. in. l. nulli. C. de sanc. bap. in l. diuus. ff. de extraordi. cri. in. l. eandem. ff. ad legem iuli. repe. in. l. i. C. de condi. ob causam. in. l. i. ff. ad muni. in. l. sit tibi. §. quedam. ff. de pactis. in. l. iij. ff. de acqui. poss. in. l. in

eo.ff.de testa.in. l.eadē.ff.de fer.in l.gallus.in fi.pri.ff.de libe.et post. Bal.in.l.obseruare,ff. de cura.fu. Ange.in.l.si cum dotem.§. si maritus.ff.solu.ma. Habe ergo ista vltra illas que communiter allegant ¶ Si dubitatur quomodo debeat probari falsitas instrumenti confecti nomine collegij recurre ad text. in.c.tertio loco.de proba. vt illi de collegio deponant quod collegium nunquam voluit consentire quando illius rei mentio habebatur.et sic debent se fūdare super facto collegij Non autem super facto eorum dicendo ego non cōsensi.nec ego:etc. quia sic essēt singulares in testimonijs suis.et non facerent plenam fidem.oportet etiam quod dicant quod eis sciētibus nō poterat congregari capitulum.et sic quod aut omnes deponant: vel saltem maior pars secūdū Ab. Nota glo.vlti.in dic.c. tertio loco. an et quando testes preualeāt īstrumento vel econtra.vide que dicta sunt in rubrica de fide instrumento. Et dicit Ab.quod vnum incidenter tactum per glo.multum notare debemus.quod īdicia habent equalem vim cum testibus et instrumentis: quod intelligit Ab.capiēdo indicia pro presūptionib⁹ iuris tm̄:siue iuris et de iure vel presumptionibus violentis que sufficiunt ad ferendum sententiam diffinitiuam.c.afferte. de presum.iste enim presumptiones equiualent testibus et instrumentis. Si autem secundum Ab.indicia sumātur in stricta et propria significatiōe tunc sumuntur pro aliquo notabili signo maleficij.vel alterius rei ad veritatem habendam: et licet dicantur ab indicando :non tamen plene īdicant:sed dant signum et viam ad plenam veritatem habendam. Et nota quod effectus iudicij est vt ex indubitatis iudicis puniatur re⁹.ex dubitatis torqueatur. Et adducit exēpla de primo per Jo.and.posita in titu.de probatio.§.fi.ver.xiij. Sed ipse Ab.adducit notata per Bart. in l.fur est.ff.de fur.vbi dicit quod si aliquis visus est fugere cum gladio euaginato:et ibi reperiatur aliquis mortuus: ex hoc est homicidium manifestum quod ipse fecit. Et quia Barto.ibi dicit:quod vbi aliquis deprenditur in domo alicuius pulchre puelle quod hoc facit adulterium manifestū Hoc nō placet Ab. quia iste non est act⁹ propiquus adulterio:quia forte intrauerat nesciente muliere. Sed procedit hoc dictum quando reperietur cum muliere in actibus venereis: puta osculando vel fabulando in loco secreto. Et allega glo. et Bart. in.l.capite quinto.ff.de adul. Et tu adde Bar.in.l.ij.§.fi.ff.de adul. qui dicit quod probatur adulterium quando testes dicunt quod viderunt duos in camera vel in lecto. Et Bar.in.l.j ff.de extraor.cri. Quantum autem ad indicia dubitata que solum sufficiunt ad torturam remittit Ab. ad notata per Bar.in.l.fi.ff.de questi. quedam pulchra in hac materia dicentur.in ti.de reg.iuris. ¶ Volo tibi dicere vnum pulchrum dictum tu scis quod iura que admittunt testes publicatis attestationibus loquūtur cū agitur de matrimonio iam cōtracto: vt in.c.series.in.c. cum in tua. de testi. Extenduntur tamen illa iura ad sponsalia quando subest ratio peccati: vt concludunt docto. in. c. iurauit.eo.ti. Exemplum vt intelligas:si probatur impedimentum vbi agitur de matrimonio contrahēdo publicatis attestationib⁹ alij testes super defectu impedimenti non sūt admittendi: vt est text.notabilis in dic.c.iurauit. Secus vero non probato impedimēto: quia tunc admittuntur testes publicatis attestationibus ad probandum impedimentum. Et ratio diuersitatis est. quia in primo casu non subest periculum si non contrahunt: cum sponsalia pōt

dissolui pari consensu.cap.ij.de spō sa. Et ideo obseruanda est cōis regula iuris ꝙ publicatis attestationibus.rc. Sed in scdo casu subest periculum si contraherent testante impedimento: ꝛ ideo debent admitti testes sicut in matrimonio cōtracto. quod est notabi. alia dicētur in locis suis. ¶ Quero si dispositio loquatur de ordinarijs quō intelligatur. Et rñdeo ꝙ non solū ꝯprehendit epōs: sed etiā inferiores ꝛ speciales ordinarios. vt notāt doct. in c. post cessionē. ꝛ est tex. iunc. glosa notabi. in. c. ordinarij. de offi. or. in vj. Et quia in hoc. c. post cessionē. dicit ꝙ si per literas ordinarij ꝓbatur ꝙ aliquis sit excōmunicatus ꝙ dz repelli ab officio procurationis tractat hic per glo. ꝛ doct. an ꝛ qñ debeat adhiberi fides lrīs ordinariorū iudicū ꝛ delegatorum: ꝛ sunt mlte opiniões in hac mā. Sz Ab. elicit vnā conclusionē breuez in tā materia longa que est talis. Litere epī seu alterius ordinarij auctentico sigillo sigillatis ꝛ testium subscriptorum manu propria roborate creditur tā in spectātibꝰ ad officiū sigillantis ꝙ̄ in alienis negocijs: tā in leuibꝰ ꝙ̄ in arduis siue sint ꝓmulgatorie siue dispositiue siue testimoniales attestātes rē factā ꝺ pñti. ꝭm datā lraꝝ. siue ꝯtineāt extra iudicialia siue iudicialis sine subscriptiōe ꝟo nō credit nisi in casibꝰ except de quibꝰ hic per Cal. ꝛ Ab. in quibus etiam creditur si sint testimoniales attestantes factum de preterito sine sigillo vero ꝛ subscriptione etiam in predictis casibus excepte non creditur si alr̄ non constat eas esse ordinarij. Ista est cōclusio quā facit Abb. ꝛ ideo requiritur ꝙ sint sigillate sigillo auctētico: quia alr̄ sunt omnino priuate. capitulo. ij. de fi. instru. cap. si canonici. de offi. or. in. vj. Item secundo requiritur ꝙ testes sint subscripti manu propria per textum in capitulo. j. ꝭm cōmunem intellectum. de procura. ꝛ per multa alia que adducit Abb. Item tertio dicitur ꝙ tales litere faciunt fidē tam in spectantibus ad eorum officium ꝙ̄ in alienis negocijs. per textum. in cap. ij. de fide instru. vbi tex. indistincte loquens equiparat eas instrumento confecto manu tabellionis. ꝛ dñi de Ro. in decisione allegata per Ab. volunt ꝙ tales litere faciāt fidē in preiudiciū aplici expectantis si sunt a testibus vl̄ notario subscripte. Item dicitur siue sint promulgatorie siue dispositiue exēplū in lrīs promulgantibus excōicationē. Item in lrīs citatorijs. seu sniam aliquā ꝑtinentibus vt in hoc. c. ꝛ i. c. ij. de fi. instru. qui gñalr loquunt. Itē dicitur idē si sunt testimoniales. attestātes rē factū de presenti ꝭm datam literarū. q: attestantur aliquid factū vel non factum. ꝙ talis permutauit beneficiū cum sempronio. vel ꝙ mutuauit illi. x. hoc volunt domini de Ro. ꝛ ꝓbatur in dicto. c. ij. vbi tales litere equiparant instrumento publico. Item dicitur siue cōtineāt iudicialia siue extraiudicialia per text. in c. qm̄. hoc eo. ti. q: tales litere sigillate ꝛ subscripte obtinent vim publici documenti. dicto. c. ij. Et ista procedunt etiam in delegato si habet sigillum auctenticum: ꝛ hoc in spectantibus ad officium suum. In alijs autē censeri debet priuata ꝑsona ꝭm Abbatem literis autē arbitrorum secundum communiter doct. non creditur. cetera dicas vt hic per Abb. Et quia tiam in dicto capitulo. post cessionem. tractatur de effectu excommunicationis circa procurationis actum. Et cōclude sic. ꝙ quando erat excommunicatus tempore constitutiōis. sed tēpore assumptionis exercitij erat absolutus. Uel quando tempore constitutionis non erat excommu-

259

nicat⁹ tpe ɔstitutiōis sic. Vel qñ erat excōicatus tēpore ɔstitutiōis et tempore assumptionis et tempore exercitij erat absolutus. In istis casibus impeditur validitas procurationis. nisi constituens certificatus de absolutione ɔseueret in eadem voluntate: quia tunc ex nouo voluntate iste potest acceptare de nouo. Item per seu erans in consensu erroneo et post facto habuit ratū gestum per istum nomine suo. Sed quando tempore constitutionis et tēpore assumptionis officij non erat ligatus. sed tempore exercitij sic. dicas ꝙ procuratoriū valet: sed q̄diu sic ligatus manet non procedetur cum ipso. sed cum fuit absolutus vtetur primo procuratorio. repellitur ergo hoc casu ꝓpter cōmunionis periculum. sed nō ꝓpter defectuʒ procuratorij. c. pia. de excep. in. vj. Et intellige predicta indistincte siue sit procurator ex parte actoris siue ex parte rei. quia ꝓcurator est voluntarius ideo cessat ratio. capitu. intelleximus. de iudi. Et nota ꝙ gesta per procuratoreʒ non valent eo casu quo excōicatio impedit constitutionē et assumptionem. sed si superuenit tunc valent gesta anteq̄ repellatur. dic. c. pia. Nec est differentia inter publicum et occultū excōmunicatum ſm magis cōiter doct. qꝛ illa differētia fit in officio publico auctoritate et vtilitate vt visum est in rub. de dolo et contu. Et aduerte quia Ab. videt velle ꝙ officiū procuratoris sit auctoritate publicuʒ. quod est falsuʒ. quia bene verum est ꝙ officium tutoris est auctoritate publicum et vtilitate priuatuʒ. Et nota pulchrā limitationem ad. c. pia. de excep. in vj. quia procedit in actore excommunicato quia valent gesta anteq̄ repellatur. secus est in procuratore qui cum esset cōstitutus erat excōmunicatus. quia in eo defuit potestas agendi cum non valeret cōstitutio vt. s. dictum est. Sed dubitatur si excōicatus est cōstitutus procurator de facto cū ptāte substituēdi an poterit aliuʒ valide substituere. de quo per Jo. an. in hoc. c. et p gloſ. in clemen. religiosus. de procura. Et videtur cōcludi ꝙ vbi cōstitutio est nulla non potest substituere. secus si esset procurator: sed posset repelli ab agēdo propter excommunicationem. vt quia fuit excōmunicatus post assumptionē ꝓcurationis tunc poterit substituere quod limita ſm Cal. et Ab. nisi fuisset datus nudus minister ad eligēdum seu nominandū aliquem que3 ex tunc dñs ɔstituebat. qꝛ hoc casu videt̄ ɔstitutus a dño nō ab ipso excōicato. Et nota qꝛ Anto. ð bu. tenet ꝙ excōmunicat⁹ possit cōstitui procurator ad negocia qꝛ excōicatus valide cōtrahit. ꝑ ea que dicta sunt in rub. de do. et ɔtu. Sed Ab. improbat hoc. qꝛ non videtur capax officij auctoritate publici. Sʒ miror ꝙ Ab. dicat hoc vide que dicta sunt in rubrica. ¶ Tu habuisti materiaʒ reconuentionis. sed queritur an in reconuentione possit reus dare libellum directe cōtrariuʒ libello actoris. Et dico ꝙ sic. text. est in. c. in presentia. de quo per Inno. in. c. ex ɔquestiōe. de resti. spolſ. in cap. cum contingat. de offi. dele. Et nota ꝙ Abb. allegat Bartholum in. l. fi. C. de pac. qui vult ꝙ valeat donatio facta ecclesie presentiū et futurorū. pro quo alle. glosaʒ sing. in. c. vt lex ɔtinētie. xxvij. q. j. de quo per Ab. in. c. fi. ð succes. ab intest. ¶ Tu habes textum singul. in. c. constituit. xx. q. iij. ꝙ si religio si allicisse aliquem ad religionis ingressum ꝓpter bona tpalia habenda. nullū debent inde ɔsequi commodum. Volo tibi tradere vnam pulchram declarationem ꝙ quāuis offerens sua bona ecclesie fit

met illã oblationẽ iuramẽto nõ ori
tur presumptio contra recipientes
tale iuramentum ꝙ fecerint allicie
tes eum propter bona temporalia
vt nota. probatur in dicto capitulo
in presentia. ¶ Probat etiam ille
textus in ver. quare cũ cõstat. ꝙ nõ
presumitur geminatio actus. adde
text. cum glosa in.l. omnium. C. de
testa. Bal. in.l.fi. C. d re credi. tex.
z Bartholus.i.l. si in rem. ff. de rei
vendi. Et quod voluit Bartholus
in.l. si quis seruum. §. si inter duos.
ff. de lega. ij. Limita tamen per ea
que habentur in cap. cum tu. de te
sti. Uolo etiã tibi dicere vnũ sing.
quod colligitur ex eodez textu. Si
aliquis fundat se super certo actu
sufficit probare illum actuz esse ge
stum. licet aliter non probet abili-
tatem persone ad illuz actum exer
cendum. Et asserenti contrarium
incumbit onus probandi. Et opor
tet ꝙ talis probatio necessario con
cludat. nec prodesset probatio gña
lis. quod facit ad notata per Bar.
in.l. sciendum. ff. de verbo. obli. fuit
Abb. Tu debes scire ꝙ probatio
actoris debet necessario conclude-
re. textus est in.l. matrem. C. de p-
ba. Quid diceres de exceptiõe ex
parte rei. Et videtur dicendum ꝙ
nõ requireretur hoc.l. fauorabilio-
res. ff. de re. iuris. textũ habes no
tabilem in contrarium. in dicto. c.
in presentia. Uolo etiam tibi tra-
dere sin. limitationẽ ad regulã vul
garẽ q̃ est ꝙ dubio pbatio nõ rele-
uat procedit ei quãdo probatio est
dubia in se ex facto suo. secus autẽ
si obfuscatur ex exceptionibus ad-
uersarij. vt notabiliter probatur in
dic. c. in pñtia. Et sic pbat ille tex.
illud qd singlr dicit glo. in cle. fi. de
rescriptis. Hoc tñ singulariter li-
mita ex notatis per Bart. in.l. non
solum. §. sed vt probari. ff. de ope.
no. nunci. quia hoc non procedit v-
bi psumit delictum. Adde tu vltra

Abb. Bartho. in.l. cum actum. ff.
de nego. ges. in.l. j. in fi. cum.l. seq.
ff. de incẽ. ru. z nau. tex. z ibi Bal.
in.l. matrem. C. de proba. glo. in. c.
pia. in ver. species. de excep. in. vj.
Limitat etiam Abb. alio modo ꝙ
etiã in ciuilib⁹ quiescente presum-
ptione delicti tollitur perfecta p-
batio actoris. si rei exceptio reddit
illaz equiuocã. arg.l. duo sunt titij.
ff. de testa. tu nisi aliter declaretur.
Tu scis ꝙ minor non potest aliena-
re bona sua sine decreto vt in titu.
ff. de re. eorum. z. C. de pre. mi. Li-
mita hoc non procedere quando
minor intrat religionem. Et adde
Cy. in auctentica. ingressi. C. de sa
crosan. ec. sec⁹ si nollet itrare etiaz
alienando in pias causas scdm Jo
an. an. quod est notabile. Nota q
glosa. f. tangit an naturales tantũ
excludant substitutum: z tenet ꝙ
sic. per iura in ea allegata. Abbas
hic late examinat hoc. Et vltra ad
ducta per ipsum adde doct. in.l. ge
neraliter. §. fina. C. de institu. z sub-
stitut. glo. in.l. fina. ff. de iure delt.
Bal. z moder. in.l. parentes. ff. de
in ius vo. Bartholus in.l. ij. ff. de
accusat. in.l. ex facto. §. si quis ro-
gatus. ff. ad trebel. Et nota ꝙ est
communis opinio ꝙ in contractib⁹
veniant naturales tantum. quod ta
men limitatur in emphiteosi eccle-
sie quam quis recipit pro se z libe-
ris suis propter dignitatem eccle-
sie. ¶ Tangit etiam glosa quid si
fuit dictuz si decesserit sine herede
Qui veniant appellatiõe heredis
respondetꝙ soli filij. l. ex facto. §.
vult. ff. ad trebel. de quo per Bar-
tholum in.l. gallus. §. etiam. ff. de
libe. z post. Et ista adducuntur
ad questionem de emphiteosi con-
cessa alicui pro se z heredibus su-
is qui veniant appellatione here-
dum. Et si loquimur in emphiteo-
si priuati vel etiam ciuitatis. veni
unt etiã extranei heredes. z Ab. al

260

dere se per vnum procuratorez. Si autem obligatio est originata in psona plurium tunc quilibz potest p iure suo dare procuratorem. Et tu adde Bart. in. l. si quis. cum procuratorio. §. vnius. ff. eo. in. l. iam tamen. §. si in plures. ff. iudi. sol. Et nota ex textu iuncta glosa fi. q procurator tenetur appellare vel denunciare domino si iusta causa eum excusat. licet dominus sciat sententiã latã contra procuratorẽ. Et ibi vult glo. q propter inopiam excusatur procurator si non appellauit q intelligit Ab. qñ non appellauit viua voce incontinẽti: sed oportet postea q appellet in scriptis. Sed tu vide Bar. in. l. inuitus. C. eo. et ibi ostẽdit q text. allegatus in glosa loquitur in alio casu: et ibi videt velle q propter inopiam non excusetur si non appellauit. Et nota q si procurator est datus ad certam litem videtur tacite mandatum vt appellet ne lis pereat per transitũ in rem iudicatam. vt probatur in hoc. c. non iniuste. sed non tenetur appellationem finire. Secus si esset datus procurator generalis. puta ad omnes causas et lites tunc tenetur appellare et appellationem prosequi. et sic habes limitationem ad hunc textum. Negociorum tamen gestor qui vniuersaliter procurat negocia tenetur appellare et appellationem prosequi. ¶ Nota ex capitulo fina. q presidentes excõmunicati non possunt eorum officium exercere durante excommunicatione. et act⁹ in quo officialis excommunicatus prestitit auctoritatem est ipso iure nullus. Et nota ex dic. c. fi. regulam. et tres casus exceptos a regula. Regula igitur notabilis est ista. q actus gestus ab vniuersitate in qua fuerunt aliqui inabiles. etiam si sunt presidentes nõ inficitur propter interessentiam illorum inabilium. valet ergo actus gestus collegialiter ab abilibus et inabilib⁹. Et sustinetur actus propter abiles. quod alibi non ita bene reperitur sm Abba. Fallit primo quando inabiles maxime presidentes sunt expressi in ipsa dispositione actus. Fallit secundo quando actus fuit gestus ab vniuersitate inabilibus interponentibus auctoritatem tanq̃ maioribus et principalioribus. Tertio fallit quando vniuersitas scienter admisit inabiles ad agendum actum simul cum eis. intelligendo de illa inabilitate quam abiles remittere non possunt vt est vicium excommunicationis. Et ratio regule est. quia actus geritur nomine vniuersitatis. ius vero vniuersitatis residet penes abiles. etiam si esset vnus solus. vt notatur in capitulo. gratum. de postula. prela. ¶ Et inabiles non sunt de vniuersitate. hoc tamen limita non procedere quando ius vniuersitatis esset perpetuo trãslatum in presidentez. ita q potestas esset apud presidentem iure proprio tũc non valet actus. ex quo presidens esset excommunicatus secundum Abbatem. Limita etiam non procedere quando actus explicatur a singulis non nomine collegij. quia tunc si aliquis est inabilis non valz actus ex quo abilis et inabilis exercent actum indiuiduum et inseparabilem. c. cum super. de offi. deleg. l. pedius. ff. de arbi. Et nota circa secundum casum exceptum a regula sm Inno. q siue auctoritas sit necessaria siue non. ex quo isti de vniuersitate voluerunt constituere sindicum auctoritate illoꝝ non valet actus. ex quo illi erant excõicati. q̃ si isti non intẽderẽt explicare actũ sine illorum auctoritate. quod est valde notabile. ¶ Ex quo infertur q si in actu in quo de iure non requiritur auctoritas fuit postulata auctoritate ab illo qui non ha

bebat potestatē illam interponēdi non valet actus. Et ratio est quia deficit voluntas constituentium si ne illa auctoritate. ¶ Et ex hoc colligitur limitatio ad iura que dicunt q in constitutiōe sindici quē facit vniuersitas.non requiritur superioris auctoritas.de q per glo.& Bar.in.l.actor.ff.rem ratā habe. Rector tamen ipsius vniuersitat; debʒ interesse & consentire cum sit caput ipsius vniuersitatis scdm Inno. Et adde Bar.in dicta.l.actor. qui sequitur dicta per Innoc. hic. Limitat tamen ibi Bar. nisi constituatur sindicus seu actor in re pertinente in vniuersitate ad superiorē. Et nota ex his que habētur in glosa.j.& per doct. q litere impetrate ab excomumunicato sunt ipso iure nulle siue excommunicatio esset publica siue occulta. ex quo probari potest.siue impetrauerit nomine proprio siue alieno.de quo in.c.j.de rescrip.in.vj. Nec fit differentia isto casu inter publicum & occultum.qr illa differentia fit in his que geruntur ratione publici officij. Sed in his que geruntur iure priuato non est differentia inter occultū & publicum quo ad actus validitatem. vt est dictum sing. Inno. in.c. cum dilectus.de consue. Nota qr glosa fi.vult q vnus de vniuersitate potest impetrare literas pro vniuersitate tanq̄ coniuncta persona:& sic sentit q iura loquentia de personis coniūctis verificentur etiam in cōiunctione ciuili:sed videtur magis cōmuniter teneri contrariū. ¶ Vltimo quero testator dedit formam
* distributionis inter paupes cū cōsilio prioris predicatorum. executor fuit negligens succedit ep̄s an debeat seruari illa forma cōsilij.& rn̄deo q sic.dictuʒ est notabi.Bal.in l.si puellam.C.si manci.fue.alie.vt manu. per notata per glos.ibi.

De procuratoribus li. vi.

Procurator datus post litem non substituit .glosa est capitulo.j.in ver.ab eo. Delegatus ab inferiore a principe etiam post litē contestatam non subdelegat.glosa est in ver.procurator. Habens potestatem subdelegandi licet sit delegatus ab alio q̄ a pricipe potest subdelegare.glosa est in dicto capitulo.in ver.substituendi. Si tu vis scire aliquas differentias que sunt inter procuratorem ad iudicia & negocia.vide text.cum glo.in ver.deputare.in dicto capit.j. Et nota q textus in dicto ca. allegat semp q laicus potest esse pcurator ad agēdum & defendendum in causis spiritualibus. Et ratio ē qr pcurator non tractat causas spirituales suo nomine quasi ius in eis habeat.
¶ Nota q pcurator potest reuocari libere añ litē ɔtesta.post autē nō sine causa.c. q̄uis. & de iure ciuili habetur in.l.ante litem.in.l.post litem.ff.de procu. Etiā ille q non est inimicuʒ capital' potest dici suspectus.glo est i.c.q̄uis.in ver. inimicū. An dñs reuocat procuratoreʒ an reuocatio debeat peruenire ad iudicem vel aduersarium disputat. glosa multum notabilis in dicto.c. quamuis.in ver.reuocari. ¶ Nota q procurator habens mandatum ad substituendum si substituit & mādatum suscepit non potest reuocare. licet etiam non sit vsus mandato.ca.is qui.& ratio scdm glo.qr substituendo functus est officio suo.
¶ Nota glo.fina. q delegatus ab inferiore ad vniuersitatem causaꝝ potest vnam causam subdelegare.
¶ Nota text.in.c.q ad agendū.an & qñ pcurator possit facere illa q exigūt speciale mandatū & vide ibi glo. in ver.ɔcessa. Multi casus requirunt speciale mandatū numerari p glo.in dic.c.q ad agendū in §. vel pacisci.quaʒ p notabili allegat Abb.in cap.nonnulli.§.sunt & aliq.

254

de rescrip.in.c.corã.de resti.in integrum.in.c.petitio.de ꝓcu. ¶ Nota tria que colliguntur ex.c. ꝙ generaliter ꝙ mandatũ gñale ad negocia extendit ad iudicia. Et adde Bar.in.l.sed si vnius §.procuratorem.ff.de iniuriis. ⁊ filiusfamilias potest esse procurator sine patris ꝯsensu. ⁊ ꝙ ꝓcurator ad iudicia dꝫ esse maior.xxv.annis. Nota glo.in ꝟ.expiri:qꝛ ponit ꝓ dfendere:⁊ adde glo.i.l.j.C.ð testi.vbi ponitur defendere pro agere. ¶ Si tu vis scire quando dantur plures procuratores an vnus possit admitti sine alio.vide tex.in.c.si duo.Nota glosam in ver.simil.ꝙ dãdo scðꝫ procuratorem reuocatur primus. etiam si scðs nolit acceptare mandatum reuocetur primus. ¶ Si electus pñtata sibi electione renuit consentire adhuc electoribus in eadem voluntate manentibus poterit consentire.glosa est in capitu.licet.in ver.placebit.⁊ hoc argumẽto illius textus:qui loquitur de ꝓcuratore. ¶ Nota ꝙ si dominus ꝑ se tractat causam vt non assistat videtur reuocare procuratorem.tex.est in capitu.si quem.nisi protestetur. Et ideo glosa notabilis ibi in ver.manere.dicit ꝙ protestatio saluat quod alś sine protestatiõe perderetur. ¶ Nota ꝙ ad contrahendum matrimonium procurator debet habere speciale mandatum.textus est in.c.fi. Et nota ibi glosam in ver.speciale. ꝙ requirit expressio certe persone. de qua glosa per Abba.in.c.in causis.de elec.in.c.coram.de resti.in integ. Dominus potest reuocare procuratorẽ.lꝫ iurauerit non reuocare.glosa est fin. in dicto.c.in ver reuocatꝰ. ¶ Ultimo quero testator reliqt ecclie centum vt inde fundũ emat.emit ⁊ tãdem vult vendere.an possit. Et respondeo ꝙ non. intelligitur eñ vt perpetuo possideat.tex.habes notabilem in.l.Titio.in prin.ff.de cõdi.⁊ demon.fm Bal.in.l.fi.C.de pactis inter emp.⁊ ven.

De procuratoribus in cle.

ter. Et si tu vis scire qualiter prescribatur contra imperatorem seu fiscũ. vide notata per Bart. in. l. in omnibus. ff. de diuer. et tempora. p̄scrip. quem sequitur Ab. et allegatur tex. in dicto. c. cum nobis. q̄ de prescriptione centũ annorum subducitur tempus scismatis. ¶ Nota q̄ cognitio causarum matrimonialium potest prescribi per inferiorē. textus est notabilis in. c. auditis. i. ĩ eta glosa in ver. ius episcopale. licet sit dignitatis episcopalis. c. accedentibus. de excessi. prela. et adde ibi glo. in cap. j. de consang. et affini. Et per istũ tex. tenet etiã Ab. q̄ institutio autorisabilis possit per inferiorem prelatum prescribi cum hec non sit ordinis episcopalis. pro quo etiam allegat Innocen. hic et in. c. cum olim. eodem titulo. et glosa in cap. cum satis. de offi. archi. Jo. an. in. c. cũ venerabilis. de cēsi. Sed in titu. de offi. archi. dictũ est contrarium ex intentione Antho. de bu. Colligit etiam Abbas aliud singulare ex textu in dicto capitulo. auditis. q̄ inferior prelatus potest prescribere certam partem diocesis cũ territorio excludēdo prorsus episcopum in illo loco ab exercitio iuris episcopalis. de quo per Archi. et Joan. an. in capitulo. cum episcopus. de offi. ordi. in. vj. et per Abb. in cap. cum contingat. de fo. competen. Colligit etiam aliud singulare ex eodem textu. q̄ exercens iurisdictionem in aliquo loco vliter vel in certis articulis. videtur illã prescribere excludendo illum ad quem pertinebat iurisdictio. nõ autem vt in exercitio cum illo concurrat licet glosa teneat contrarium in cap. pastoralis. de offici. ordi. Probat etiam ille textus q̄ interruptio post completum tēpus prescriptionis non habet ledere ius quesitum. ex quo infertur q̄ p̄scriptio seu consuetudo cõpleta non tollit. lz semel vel bis fiat in contrariũ. Pro quo glosa notabilis in. l. nemo. §. temporales. ff. de regu. iur. requiritur ergo contraria prescriptio vel consuetudo sm Abb. Sed adde qd Bart. in. l. ij. in fi. princi. ff. solu. matri. videtur aliter loqui. dicit enim q̄ si in ciuitate conficiuntur instrumẽta diuersimode propter tales diuersitates redimus ad ius commune. allegat dictam. l. nemo. §. temporales. adde etiam Ab. ad hanc glosam in cap. pro illorum. de preben. Et si tu vis scire qualiter fiat interruptio prescriptionis in iuribus incorporalibus: Dicas sic. q̄ aut solus prescribens fuit vsus illis iuribus: et videt prescripsisse excluso episcopo. aut etiam episcopus fuit vsus: et tunc prescripsit accumulatiue ad episcopum. et sic intelligitur glosa in dicto capitulo. pastoralis: et ita procedit fere totius titulus de offi. archi. nã pro maiori parte illa spectant ad archidiaconum. de consuetudine: tamen episcopus illa exercet. sed si episcopus prohibeat ne ille exerceat iura vel puniat parrochianos volentes seruare sententias illius. istis modis interrumpitur prescriptio. de quo hic per Ab. interrũpitur etiam prescriptio aliis modis de quib⁹ dictum fuit supra. ¶ Nota dictum Innocē. et Ab. in dicto capi. auditis. q̄ in testibus indefinita non equipollet vniuersali et ratio est. qz testis dz de necessitate concludere: et ideo si testis dicat q̄ possedit terram non sequitur de tota terra. Nota glosam. q̄ Abbas potest prescribere iura episcopalia et ecclesias. ipso tamen remanente subiecto episcopo. in istis tamen requiritur titulus saltem putatiuus. vel tantum tempus de cuius initio etc. Et quia Abbas in hoc textu proposuit exceptiones contrarias Nota vnum pulchrum dictum Inno. sm Ab. q̄ proponens exceptio

nes contrarias intelligatur pponere sub disiunctiõe quasi si vnã nõ poterit probare aliam probet. & de materia per glosam in regu. nullus pluribus. de regu. iuris in. vi. Bartholus in. l. nemo. ff. de excep.

¶ Nota vnum dictum Joã. an. in hoc cap. auditis. quod est notabile in practica q probatio testium debet esse certa. & ideo si conductor equi probauit equum esse mortuum in itinere morte naturali: & sic non teneri locatori non prodest: quia oportet q pbet de quo locato. ita q non intelligatur de alio hoc refert Alexan. in consilio. xviij. j. lib. debent ergo formari articuli super intersignis equi. & probare illuz equum mortuum. Item nota q etiã ista decretalis secundum doctores docet nouos aduocatos in practica: vt non artent se ad probandum solum prescriptionem quadraginta annorum contra ecclesiam. quia si se sic artent ad illud tempus tm̃. posset contingere q aliquo tempore dormiuit. quo probato inutilis esset hec probatio: & ideo debent dicere q possedit rem talẽ. xl. l. lx. annis. & tanto tempore. cuius contrarij non est memoria: & sic testes deponant q̃ remoto tempore nouerint. Et Abbas adducit notata p Bartholum in. l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. noui nunc. & glosa notabilis in clementi. fina. de rescrip. Et intellige ista quando actor clare non probauit suam intẽtionem. capitulo. in presentia. de pba. Sed quandoq contingit q pbatio redditur dubia propter exceptionem rei & ipsa exceptionis probatio est etiam dubia propter probationem actoris. Exempli gratia accusatur Titi⁹ q vulnerauit Sẽpronium de mense maij. Titius vero probat ad sui defensionem q ille potuit offendi de iure municipali. quia erat bãnitus & produxit bãnitum factũ in medio mẽsis Maij. & sic per exceptionez aduersarij est dubium an talis percussio fuerit delictum vel non. hoc est an fuerit pcussus ante bannum vel post.

¶ Bartholus notabiliter vult q in delictis debemus presumere actum factum tempore quo licet. vt sic delictum vitetur. ¶ Sed in alijs non delictis si excipiens non pbat clare suam exceptionem debet succumbere. Et ille qui petit mutuum debet probare mutuum factũ ante libellum datum. als succumberet. capitulo. abbate. ad finez de re iudi. in. vi. Et notatur in. l. & an eandem in. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. ¶ Sed Abbas omisit allegare Bartholum in. l. si rem. §. finali. ff. de pigno. acti. Nam ibi habetur q si ago rei vendicatione & superueniat dominium pendente iudicio. Si ex causa noua non debet sequi condemnatio. secus si ex causa de preterito. vtputa si extiterit conditio legati cuius occasione vendicabatur. ¶ Intellige tamẽ singulariter secundum Bartholuz in. l. si mater. §. eandem. in fi. ff. de excep. rei iudi. quãdo illud ius de preterito superuenit ante conclusionem in causa. ¶ Limita etiam singulariter quando causa pendet coram ordinario. secus si corã delegato. dictum est singulare Bal. in. l. prescriptione. C. si contra ius. lx. q. Adde etiam Bar. in. l. non potest. ff. de iudi. nec dabitur nouus libellus. dictum est singulare Bart. in. l. si titius. ff. de verbo. obli. Et nota q Abbas allegat dictũ Bartholi in. l. aurelius. §. idem quesijt. ff. de liber. lega. ¶ Et dicit q ille confitens non debet condemnari saltem capitaliter postq̃ illa confessio non est pura sed qualificata.

¶ Quia probationes debent esse luce meridiana clariores. de quo hic per Abbatem. ¶ Sed ad

de quod alibi videtur aliter loqui in.c.bone.ij.de postu.prela.in.c.cū venissent.de insti. De quo late in li. maleficiorum Angel. in glo. comparent inquisiti et parti negant etc. Nota vnam glo. singularem quam allegat hic Ab.in capitulo.placuit.ij.xvj.q.iij. q tenetur prelatus de suo satisfacere ecclesie eo q ecclesiam lesit permittendo prescriptionem contra eam currere. Et adde tu quod notat glosa in capitulo quicū q.xij.questione.ij. Et nota glosam hic.que tenet q contra prescriptionem datur restitutio. et intelligere ex clausula generali.an autē ecclesia de iure speciali debeat restitui dictum est supra. Nota q contra procurationem que est debita ratione visitationis non currit prescriptio etiam tāti temporis. de cuius initio etc. vt in capitulo.cum ex officij.vbi per docto. Nota tamen q etiam subditus episcopi potest prescribere ista iura conra episcopum. vt probatur in dicto capitulo. vbi p doctores. Et adde quod notat glosa in capitulo.auditis. hoc eodem titulo. Et licet episcopi habeant redditus episcopatus. tamen debent procurari in signum subiections: et vt facilius incitentur ad visitandū. Et quia cum visitat agit et procurat specialiter curam et bonum cuiuscū q ecclesie.igitur tunc debet viuere de bonis illarum ecclesiarum. et bona episcopatus reseruare pro alijs communibus necessitatibus. Nota q est altercatio inter doctores. q licet procuratio in totū prescribi non possit.tamen quota sic: quia aliqui tenent q quota possit prescribi aliqui non. Tu teneas opinionem q nec in toto nec in parte valeat prescriptio per istū textum. Et quia visitatio ita faciliter negligeretur dando modicum sicut dando nihil. In alio etiam est altercatio an platus possit expresse remittere procurationem. Et cōcludas sic q prelatus dum visitat quolibet anno potest remittere hāc procurationē expresse et tacite nō petendo. Non autem potest remittere obligando se per pactum ad non petendum in futurum. nec respectu sui nec respectu successorū quia ea ratio que militat vt nō possit prescribi.militat etiā vt non possit pro futuro tempore remitti. Et vide glosam notabilem in clementi ij.in ver.compositiones de censi. Potest tamen vt dicit illa glosa.super mō procurandi. et super mō procurandorum interuenire compositio.quod tamen intelligit Abb. q fiat ita et taliter q indirecte procuratio non tollatur. nec visitatio debita negligatur. Nota etiam dispositionem.capitulo.exigit. de censi. in.vj. q licet prelatis accipere pecuniam a volentibus. nō autem potest ab inuitis extorquere. De quo dicas vt ibi secundum Abbatem. sed dicas q non est ibi.sed in capitulo felicis.eodem titulo. Et an archiepiscopus possit visitare et etiam cessante episcopi negligentia dicas vt habetur in capitulo.j.et fi. de censi.in.vj. ¶ Ciuitates et domini temporales fundant intentionē suam de iure communi quo ad res sitas infra limites terre sue. quod intellige quo ad iurisdictionem nō quo ad ppietatē rex.vt notāt doc.p illū tex.in.c.si diligēti. et vide quod dicta sunt in Rubri de offi.archidiaco. Quādo ecclesia est collegiata confessio solius prelati non nocet ecclesie.vt notatur in cap.ij.de testi.in. vj. hoc non procedit quando presumptio seuius cōmune est contra ecclesiā. Tex. est notabilis in dicto capitu.si diligenti. Et nota q docto.hic tractant qualiter pbetur prescriptio centum annorum de quo late p Ab.in.c.cum vobis. eodem titulo. ¶ Nota glos.in ver.

bona fides. et nota quod ille dicitur bone fidei qui possidet cogitatione domini. ita quod non erret in iure quia error iuris non excusat in prescriptione. l. nunquam. ff. de vsuca. glo. in. c. apostolice. de dona. Et quia glo. dicit quod bona fides presumitur. adde glo. in. c. sctorum. eo. ti. de quo vide per bar. in. l. celsus. ff. de vsuca. Et Barto. in. l. fi. in fin. C. vnde vi. qui limitat vnum dictum positum in dic. l. cels⁹. Dicit enim quod in possessore sine titulo presumitur mala fides. secus si cum titulo. Et nota quod contra ius presumitur in mala fide nisi possiderit longo tempore. Et quando dicatur longum tempus videtur committi iudicis arbitrio Et nota quod Ab. allegat pro multum singulari dictum Bart. in dic. l. finali. in fi. quod mala fides possit allegari per antiquiorem possessorem scilicet infra. xxx. annos. sed postea non. presumptio male fidei contra ingredientem possessionem sine titulo tollitur per cursum. xxx. annorum. et tunc presumitur retro illum fuisse bone fidei: quod est singulariter notandum. antiquiori tamen possessori est proditum remedium contra secundum. etiam si presumatur bone fidei. l. si coloni. C. de agri. et censi. lib. xi. vel officium iudicis secundum Inno. in. c. sepe de restitu. spoliato. probata antiquiori possessione licet non probetur spoliatio. Sed Ab. adducit Bar. in. l. rem que. ff. de acqui poss. quod hoc procedit solum quando secundus erat male fidei. vel ab auctore vicioso habuerat. sec⁹ si secundus sit bone fidei. Sed Ab. tenet contrarium et sequitur Inno. in dic. c. sepe. qui loquitur simpliciter. et glo. in. l. in ciuilem. C. de furtis. ¶ Et adde Barto. in. l. fi. §. sed cum in secundum. C. de fur. Sed scias quod cum Bart. transeunt multi docto. quos refert Alex. in dic. l. rem que nobis. Ista que dicta sunt habent locum in reb⁹ corporalibus. Quid autem in incorporalibus dicas quod si tractatur de prescribenda seruitute non presumitur bona fides: quia quelibet res presumitur libera nisi probet aliquid propter quod fuit motus ad credendum sibi seruitutem competere. Et vide Barto. in dic. l. celsus. et sufficit fama vicinie. Hoc tamen limitat Abb. vt procedat quando possessio est secus si possidet per longa tempora. Si ergo vsus est seruitute sciente domino et non contradicente decem annis inter presentes: viginti inter absentes. presumitur bona fides. Et dicit Ab. vnum notabile pro intellectu. c. j. de prescrip. in. vj. dum ibi dicitur quod requiritur titul⁹ quando est presumptio contra aliquem illud procedit in presumptione vrgenti. secus in presumptione modica. vt quia res presumitur libera. tunc enim tollitur faciliter ex aliis coniecturis vel ex cursu longi temporis. Et ponit exemplum in presumptione vrgenti. vt quia episcopus exigit grauamina: presumitur quod subditi timore prestiterit. xj. q. iij. c. cognouim⁹. j. q. j. c. nullus. Sed si tractatur de prescribenda libertate presumitur bona fides. potest tamen ex aduerso probari mala fides ex fama vel aliter. vt per Bar. in dic. l. celsus. Et nota glo. que excipit quosdam cas⁹ et nota quod licet error iuris noceat in vsucapione vt dictum est. secus in acquisitione fructuum. ter. est notabilis in. l. sed et si. §. scire. ff. de pe. heredi. et ibi notatur per Bart. Et tu allega singularem glo. in. l. ij. C. si quis igno. rem mi. Et dum glo. excipit casum de illo qui emit a prodigo. vide Barto. in. l. si quis cum sciret. ff. pro empto. Et adde quod ibi fit distinctio an emit ab illo quem sciebat consumpturum. sed non sciebat in quem malum vsum. Aut emit ab illo quem sciebat in certum malum vsum consumpturum. In primo casu est bone fidei. In secundo male fidei, quod tamen ma-

279

telligẽ nisi sibi esset interdictũ bonis: vł si nõ erat interdictũ erat minor. Tangit etiã Bar. de emẽte ab existente in ludo. Et dicit ꝙ valet cõtractus si vẽdidit alteri ꝙ̃ collusori. Et adde Bar. in. l. si. §. frater. ff. q̃. re. ac. non de. Et quia glo. tangit an mala fides tradentis noceat accipiẽte cũ bona fide. dic vt in gł. Et adde quod notat glo. i. l. vicia. C. de acqui. posses. Et q̃ dicit Ab. in. c. de quarta. hoc eo. ti. Et cõcludit Ab. vnũ quod dicit notabile ꝙ sicut defunctus non poterat pscribere propter malam fidem: ita nec etiam heres dato ꝙ sit in bona fide quia omne ius suum causatur a defuncto. Et adde tu Bar. in. l. cũ heres. ff. de diuer. ⁊ tempo. prescrip. in. l. sequitur. §. fructus. ⁊. §. heres. ff. de vsuca. Et nota ꝙ Abb. non tenet glo. in. c. j. de prescrip. in. vj. dũ vult limitare illum tex. vt procedat quando ius cõe est cõtra prescribẽtem. ⁊ cum hoc fundat intentionẽ agentis. vt tunc requiratur titulus ⁊ dicit ꝙ Jo. an. in addi. Specu. in titu. de resti. spo. videtur illam glo. reuocasse. de quo hic per Ab. Nota ꝙ episcopus dicitur dyocesanus in tota dyocesi. nõ alius. vt in. c. cũ olim. Et adde glo. in cle. j. de vi. et hones. cleri. in cle. j. de iurepa. licet alius habeat ordinariã in loco. tamen non dicitur dyocesanus. Sed appellatione ordinarij venit nedũ episcopus. sed etiã quilibet alius habens ordinariã iurisdictionẽ. tex. est iuncta glo. in. c. ordinarij. de offi. ordi. in. vj. Limita tamen nisi materia esset apta cõprehendere epũ vel alium ordinarium: quia tunc alius ordinarius cõprehenderetur appellatione dyocesani. sm Abb. Et nota etiã ex tex. in dic. c. cum olim. ꝙ in personã clerici potest fieri cõpromissum de iuribus ecclesie sue. Et sic habes limitationem ad. l. penultimam. ff. de arbi. quia illa intelligitur in facto proprio. Et nota ex tex. in dic. c. cum olim. nouem iura que sunt prescriptibilia per inferiorem episcopo. adde hunc tex. ad notata per Bar. in. l. j. §. si quis. ff. de iti. actuq; priua. quod alio exercente vniuersalem iurisdictionem in loco exercendo quis iurisdictionem i certis articulis non per hoc acquirit vniuersum iurisdictionis: sed tantum possidet ⁊ prescribit quantum exercuit. Et nota secundum Ab. ꝙ prescribens potestatem excommunicandi. nõ videtur prescribere potestatem suspendendi: interdicendi ⁊ absoluẽdi. ⁊ in hoc iste tex. in. c. cũ olim. est nota. secundum Ab. Et nota glo. fi. dum allegat. c. ex multiplici. de deci. ¶ Tu iam habuisti ꝙ inferior episcopo non potest ex prescriptione seu cõsuetudine acquirere quo ad exercendum ea que sunt ordinis episcopalis. vt in. c. quãto. de consue. Scias tamen ꝙ potest i illis libertatẽ prescribere vt ea faciat a quo eligerat episcopo subditis suis conferri. Tex. do tibi nota. in. c. veniens. Et si tu cupis scire q̃ sunt ordinis episcopalis: vide illũ tex. Et caue ne textus ille te decipiat: quia dicit ꝙ solũ de sacris ordinibus. qz dantur multe solutiões per docto. quare dixit sic. Et vide tex. apertum in. c. fi. de tempo. ordi. in. vj. Et nota etiam in dict. c. veniens. tria propter que subditus debet cauere ne suscipiat ordines a ꝓprio episcopo. Et scias ꝙ in hoc. c. veniens. tractatur per glo. ⁊ doct. vna pulchra questio. an priuilegiũ debet facere mentionem de alio priuilegio. ipsimet priuilegiato cõcesso prius. Et conclude quedam breuiter ex intentione docto. ⁊ ex collectis per Ab. ꝙ si conceditur aliud priuilegium super separatis: vel super executione prime gratie nõ est necesse ꝙ de primo fiat mentio. Et ideo dixit notabiliter Joannes au.

in.c.ij.de filijs presbitero.in.vj.quod legitimatus et dispensatus super defectu natalium si impetrat postea beneficium non tenetur de priori defectu vel dispensatione prius facta facere mentionem quod est memorie commendandum secundum Abb. Sed si aliquis habet priuilegium cum certa moderatione iuris alterius impetrat secundum priuilegium simpliciter preiudicando iuri alterius per primum priuilegium reseruato non valet non facta mentione de priori vt est casus in dict.c.veniens.et addit Ab.tex.notabilem in.c.ij.de filijs presbitero.in.vj.per quem tex. dicit ipse ampliatur iste et theorica Innocentij.quod licet per primum priuilegium non sit alterius reseruatum tamen si secundum addit primo moderate concesso moderamen exercendo non valet secundum de alio non habita mentione. Si enim papa sciuisset forte dixisset sufficit tibi gratia primo concessa cum moderamine et hec sunt singulariter notanda secundum Ab. Et circa illud quod est dictum in primo membro dicas quod ratio est: quia hoc non reperitur iure cautum.solum enim propter odiosam pluralitatem beneficiorum hoc cautum reperitur in materia beneficiorum.c.si motu proprio.de preben. in.vj. Nota etiam quia hic tractatur per glo.et doc.an prescriptio et priuilegium sint contraria.et adde glo. in regula.nullus pluribus.de regu. iur.in.vj. Et concluditur quod per priuilegium renunciatur prescriptioni quando priuilegium: et prescriptio se non compatiuntur.vt in hoc tex. et prosequere hoc vt hic per Abb.et sufficit sola impetratio ad exclusionem prescriptionis absque vsu priuilegij secundum glo.et doc. Nota tex. qui semper allegatur in.c.fi.quod nec in foro canonico nec ciuili valet prescriptio cum mala fide.et probat ille tex.quod constitutio que non potest seruari sine peccato mortali est ipso iure nulla.et hoc est notabile ad statutum nutriens peccatum. Et scias quod omnes conueniunt quod vbi prescriptio causatur ex iniusto possidere prescribentis.quod ratione peccati standum est iuri canonico: quicquid disponat ius ciuile. Sed quando prescriptio causatur sine possessione: et facto possidentis.vt in actionibus sunt altercationes inter doc.hic non dicam: quia late dixi in repetitione c.inter alia.de immunit.eccl.et videtur communis conclusio: quod etiam in istis procedat dispositio istius. c. Et non tradas obliuioni glo.ordi. in hac materia in regula. possessor. de reg.iu.in.vj. quam allegat Ab. in.c.cum causa.de rapto.in.c. j. de op: .no.nunci.in.c.non sine.de arbi. in.c.cum esses.in prin.de testa.in.c. si diligenti.hoc eo.ti.et in hoc.c. fi.in c.ad nostram.de proba.in.c. quod clericis.in.c.licet ex suscepto.de foro compe. Nota etiam glo.fi.quod non tenetur ad restituendum si post completam prescriptionem superuenit scientia rei aliene.de quo in.c.vigilanti.et nota illam glo.que ponit quasdam pulchras questiones. Et vide in hac materia tex.nota.iuncta gl. in.c.si virgo.xxxiiij.q.ij.et qualiter presumatur mala fides declarat Ab. hic in fi.qui allegat Bar.in.l.celsus. ff.de vsuca.et in extraua. ad reprimendum in ver.per denunciationem. Et quia per glo.et doc.hic tangitur: an confessio prelati in foro contentioso preiudicet ecclesie.adde glo.in reg.delictum.de regu.iur.in.vj.

¶ Vltio nota quod ex prefatoribus colligitur mens statuti.restringitur et declaratur.glo.est in.l.j.C.ne li.in vna eademque cau.tertio prouo. quam dicit singu. Roma.in consilio.xvj. Sed dicas tu quod non est singularis sed habet socias in.l.iij.C.si ex fal. instrumen.in.l.j.C.ne fideiusso. do. den. in.l.non idcirco.ff.de iudi. in Rubrica.ff. de si quis testa.li. ef. iuss.

280

fue. de quo per Bar. in. l. cum hi. in prin. et in. §. causa. ff. de trāsac. i. l. j. ff. ad mace. et in materia est tex. melior de iure scdm Bar. in. l. fi. ff. de here. insti. et non negligatis hanc decisionem: quia est multum vtilis pro intellectu statutorum.

De prescriptionibus. in. vi.

Nota tex. qui semper allegat in. c. j. quod in prescriptione sufficit bona fides vbi ius commune vel presumptio nō resistit. Verbū oportet importat necessitatem. glo. est in dic. c. j. in ver. oportet. Nota glo. in ver. titulum. quia dicit multa circa allegationem et probationem tituli Si vtraque pars probat proferūtur testes magis ydonei. glo. est in dic. c. i ver. memoria. ad fi. Si tu vis scire casum specialem in quo contra romanam ecclesiam currit prescriptio. xl. annorum. vide text. in. c. fi. et ibi glo. in ver. in hoc casu. Ultimo quid diceres de hoc casu fuit facta donatio apposito pacto non reuocādo illam etiam propter causam ingratitudinis. an tale pactum valeat et consuluit Roma. cōs. xxvj. quod nō. quia dat occasionem delinquendi. Sed limita tu singulariter nisi sit appositum iuramentū. de quo per Alex. in. l. stipulatio hoc modo. ff. de ver. obli. per tex. in. c. quemadmodum. de iureiuran. et per alia deducta ibi nec obstat ratio adducta: quia poterit accusari ad penā imponendā. licet non ad propriam vtilitatem propter iuramentum quod est notabile.

De prebendis.

Quia clerici non possunt honeste viuere nisi habeant prebēdas vnde vite necessaria percipiant. ideo ponitur ista Rubrica. in hoc loco: et quid sit prebenda. glo. in. c. cum. M. de consti. de dignitate habebitur in. c. de multa. hoc eo. titu. Nota quod licet ius patronatus acquiratur per viā successionis sanguinis: vt visum est in titulo de iure patronatus. tamen secus est in beneficijs. c. j. et ratio est. quia ius patronatus non est pure spirituale et ideo propter vtilitatem inde prouenientem voluit ecclesia dispensare cum laicis. c. iij. de iure patronatus. et vide pulchram glosam in materia. in c. pie mētis. xvj. q. vij. et probat etiā ille tex. quod alius est populus et alius est clerus. De iure non debent omnes passim admitti ad clericatū nam illi qui non habent vnde viuere possint non debent promoueri. c. non liceat. hoc codē titulo. ne clerici mendicent in opprobrium clericatus. et turba clericorum facit eos contemptibiles. c. legimus. xciij. distinct. secundum Abbatem. Et tu allega pulchrum textum cū sua glosa. in. c. tales. xxiij. distin. Et nota glo. in dic. c. non liceat. quod appellatione clericorum veniunt omnes qui sunt in sacris. et qui non: dicetur in titu. de vita: et hone. clericorum. Nota quod bona ecclesiarum debent esse communia: omnibus indigentibus. c. ratio nulla. quod intellige de his que supersunt debent indigentes viuere. et vide tex. in. c. fi. xvj. q. j. Et notetis illum tex. in fi. quia ibi dicitur quod per abusionem bonorum ecclesiasticorum: iudicium sibi manducant et bibunt et videatis ibi glo. j. Limita tamen vt habetur in. c. quatuor. in. c. cōcessio. xij. q. ij. Et iste tex. adducitur ad questionem. an quis posset disponere de rebus communibus tanque de propria singulariter. De quo plene per Bartolum in. l. serui electione. §. j. ff. de lega. j. quem sequitur Abbas. Et ego in hac materia allego tibi singularem glosam. in. l. id quod nostrum. ff. de re iur. Et si episcopus ordinat aliquē ad sacros ordines non habentem vn viuat debet prouidere de suo donec aliquē titu

lum fuerit consecutus. vt in. c. eps. Et probat tex. ille ꝙ cleric⁹ dicitur miles dei. ⁊ ꝙ debet habere stipendium ab ecclesia sicut miles seculi a domino temporali. Et vide glo. notabilem in. l. miles. ff. de re iudi. ꝙ miles dei gaudet priuilegiis militum secularium. intellige tamē vbi sit eadem ratio vel maior. ergo donatio facta per clericum sue concubine non valet. Bar. in di. l. miles. ⁊ in. l. mulierem. ff. de his qui. vt indig. in. l. miles. §. mulier. ff. ꝺ testa. mili. Nota dictum Inno. in dict. c. episcopus. quia cōmuniter allegat ꝙ clericus potest licite viuere de fructibus beneficij. ⁊ cōseruare suū patrimonium heredibus dummodo honeste viuant. Nota glo. notabilem in dic. c. ꝙ licet clericus non habeat ecclesiaꝝ. nihilominus gaudet in bonis patrimonialibus priuilegio clericali sicut i bonis ecclesie: de q̄ videbitur in titu. de pigno. ¶ Si tu vis scire q̄re iura prohibeant. pluralitatem beneficiorum. vide pulchruꝫ tex. in. c. quia intantū. ex quo tex. probatur: ꝙ peccatuꝫ ē tenere plures ecclesias quando nō est iusta causa tenendi secundū doc. ne consuetudo excusat: ⁊ dispēsatio facta sine legitima causa dicitur dissipatio. ⁊ ideo dicit Inno. in c. ex tue. de cle. non resi. ꝙ episcop⁹ non potest dispensare sine causa. vt quis habeat duas prebendas. Tu scis ꝙ dispensatio est stricti iuris. ⁊ fit stricta interpretatio. c. j. ⁊. ij. ꝺ filiis presbi. in. vj. Tamen extenditur dispensatio ad necessaria consecutiua: seu dependentia ex eo super quo dispensatum est. glo. do tibi notabilem in dict. c. quia intantum. in glo. j. ⁊ adde glo. notabilem in. c. si quis in clerico. vij. q. j. ⁊ glo. notab. in cap. non potest. de preben. in. vj. in ver. retinere. Nota ꝑ ea que habentur ibi per glo. ⁊ doc. ꝙ vbi beneficium requirit residentiaꝫ ibi cō trahitur domicilium. secus vbi non requiritur vel non tenetur residere propter dispensationem. Et Ab. allegat nota. dic. Bar. l. l. j. ff. ad muni. ꝙ in loco vbi quis adipiscitur dignitatem efficitur ciuis. Et tu adde singul. dic. Bar. in. l. municeps. §. miles. per illum tex. ff. ad muni. ꝙ doctor efficitur ciuis illius loci ī quo recipit stipendium. Nota vnā regulam generalem in materia bñficiorū ꝙ licite non obtemperatur literis pape quando hoc non potest fieri sine scandalo. vt in. c. cū teneamur. quod intellige in dubio. Sed quid si constat de intentione pape: ꝙ non obstante scandalo prouideatur. Dicit Ab. ꝙ si est tale quid qꝺ non potest expediri sine peccato nō est parendum. Pro quo alleg. fin. dic. Inno. in. c. inquisitioni. de sen. excommu. ⁊ dict. Jo. and. in. c. cum adeo. de rescrip. ⁊ quod voluit Ho sti. in. c. significauit. de officio ordi. Papa enim non recipit potestateꝫ peccandi. c. qui resistit. xj. q. iij. Tu habes in. c. si motu proprio. ꝙ ꝺ beneficio quantumcunqꝫ tenui est facienda mentio. Sed queritur quid si tale beneficium ab alio occupatū dicas ꝙ idem ne fiat fraus. vt concludunt doc. in dic. c. cū teneamur. ¶ Tu videbis dispositionem. c. de multa. ꝙ ipso facto est priuatus prima. hoc non procedit vbicunqꝫ ecclesiie nō sunt curate. vel est vna curata. ⁊ ad aliud est simplex beneficium: quia. ex quo requirūt de iure residentiā debet dari optio vt alterū eligat: ita intelligitur tex. secunduꝫ Ab. in. c. referēte. Tu scis ꝙ nō valet appellatio omisso medio. vt vidisti in ti. de appella. quod tamen intelligitur si excipitur alias secus tu habes tex. de hoc queꝫ pōderat ibi Ab. in dic. c. referente. Et ibi nota bi glo. ꝙ valet cōsuetudo ꝙ appelletur omisso medio. ⁊ sic tu habes limitationem ad notata in. c. nō pu

281

tamus. de consueta. in. vi. quia hec glo. loquitur de circunstantiis: seu de accidentibus. ibi autem loquitur q non valet consuetudo contra substantiam actus. Nota glo. ibi in v. quam maluerit. quia est notabilis. q constitutio odiosa specifice prouidens contra epm. non debet extendi ad alios sacerdotes: et idem dicas econtra et pondera glo. ibi. quia facit pro Abba. in eo q dicit supra q ista constitutio non est mutuata: nisi respectu ecclesiarum curatarum.

¶ Nota vnam regulam in .c. maioribus. iun. glo. q dignitates: seu beneficia non debent pmutari: nisi legitima causa subsistente. et cum auctoritate superioris. Tu habuisti glos. in. c. cum. M. de constitu. q prebenda consistit in temporalitate. et pnt conferri laico. sed illam glo. intellige, quando prebende non sunt annexe canonicatibus. qr no est certus numer9 canonicoru. vel quando oia bona sunt coia. sed per capitulum assignat isti pro prebenda vnum pdium. alteri aliud. secus si sunt annexe canonicatibus. qr est certus numerus canonicorum et prebendaru tunc prebenda dicitur spiritualis. nec tuc posset pferri laico: nisi separetur a canonia. dcm e nota. Inno. in dic. c. maioribus. et sic ratioe conneritatis prebeda dicit spualis.

¶ Nota tex. in. c. relatum. iun. glo. fi. q prelatus conferendo beneficiu isti vel illi. dicit vti liberalitate. no tame est pprie in se liberalitas. de q in. c. fi. de offi. vic. in. vi. et glo. xxiii. q. vi. §. fi. dicit q eps dicit dare bnficium non donare. Uolo q comendes memorie vnu dcm. nota. Innoce. in. c. fi. de cleri. no resi. qd multu extollit Ab. in dic. c. relatu. q eps dispensare pot q canonic9 pbedat9 in vna eccla: sit canonic9 sine pbeda in alia eccla. sz no pot dispesare q sit ibi pbedatus. ex quo sibi pma pbeda sufficit: sz respectu canoicat9 potest: quia est vtile ecclesie habere plures psiliarios. Nota q recept9 auctoritate capituli in canonicu sine prebenda non habet ius affectiuum ad prebendaz vacatura. sed solum habet ius petendi vt sibi prouideatur de prebeda. vt in. c. relatuz. vbi per doc. ¶ Nota practica q debet obseruari qn aliquis vult instituere beneficium. na patronus pot ordinare prout sibi videbitur. et illu ordine porrigere postea episcopo. et tunc superior instituat beneficiuz. et apponet illa onera que sibi de iure videbuntur. vt. in. c. significatum. et in. c. cu dilectus. de consue. Et nota tex. in dic. c. significatuz. q sacerdos non potest artari ad dicendum per totum annum missam de vno sacto. Itez non potest artari ad celebrandu missaz quotidie. Et si hodie fieret talis institutio debet institut9 recipere iterpretatione ab hoc tex. vt celebret quantu frequentius pot salua honestate sua ac debita deuotione. Item si fieret institutio q nusq dimitteret illam ecclesiaz dz intelligi causa voluptatis vel se transferendi ad aliam ecclesiam sed debet posse intrare religionem et dz se posse absentare propter necessitate vel vtilitatez ecclesie. c. ex parte. de cleri. non resi. Tu scis dispositione. c. quod in dubiis. et. c. admonet. de renun. Sed queritur quid de patrono. et dicas q in designatione beneficij requiritur cosensus patroni cu episcopo. dcm est singula. Inno. in c. de renun. quod multu extollit ab. in dic. c. significatum. qr interest patroni ne bnficiatus dimittat bnficiu. Nota glo. i. ibi in ver. argumetum qd sacerdos. cui adde gl. in. c. fi. xxi q. ii. in. c. sua. de simo. et intellige gl. dumo no intedat vedere spuale seu recipere pecunia pro spualibus. sz potius pro seruitio: seu recompensatione que sustinet in trahedo ibi moram vt declarat Abbas. ¶ Nota

q in .c. de monachis. ponitur materia de religiosis qui habent ecclesias subiectas quo ad temporalia. qz fuerunt sibi date vt conuertat redditus in vsus suos. tamē non habēt potestatem instituendi. sed soluz habent presentationem z debēt dimittere tot fructus instituendo vt possit se sustentare z pro iuribus episcopalibus persoluendis. z sic religiosi solum habent redditus superfluos: nec possunt mutare statum antiquum ecclesie. qd facit contra Cardinales z alios q habent ecclesias in commendaz. Nota glo. j. isic. tex. q et clerici seculares tenent ad hospitalitatem. z intellige secundum Innocentium iuxta vires facultatum. ¶ Si tu vis scire ius quod cōpetit religiosis quo ad ecclesias sibi subiectas. vide glo. notabilem q quotidie allegatur in dict. c. de monachis. in ver. prouentibus. cui adde glo. xvj. q. ij. in summa. Et nota quia glo. vult q si patronus concedit religiosis ecclesiam de consensu episcopi non solum videtur concedere ius patronatus. sed temporalia ipsius ecclesie. Abbas insurgit contra glos. quam tamen saluat in duobus casibus. ¶ Primus casus est: quando episcopus donaret eam consentiente patrono.

¶ Secundus: si patronus diceret donamus vobis talem ecclesiam cōsentiente episcopo: quia alias nemo potest transferre ius quod non habet: nec obstat confirmatio episcopi. quia episcopus nō donat aliquid de nouo: sed auctorizat donationez factam. Sed contra Abbatez facit ille consensus aliter nihil operatur quia omnino patronus potest donare ius patronat⁹ loco religioso sine consensu episcopi. vt visum est in titulo de iure patro. z vult Abb. hic ¶ Et nota q religiosi habētes ius patronatus possunt erigere administrationez de temporalibus quod non potest facere patronus laicus. c. cum z plantare. §. in ecclesijs. de priuile. Nota etiam glo. q si religiosi edificant ecclesiam habent etiam quo ad temporalia: quam commenda memorie. dicit Ab. propter eius auctoritatem tamen insurgit cōtra eam potest tamen sustineri glo. quādo religiosi edificant ecclesiā in auxilium proprie ecclesie in loco vicino: tunc videntur in effectu ambe vna ecclesia. z sic etiam saluat glo. in. c. caz te. de eta. z qualitate.

¶ Nota textuz in. c. ad hec. q quis non potest habere plures dignitates in eadem: vel in diuersis ecclesijs. quia omnis ratio resistit: vt ibi declaratur per Abbatem.

¶ Et concludit q papa non potest dispensare sine legitima causa: quo ad deum quia hoc est contra ius diuinum: z naturale. quod requirit q sit vna coniunx carnalis. sic vna spiritualis. ¶ Nota etiam illam text. q omnes dignitates requirunt cōtinuam residentiam nec potest quis per alium deseruire.

¶ Nota ex capitu. preterea. secundum vnum intellectum: q in ecclesijs cathedralibus regularibus. regulares possunt habere dignitates inferiores: z si regularis transfertur ad aliam ecclesiam regularem legitime debet ibi iterum profiteri.

¶ Ad idem text. in capitulo. abbate. de verbo. signi. in ver. professione. Nota ibi glo. q quis non potest esse de duobus collegijs. de quo p Bar. in. l. fi. ff. de col. illicitis. et cōcludit Bar. ibi hoc esse verū qñ exercitiū ei⁹ ad quod fit vnū collegiū est impedimēto ad exercitiū alteri⁹ ad qd aliud collegiū celebraf. de q ibi pulchre per eū. z cui debeat magis obedire vide Barto. in. l. queritur. ff. de statu hominum. ¶ Nota vnuz singulare dcm Inno. qd sp allegatur in. c. cum non ignorans. q ad esse collegij nō requirif q ibi

sit prelatus vel rector. Et nota dispositionem dicti .c. quod si electus ad secundam ecclesiam non vult dimittere primam que requirit residentiam eligentes possunt resilire et non acceptare electum. Et vide glo. in ver. consenserint. ¶ Nota quod ponderat in .c. cum secundum apostolum. in ver. viuere . quod clerici debent de beneficio percipere necessaria vite: non autem luxuriari. de quo. xliij. dist. in prin. quod facit contra beneficiatos qui conuertunt redditus in vsus inhonestos. et si habent de suo patrimonio tenentur restituere ecclesie. secundum Ab. xij. q. iiij. c. j. et ij. et vide ibi glo. quia sunt pulchre. ¶ Si aliquis interrogaret te: bona ecclesiarum cuius sunt. dicas quod est patrimonium Jesu christi. vt in dic. c. cum secundum. c. cum ex eo. de elec. in. vj. Inno. in c. cum super. de causa poss. et proprie Glo. in. c. causa carpensis. de ver. sig. quod est contra prelatos. qui dicunt se esse dominos. Et tu etiam contra prelatos allega tex. in. c. ij. de donatio. Et nota illum tex. quod est licitum argumentari ab illusione seu ethymologia vocabuli. de quo i. l. decernimus cum glo. C. de epis. et cleri. in l. defensores. C. de defen. ciuita. gl. in. l. j. ff. de offi. presi. in. l. diu. ff. de bonis damna. in. l. pretor. in. prin. ff. de edendo. Bar. in. l. j. ff. ad municipa. in. l. j. de acqui. poss. i. l. j. ff. de testa. in. l. j. §. j. ff. de tute. i. l. j. ff. de furtis. in. l. liberorum. de verbo. signifi. Ab. in. c. j. de iudi. glo. in. l. facta. §. si in danda. ff. ad trebel. Et no. quod iste tex. probat quod clerici sunt stipendiarij dei ideo aduertant ne sint proditores. Nota etiam tex. in dic. c. vt scias allegare quod papa solus potest mutare constitutionem concilij. facit quod habetur i. c. significasti. de ele. No. vnum notabile dictum Inno. quod episcopus non tenetur examinare clericum presentatum per alium episcopum. si tamen sciat eum esse indignum. peccat ordinando. quod est notabile. Et quia tex. in dic. c. vult quod ordinator vel etiam successor teneatur prouidere ordinatis sine titulo in omnibus vite necessarijs. vide glo. ibi in ver. successores. Et quia Hosti. videtur velle quod antequam successor compellatur debet prius compelli heres patrimonij. si habet heredem ordinatoris. Ab. hoc intelligit quando ecclesia esset impotens. secus si potens. Nota quod Ab. hic vult per tex. in. §. reprobari. allegato in glo. in ver. liceat. quod idem fit in doctore qui postquam fuit promotus reperitur insufficiens. Et allegat tex. in. l. grammaticos. C. de profess. et medi. lib. x. quia tractatur etiam de publica vtilitate. sicut in casu. §. reprobari. Sed Abb. male allegat tex. in. l. gramaticos. Sed melius probatur in. l. magistros. eo. ti. et in vtroque loco vide per Bart. Nota glo. et quod super ea dicitur per docto. quod promotus ad beneficium debet iterum examinari propter nouam causam. Et propter hoc dicit Ab. quod examinatus et probatus in licentia potest in examine doctorum reprobari. cum ex noua causa potuit se inutilem reddere: cum fuerit magnum interuallum inter licentiam: et doctoratum: et etiam si non esset interuallum. quia tex. debet examinari. In isto ergo tertio examine posset reprobari l. j. C. de athle. lib. xij. vbi per Bart. per Archidi. in. c. de quibusdam. xxxvij. dist. Et nota quod cum dispositio istius. c. sit fundata super pia honestate. non potest ordinatus nec directe nec indirecte renunciare. c. si diligenti. de foro competi. Et si episcopus ordinauit bona fide ad titulum quem non credebat alteri debitum: non tenebitur ex dispositione istius. c. sed ex generali obligatione qua tenetur omnibus indigentibus secundum Abbatem. ¶ Tu habuisti superius: quod vbi capitulum recipit aliquem in canoni

cū sine ꝑbēda ꝙ prebenda vacans non est affecta isti ⁊ ideo tenet collatio alteri facta ꝑ caplm. vt notāt doctores in.c.inter cetera. Nota tamen dictum singulare Innocen. in capi.statuimus. de ma. ⁊ obe. ⁊ hoc scdm Ab.ꝙ capitulū tenetur ꝓuidere de bonis cōibus illi quē illusit. quod est notabile. Et scias ꝙ textus in dicto capitulo.inter cetera.est mirabil in vno secundū Abbatem.ꝙ conferens sciēter beneficium alteri debitum tenetur illo euicto illi prouidere de equiualenti beneficio. Et sic est casus in quo donator tenetur de euictione: ⁊ in aliis rebus dic. vt in.l.Aristote.§.j.ꝙ.de dona.⁊.l.ij. C.de euicti. Intellige tamē quando ille cui fuit collatum ignorabat hoc. als secus. Adde ꝙ in donatione fit distinctio.an donatio incipiat a promissione vt tunc habeat locū euictio. secus si incipit a traditione.nisi fuerit promissa. Hoc tamen limita nō procedere in donatione remuneratoria. Bartholus notabiliter in.l. iulianus.ff.de verbo.obliga. ⁊ vide ibi per eum quia eleganter loquitur. Adde etiam quod notat Bartholus in.l.qui concubinam.§.si heres.ff.de lega.iij. ⁊ in questione formata per glosam fina.dicas ꝙ glosa poterat allegare meliorē textū in.l.si fundum.C.de euicti. ¶ Si tu vis scire vitia seu defectus que opponi possunt contra electum ad dignitatem ecclesiasticam.vide text. in capitulo.cum iādudum. Et nota etiam ex eodem textu.ꝙ intrusus dicitur qui titulo non legitimo procedente ingerit se administrationi: etiā si precesserit electio.quod est notabile. Et quia in hoc capitulo. cum iam dudum tractatur per doc. An sit licitum de iure habere plura beneficia simplicia. Et procedā per conclusiones breues quatuor. ¶ Prima sit ista.si beneficia requirunt residentiam siue de iure communi.siue ex speciali statuto.nō est licitum:quia ista sunt incompassibilia propter onus residentie. ¶ Secunda est conclusio.si beneficia nō requirant residentiam de consuetudine que valet vt habetur in.c.cū omnes.de consti. Et tunc si vnū cōgrue sufficit ad sustentationem nō est licitum tenere plura propter vtilitatem propriā.immo est peccatū mortale cum ibi sit vitium ambitionis ⁊ auaritie:⁊ occupat stipendia aliorum clericorum pauperū. glo. in.c. dudum.de elec.. ¶ Tertia est conclusio.si vnū per se non sufficit tunc potest tenere plura vsq ad cōgruam sustentationem.c.gratia.de rescrip.in.vj.clementi.gre.eodē titulo.c.cū teneamur.hoc eodē titu. a contrario. ¶ Quarta est conclusio.in casibus prohibitis potest episcopus dispensare in diuersis ecclesiis.in eadem vero potest circa difformia beneficia.non circa conformia. vnde non posset dispensare ꝙ quis posset habere duos canonicatus in vna ecclesia.de quo per Io. an.in cap.literas.de concess. preben.⁊ per Abb.hic.que limitat dictū Io.an.in duabus prebendis. ꝙ ita demū possit eps quando alia per se non sufficiant. Et adde etiā notata plene ꝑ Ab.in.c.extirpande.§.qz vero.eo.ti. Et nota etiam textum in dicto.c. cū iam dudū.qz semp allegat ꝙ ꝑ tollerātiā supioris non videt dispensatio inducta in his que sunt contra ius. Sed dicas sic ꝙ vbi lex superioris hʒ consuetudinē ꝯtrariam a principio vel ex postfacto.tollit lex supioris maxime superiore sciente non contradicente.quod intellige si consuetudo est als rationabilis.e.ti.de consue.sed vbi non est cōsuetudo cōis. qz aliqui seruant aliqui non:plures sunt seruantes ꝙ non seruātes.tūc proprie est patientia superioris sci

ls in nõ puniãdo transgredientes. non autem censetur dispensatio vel permissio vt in hoc tex. Nota vnaz pulchrã cautelã fm Inno. ꝛ Abb. qñ tu vis ordinari ab alieno episcopo sine licentia proprij episcopi. vi deas obtinere ab eo vnum bene ficium ꝛ tunc es subditus ratiõe beneficij: ꝛ ideo poteris ordinari ab eo. Nota textum in. c. dilectus filius. ꝙ receptus in canonicum absqꝫ prebenda debet habere distributiones quotidianas. de quo in. c. cum M. de consti. Et nota ꝙ si reperitur aliquis in canonicum cum promissione vacature prebende. licet non teneat illa promissio. tamen nõ inficitur receptio in canonicum. qꝛ ius canonie quod creatur ex receptione in canonicum est separabile a promissione vacature prebende: ꝛ ideo vtile non viciatur per inutile. consequetur tamen prebendam non ex vi promissionis: sed quia est canonicus. Nota glosam in ver. approbantes. ibi. Sed nũquid plures. nunquid possint recipi plures in canonicos sine prebẽda. Et cõcludit hoc esse arbitrarium. Sed quid si recipiatur multitudo vltra arbitrium boni viri nunquid viciabitur receptio omnium. Et concludë fm Jo. an. ꝛ Abb. ꝙ si fuerunt recepti successiue. cassabitur soluz electio illorum qui fuerunt recepti vltra arbitrium boni viri. Si autẽ omnes essent simul recepti cassabitur electio omnium: quod est notabile fm Abb. Nota glo. penulti. ꝙ nullus citra papam dispensat contra concilium. ꝛ adde glosam in. c. cum dilecti. de elect. ¶ Tu habes textum in capi. tue. ꝙ duo non debent eligi ad eandem prebendam. Hoc notabiliter intelligit Abbas post glo. quando prebenda consistit soluz in temporalitate. sed etiã in iure spirituali. vt quia prebenda ꝛ canonicatus sunt connexi. tunc enim proprie appellatur hoc ius ꝑbendale vnicum ꝛ indiuisibile. Sz vbi prebenda consistit in mera tẽporalitate. quia non est annexa iuri canonie. vt declaratum est. s. Si est sufficiẽs potest dari duobus vt habẽt illam communem. tamen cõcludit ꝙ hoc non debet fieri nisi cũ magna causa. ne sint peioris conditionis quam precessor. ꝛ ponderat glo. dum dicit quasi dimidius canonicus. quia in casu isto non esset dimidius vt quisqꝫ habet ius canonie distinctum. Et solus papa potest dispensare in hoc. quia est contra concilium. de quo in capi. dilecto. hoc eodem tit. ¶ Nota ꝙ si cõpromittitur in iudicẽ etiaz tanqꝫ in amicabilẽ ꝯpositorem põt iudex in eodẽ facto procedere ꝛ tãqꝫ iudex tanqꝫ arbitrator. text⁹ est memorie commendandus in cap. nisi essent ex quo sequitur ꝙ si iste iudex compromissarius excedit simpliciter metam iuris in procedendo. quantus sit excessus. debemus hoc attribuere potestati arbitrarie. quaten⁹ autem iuridice procedit attribuendum est potestati iudiciarie. ¶ Tu scis dispositionem. l. si de meis §. recepisse. ff. d arbi. ꝙ arbitrator in dubio potest de iure vnius auferre ꝛ dare alteri. Sed quid in casu certo. dicas qd idem pro bono pacis. textus est multum notabilis in dic. cap. nisi. Probat etiam ille textus ꝙ non licet litigantibus recedere a lite in causis beneficialibus ꝛ paciscí vt aliquid detur pro expensis vel bono pacis. nam cauendum est ne temporale detur pro iure spirituali. Sed si compositio habet ortuz a iudice ꝛ iudex est honestus ꝛ circunspectus. tunc tolleraẽ talis cõpositio fm doc. nec requiriẽ auctoritas pape. ꝛ adde glo. notabilẽ in. c. eaque. j. q. iij. Et nota ꝙ si nõ est ꝯpromissum in iudicẽ vel alr partes cõsentiãt ordinationi iudicis.

iudex non posset iniustis ptibus facere aliquã ꝓpositionẽ. Dicit Ab. ꝙ hic est vna glo. quã multi nõ habent. per quã glo. tractatur an mors ciuilis ⁊ naturalis equparantur. Et dicit ipse ꝙ videtur concludendũ ꝙ vbicũꝗ mors ciuilis operatur eũdez effectuz quẽ mors naturalis. Mors ciuilis equiparatur naturali. ⁊ in hac materia allegat glos. in cle. ne Romani. de elec. in. c. placuit. xvi. q. i. Doct. in. l. deo nobis. C. de epi. ⁊ cleri. Bar. in. l. ea parte. §. insulã. ff. de verb. obli. Adde tu vltra Ab. glo. in. c. susceptum. de rescript. in vi. in ver. nõ morte. Et Bart. in. l. statuis. §. cornelio. ff. de iure fisci. in. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ii. in. l. intercidit. ff. de condi. ⁊ demon. in. l. gallus. §. ⁊ quid sit tantum. ff. de lib. ⁊ postu. Et potes cõcludere ꝙ mors ciuilis nũꝗ equiparatur naturali nisi quãdo hoc iure caueatur: vt sunt glo. in dicto capitulo. placuit. ⁊ in dicto capitu. susceptum. ⁊ glosa in auctenti. idẽ est C. de bo. que libe. ꝙ monachus nõ habetur pro mortuo quo ad comedendum. Nota quedam notabilia dict. Innocen. in dicto capi. nisi. Et primo ꝙ religioso licite constituitur aliqua pensio seu ꝓuisio nõ vt faciat eam suam. sed vt habeat dispensationem: ⁊ intellige permittẽte suo abbate. vel sciẽte vel non cõtradicente. Et non potest abbas ad libitum sibi auferre. Et ideo dicit Innocen. in capitulo. insinuante. qui clerici vel vouentes. ꝙ religioso potest concedi vt habeat vsumfructum pro suis necessitatib⁹ Et Joannes an. in regula non est obligatorium. cõcludit ꝙ valet statutum conditum in monasterio vt quisꝗ habeat decem in anno pro indumentis. Adde etiaz quod notat Bartho. in auctẽ. ingressi. C. de sacrosancta ecclesia. Secundo nota secundum Innocentium ꝙ religiosus habens certam dispensationez ⁊ confirmationem pape non potest priuari per abbatem suuz. quod dictum est notabile secundum Abbatem. quia tunc in illa est obedientiarius soli pape. Tu iam habuisti dictum notabile Innocen. in capi. ii. de dila. vbi dicit ꝙ si citatio prima fronte habeat iniustitiam in se. licet posset iustificari aliquo casu. tamen propter primã presumptionem iniusticie est nullius momenti Abb. hic tradit vnam singularem limitationem ꝙ illud non procedit si iudex sit vir valde circunspectus ⁊ honestus. ita ꝙ non fecisset illam citationem in casu a iure improbato per textum in hoc. c. Sed potest instari contra Ab. quia sic possem⁹ dicere ꝙ dictum Inno. non procederet cum iura dicant ꝙ pro iudice est presumendum. cap. in presentia de renunciatio. ⁊ hoc ꝙ non sit presumendum ꝙ iudex citauerit in casu a iure reprobato nec iura illa distinguuntur inter iudicem circunspectum. ⁊ non. Sed potest dici saluãdo Ab. ꝙ iura q̃ dicunt presumi ꝓ iudice loquuntur in dubio. sed i casu Innocen. non sumus in casu dubio. immo certo. tamen etiam in casu certo ꝓcedat ista limitatio per istum textum. Et adducit Ab. dictum notabile Innocẽ. in capitulo i. de cleri. pere. ꝙ si quis probat se fuisse ordinatum ad certum ordinẽ a viro multum prouido ⁊ honesto. presumenduz est ꝙ habeat alios ordines precedentes. quia non est verisimile ꝙ vir circunspectus ordinasset eum ad maiorem ordinem nisi fuisset informatus de minoribus. Et facit hoc ꝙ solẽnitas precedẽs extrinseca aliquando presumenda sit ratione probitatis persone actũ exercẽtis. ¶ Nota ꝙ licz ista ꝓnõia meum tuum suum proprie denotẽt dominium. tamen verificantur etiam largo modo in materia in qua

283

quis habet iurisdictionem seu ad = ministrationem seu aliquod ius in re. vt probatur in capitulo: pro illo rum. Et ideo non viciaretur libel = lus s̄m Abb. quia verba libelli im propiantur vt saluetur. Allegat te = xtum cum glosa in. c. constitutus. d̄ religiosis domibus. Et tu adde te = xtum. & Ab. in capi. series. de testi. Abb. in. c. ex literis. de pigno. in. c. olim inter. in. c. pisanis. de testi. spo li. in capitu. bone. ij. de postu. prela. Bartho. in. l. sed si possessori. §. itē si iurauero. ff. de iureiuran. in. l. si olei. C. locati. Et de istis pronomi = nibus tu habes bonam glosam in cap. j. in ver. terram. de postu. pre = la. in cap. quo iure. viij. distinc. s̄m Ab. Et tu adde Bartho. in. l. qui = tus. §. argento. ff. de au. & argen. le = ga. & q̄ ipse notat in rubrica. ff. de ope. noui nuncia. Et nota ex eo = dem textu vnum ad quod alibi non fuit allegatus q̄ appellatione di = strictionis ecclesiastice venit excōi catio. Abb. hic format vnam que = stionem. nūquid canonicus promo tus ante etatē legitimā ad sacros ordines habeat vocem in capitulo Cōcludit q̄ sic. quia principaliter ista potestas descendit ex canonia vt in dicto capit. licet. accidentali = ter canonicus repellatur si non est in sacris. vt in clementi. vt hij qui d̄ etate & qualita. licet glosa teneat contrarium in clemen. gn̄alē. de e = ta. & qualita. Secus esset dicendū vbi actus procederet ex ordie. q̄z tunc paria sunt vt q̄s nō sit ordiat⁹ ad ordinē requisitū. aut q̄ sit p̄mo = tus an̄ tp̄s. glo. notabi. in. c. ei cui. eo. tit. in. vj. & sic intelligit glosa in hoc casu in dicto clemen. generalē. Sed aduerte q̄ glosa in dicto. c. ei cui. de illo videtur loqui qui fuit p̄ motus absq̄ aliqua dispensatione. ex q̄ in ferē s̄m Ab. q̄ b̄nficiū cura = tū nō pōt ꝯferri exn̄ti in sacris si ē ante tp̄s promotus: & multo forti⁹

ex hoc viciaretur impetratio. Que ro mandatur prouideri alicui de cō petenti beneficio an potest p̄uideri de canonicatu ecclesie cathedral. etiam si prebenda non vacet. textū do tibi notabilem in dicto capitulo pro illorū. & sic illud dicitur compe tens beneficiū habito respectu ad quod consequitur de presenti. & q̄d consecuturus est in p̄cessu tempo = ris. Quero priuilegium est conces = sum persone seu collegio an vnica contrauentione perdatur. Et re = spōdeo q̄ sic. text. habes notabi. in dicto. c. pro illorū. etiā si fuisset cō cessum in rebus ecclesie. Sec⁹ vbi priuilegiū esset concessum loco pio seu ecclesie. quia tunc req̄rit spa = cium. xl. annorū. dictū est sing. In = no. in. c. accedentib⁹. de priui. & ibi Inno. notabilr̄ loquit̄ de statuto & consuetudine que sunt fauorabil: & ecclesie. Sed querit de statuto vel consuetudine que sunt fauora = bilia personis. Et cōclude q̄ si col legialiter illi qui fecerunt statutum contraueniunt directe. immediate tollitur constitutio saltem vt illam allegare non possint in preiudiciū alterius. Joan. an. in cap. ad audi = entiam. de cleri. non resi. Secus si aliquis de vniuersitate fecisset con tra statutum alijs scientibus & non contradicentibus secundum Abb. Sed quid in consuetudine Ab. hic dat vnum intellectum ad glosam singularem in. l. nemo. §. tempora = les. ff. de regula iuris. vult enim q̄ illa procedat quādo aliquis de po pulo facit aliquid contra consuetu dinem alijs scientibus & non ꝯtra = dicentibus. Sed req̄rit tn̄ tp̄s q̄n = tum fuit requisitum ad introducen dum consuetudinem. sed vbi popu lus collegialiter de directo & scien ter fecisset actum contra consuetu = dinē tollitur ꝯsuetudo sicut consti = tutio. ne sit maioris roboris cōsue = tudo q̄ constitutio. Quero an ep̄s

pellatiõe ecclesiarum prouincie veniant ecclesie exempte que sunt in prouincia. Et respondeo q sic. glosam habes notabilez que est prima in dicto capitulo. pro illorū. quod limita vt non procedat quando diceretur in aliqua ecclesiarum tuarum. quia ecclesia exempta non potest dici sua. adde glosam in clemē. frequens. de exces. prela. ter. in. capit. grauem. de offi. or. Tu scis dispositionē. c. quis. de prebē. in. vj. vbi in beneficijs fit stricta interpretatio. tñ habes casuz mirabilem in dicto. c. pro illorū. in quo fit larga interpretatio. Nam si mandat prouideri in aliqua ecclesiarum suarū veniunt ecclesie alterius diocesis que tamē sunt in prouincia ſm Innocen. maxime si est illa clausula cōtradictores compescendo. Sed Abbas intelligit textum. quando est illa clausula. secus si non est. qz solum intelligitur de ecclesijs imediate subiectis per text. in dicto. c. quis. Quero de virtute istius clausule contradictores compescēdo. ꝛ rñdeo q datur iurisdictio non solum inter partes. sed etiam contra extraneos contradicentes de facto. Secus si contradicerent de iure. glosam habes in dicto capitulo. in ver. contradictores. quam multi libri non habent. ꝛ sic ista clausula comprehendit etiam extraneos.

Sed quero quanto tempore durat potestas data per istam clausulaz. Et respondeo q si est facta executio ꝛ aliq̄diu ille pacifice possedit. non pōt se vlteri⁹ intromittere ſm Abbatem qui allegat Joan. an. in cap. q̄renti. de verbo. signifi. secus si incontinenti missus molestaretur. Et nota singulariter q si aliquis ē deputatus ad nudum ministerium apposita illa clausula. potest in executionis actu exercere iurisdictionem quam non posset exercere sine illa clausula secundū Joannē an. ꝛ Ab. ¶ Sed quero quid de viribus illius clausule. ponas in possessionem ꝛ inductum defendas. quāto tempore duret. Dicas vtē. q si aliq̄diu pacifice possedit expirat potestas ne preiudicetur potestati ordinarie secundum Jo. an. ꝛ Ab. Nota q hic tractatur per glosaz ꝛ doct. de executore dato ad faciēdū prouidere an ipse possit prouidere. Et glosa concludit q non. quod tamen non procedit quando mandatum diceret q faceret assignari secundum Innocentium. Nam primo casu illa verba sonant in ius. idō ius est conferendum per alium. Sz in secundo casu sonant in factum: ꝛ ideo videtur sibi data potestas ꝓuidendi. ꝛ postea compellere assignari beneficiū de facto. prout declaratur hic per Ab. ¶ Quero an legatus de latere possit venire cōtra priuilegia concessa alicui ecclesie. Et respondeo q non. glosaz do tibi notabilem ĩ dicto capi. pro illorum. in ver. recepisse. ¶ Uolo tibi dare pulchram limitationem. tu habes dispositionē. c. ex parte. ȷ. de ꝟbo. signifi. q si aliquis est excōicatus pro manifesta offensa debet ꝑmo satisfacere anteq̄ȝ absoluatur. istud non procedit in spūalibus qñ quis fuit excommunicatus: quia fuit contumax in exercendo actuz spiritualem. dictuz est notabile Innocen. in dicto capitulo. pro illorum. ¶ Queritur an non beneficiatus habens sufficiens patrimoniū possit ordinari ad sacros ordines. Et respondetur q sic. textus est in capitulo. tuis. etiam si non expresse assignet sibi patrimoniū in titulū. sufficit eū habere patrimoniū ex quo congrue sustentari potest: ꝛ in materia vide glo. nota. in. c. si epūs. eo. ti. in. vj. Et nota ſm doct. q etiam ille qui fuit ordinatus ad titulū patrimonij pōt petere bñficiū ꝛ ex eo viuere. Non potest tamen petere

284

faciendo compelli superiorem. sed poterit petere gratiose. Nec obstat q patrimonium sit loco tituli quia cum seruiat ecclesie non tenetur viuere de patrimonio.cap.cum scdm.s.eo. Auertant domini episcopi quia peccant non prouidendo clericis indigētib9 de bñficiis dū pñt.nā eps debz esse bonus paterfamilias.z dispensare bñficia ecclesiastica cuicūqz put opus est. Quero an clericus teneatur soluere decimas patrimonij sui qñ fuit ordiatus ad titulū patrimonij sui. Et rñdeo q sic.glo.est.d.in dic.c.tuis:qz non debet ordinari cū preiudio ecclesie parrochialis. Sed queritur vtrum in alienatione huius patrimonij debeat interuenire solēnitas que obseruanda est in alienatione rerū ecclesie z glo.hic tenet q sic. Sed conclude ex intentione Hostien.quē videnf alij sequi.q simpliciter ordinatus potest disponere d patrimonio prout vult. secus si sit expresse ordinatus ad titulū patrimonij. Et ista questio est quotidiana.quia clerici hodie pro maiori pte ordinanf ad titulū patrimonij. Abb: limitat primo hoc nisi cōseqretur beneficiū ex quo posset viuere.qz tūc posset disponere de patrimonio prout vellet. Sed si non habet patrimonium assignatum in titulum tenet Ab.de iuris rigore q posset alienare sine cōsensu episcopi.quia satis est quando fuit pmotus habebat vñ se sustentare posset nam paupertas voluntaria non reprobaf in clericis sz necessaria fm Ab. Sed aduerte qz fateor qñ vellet dispēsare patrimoniū suuz inter paupes amore dei.q hec esset paupetas volūtaria z laudabilis. Sed qd si alienaret in malos vsus: z postea cogaf mendicare in opprobrium cleri.nō puto pcedere qd dicit Ab.q allegat etiā de aplis quoruz paupetas erat voluntaria z laudabilis z centuplum erant recepturi. Aduerte etiā qz glo.in fi. videf tenere q posset alienare suum patrimoniū.sicut posset renūciare bñficio. Sed forte argumentū glo.non pcludit qz est in ptāte supioris non admittere renunciationē. ¶ Quero de practica pferendi bñficiū absenti. Et respōdeo q ē duplex practica que colligitur ex.c.accedens Pria est ista vt dicat superior sic inuestimus talem absentem de tali beneficio per te. Secunda practica est vt inuestiatur alius p absente.hoc modo inuestimus te de tali beneficio nomine talis absentis. Et hec secunda practica videtur magis placere pape in dicto capi. accedens. Et vide quod vult Bartho.dum allegat hunc textum in.l. q mihi donatum.ff.de dona. Et in ista materia quia est pulchra volo addere quasdam breues pclusiões z sic habebif intellectus.c.si tibi.d preben.in.vj. ¶ Quaz pria sit ista si bñficium conferf absenti nulla psona media post illā collationē nihil acqrif absenti. Vñ nō potest dicere beneficium esse suum añqz acceptet.z conferens nō pōt retrocedere a collatione sua donec absens declarauerit animū suuz.dicto.c.si tibi absenti. Et adde notata per Bartho.in.l.absenti.ff.de dona. ¶ Secunda est conclusio.qñ collatio fuit facta aliqua psona mediāte que non habebat mandatū.sed tāqz negociorum gestore: z tunc non acquiritur absenti.quia requiritur animus.nam negociorū gestor nō acquirit dominium absenti.nisi a tēpore quo habuit ratū.vt notaf i.l. si ego.ff.de nego.gest. Et vide singu.glo.in cap.qz sit.in ver.petere. de elec.in.vj. quam perpetuo memorie cōmeda. sine media psona habebat mandatū gñale nō sufficit in beneficialibus z spiritualibus. Ex quo singulariter infertur

ꝙ coniuncta persona nō potest ac ceptare beneficiū vt statim acq̄ra tur coniuncto. quia coniunctio san guinis non supplet speciales defe ctus mandati. l. patri. ff. de mino.

¶ Quarta est conclusio. si procura tor habebat speciale mandatū sta tim acquiritur absenti siue absens inuestiatur per procuratorem siue procurator nomine absentis. vt in * dicto ca. accedens. quod intellige fm doct. siue sit deputatus ad acce ptandum certum beneficiū siue in certum. quia satis apparet de inten tione domini constituētis. quod est notabile ꝛ quotidianū. Et no. fm doc. ꝙ etiam ille qui recipit inuesti turam pro absente potest esse laic⁹ quod est notabile. quia laico presen ti nihil acquiritur. sed transit istud ius spirituale in dominum sicut aq̄ per canale lapideum. Et nota ex glosa in hoc. c. iuncto textu ꝙ ma trimonium spirituale etiam large sumptum potest per procuratorem fieri. ex quo infert Ab. ꝙ professio maxime ex causa potest fieri per ꝓ curatorē. Et probat etiā illa glo. ꝙ largo mō potest dici matrimoniū inter clericum ꝛ beneficium. Pro hoc bonus textus. xxi. q. ii. in. c. si cut. Text. cum glo. in. c. ne pro de fectu. ꝟ elec. Et no. fi. glo. fm Ab. ꝙ dominum vel possessio non acq̄ ritur per negociorum gestorem.

¶ Nota ꝙ q̄s potest licite renūcia re bñficiū suū vt alteri prouideat. vt in cap. dilecto dñō renunciatō nis actum non deducat in pactum. sed illā resignationē liberaliter ꝛ pu re faciat. Et adde glo. in. c. ordina tiones. i. q. i Si autem deduceret in pactum in renunciationis actu illa renunciatio esset simoniaca. glo. est notabilis in dicto cap. dilecto. de quo etiam per glo. in cap. ex parte. de offi. deleg. Nota etiam illum te xtum vt scias allegare ꝙ legatus non potest dispensare contra conci lium. Et idem dicit Abb. in consti tutione solius pape. nisi in casibus in quibus potest episcopus. qui e tiam textus ponit bonam practicā ad probandum quasi possessionem iuris canonicalis. ¶ Quero vtrū conuictus super nullitate tituli be neficialis cōpellatur restituere om nia que tenuit occasione illius bñfi cij. hoc tractatur in dicto. c. dilecto Et cōclude sic ꝙ possessor bone fi dei iure sibi assistente non tenetur ad restitutionem. Secus si ius resi stit vt in regula. qui contra de reg. iur. in. vi. de quo per Bartholū in l. sed ꝛ si. §. scire. ff. de peti. here. Et dum Bartholus ibi loquitur ꝙ error iuris non inducit fructuū restitutionem, intellige prout di ctum est. Et sic nota ꝙ in beneficia libus bone fidei possessor non tene tur ad restitionē fructuum. sicut nec in temporalibus. de quo in ca pitulo. grauis. de restitu. spol.

¶ Quero an exemptus citatus co ram episcopo ꝛ non excipiens sibi preiudicet. Et conclude ꝙ non vt voluit Joannes an. in regula. scien ti in mercu. cum expresse non potu isset prorogare iurisdictionem sine licētia pape. capitulo. cum tempo re. de arbi. secundum Abbatem. Tu scis ꝙ prelatus potest compel lere subditum ad ostendendum de titulo suo. c. ordinarij. de offi. ordi. in. vi. Hoc limita notabiliter non pro cedere quando superior diu tolle rasset subditum in beneficio. licet posset in se assumere onus proban di defectum tituli secūdū Abba. ꝛ vide glosam hic. ¶ Quero an sta tentes possint reuocare statuta stā tee cōfirmatione superioris. ¶ Et respondeo ꝙ sic. quando concer nunt fauorem statuentium. glosam habes notabilem cum textu in dic. capitulo. dilecto. in ver. clausula. Quod tamē limita singulariter ni si superior in confirmatione apponat

285

clausulam decreti irritantis. vt ibi declaratur per docto. ¶ Et adde Bartolum in.l.omnium.C. de testa.in.l.omnes populi.ff.de iusti.et iur. ¶ Tu scis q absolutio lata pro vno prodest alteri.l.denunciasse.ff. de adul. Sed quid de cōdemnatione.dicas secus.glos.habes notabilem que est finalis in dicto. c. dilecto. ¶ Si tu vis scire an statuētes possint venire contra statuta iurata vide per docto.hic. ¶ Et dicit Abbas q est materia difficilis. z dicit accipe cautelam ad perpetuationem statuti.q singuli iurent contenta in statuto: non habita mentione de statuto. Et quod iurent etiam q collegialiter non contrauenient. subsistente tamen causa postmodum concernente fauorem publicum possunt contrauenire.glos.est notabil in.c.in his.xi.distin. Adde tu Bar. in.l.omnes populi.in.ij.q. principali.ff.de iusti.z.iure. Bal. in.l.clari.C.de fidecommis. Et doct.in clemen.j.de regula. ¶ Si tu vis scire que requirantur vt ex vna prebenda fiant plures: vide tex.in.c. vacāte.ex quo habes limitationem ad.c. maioribus.hoc eodem titu. ¶ Et nota q glos.in. c. dilectus tractat illam materiam nunquid in rescripto debeat inspici tempus date. an tempus presentationis. de quo hic per Abba.de quo etiam in.c.eā te. de rescrip.in clemen.si.de rescrip.i c.ei cui.de prebend.in.vj.in.c. si eo tempore.de rescrip.in.vj. ¶ Et nota vnum notabile dictum Joannis andree. ¶ Papa motu proprio mādat prouideri Titio de beneficio curato vacaturo.qui quidem Titius non habet etatem legitimam tēpore date. sed eam habet tempore vacationis. beneficiū debetur sibi illud beneficium curatum: quia motus proprius excludit surreptionem capitu.si motu proprio. de preben. in.vj. ¶ Ergo satis est vt sit in etate tempore vacationis beneficij: z sic.capitulo. si eo tempore. de rescript.in.vj.non procedit in literis cōcessis motu proprio.quod est singulare. Et adde in materia textus in capitulo.constitutis.de rescrip. in capitu.si is cui.de preben.in.vj. in capi.si super gratia.de offi.dele. in.vj. Et ista iura loquuntur de rescriptis impetratis ad beneficia.

Sed quantum ad rescripta impetrata ad lites.habes textum in capitulo fina.de rescript.in capitulo. super eo.ij.de appella. Abb in capiulo.vt debitus.de appel.in capi. quia frustra.de vsu.in.c.gratum.in c.licet.de offi.delega. z in omnibus istis locis habetur q diuersis respectibus possit considerari rescriptū Et in materia beneficiali habes bonum textum cum glo.in cap.si soli. in.c.si capitulo.de concessi. prebē. in.vj. Et quia glo.hic querit vtrum iudice impetrato existente excommunicato tempore date valeat rescritpum. Si tempore receptionis non est excommunicatus. Et quia glosa concludit q non valet: quia debet attendi tempus date. Accipe has breues conclusiones et intentione doctorum. ¶ Quarum prima sit ista. si erat notorie excommunicatus nō valet scriptum: z sic loquatur glosa. ¶ Secunda est cōclusio.si erat occulte excommunicatus z impetrans scienter illum impetrauit nō valet rescriptum: z hoc est dictum Joannis andree. quod secundum Abbatem. est perpetuo memorie commendandum. ¶ Tertia est conclusio generalis. que colligitur ex hoc dicto Joan.an.q gesta per iudicē excommunicatū occulte non tenēt in fauorē litigantis scienter coram illo vel saltem gesta debent retractari. ¶ Quarta ē conclusio.si occultus excōicatus cōfert tibi scienti beneficium. non tenet collatio: vel retractari debet.

quod est singulare pro limitatione l.barbatius.ff.de offi.preto. Quinta est cõclusio.si impetrans ignorabat illum excommunicatuz valet rescriptum.ex quo reperitur absolut⁹ tempore receptionis. Nota glo.in ver.conferendam.quia opponit cõtra tex.Nam gestum contra legem mortuam non tenet.ergo forti⁹ non debet tenere gestum cõtra legẽ animatam. Ab.dicit ꝙ hoc contrariuz non bene solutur.⁊ adducit Bart. in.l. amplius.ff.rẽ ra.ha.Et limita dictum Bar.vt procedat in inferiore.secus in principe.Et adducit notata per Inno.in.c.fi.de accusa.qui dicit ꝙ quemadmodum alienatio ẽ nulla attemptata contra legẽ mortuam.ita si est attemptata contra preceptum pape.allegat etiam Inno. in.c.reynaldus.de testa.tex.in.c.veritatis.in fi.de dolo ⁊ contu. Et gl. in.c.si eo tempore.de elec.in.vj.Et postea concludit sic.ꝙ si papa directe mandat collatori ne cõferat certum beneficium. collatio non tenet in contrarium attempta. Sed si papa mandat ꝙ collator debeat cõferre beneficium Titio:⁊ conferat sẽpronio.collatio tenet.si alias mãdatarius habebat potestatem conferẽdi.secus si non habebat.quia debet seruari forma mandati.pro quo bona glo.in clemẽ.j. de iure patrona. in ver.inhibentes. Et in hoc casu loquitur tex.in hoc.c.dilectus. ⁊ tenet tunc illa collatio non ex potestate delegata sed ordinaria.Adde tu etiam in materia Bar.in.l.si libertus.ff.de iure patro. ¶ Nota ꝙ cõcilium lateranense cum multa prouidentia prohibuit ꝙ eadem persona non haberet plures dignitates: ⁊ plures ecclesias curatas. vt est tex.famosus.in.c.de multa. ¶ Notetis domini mei:quia sepe in partibus istis reprehendi quosdã qui volentes disputare disputant de certo.⁊ ex hoc inde nullus fructus sequitur.per tex.in di.c.de multa.vbi dicitur ꝙ non debet edi constitutio que non producit fructum. Sunt eñ inuente disputationes: vt dubia in iure clarescant per exercitium ⁊ multiplicationem magistroruz.quia qđ a pluribus queritur facilius inuenitur.c.fi.xx.distin.Et ideo papa deridet sepe consulentem de re nõ dubia.c.cum in iure.de elec. c. cum in iure.đ offi.delega.c.rursus.q̃ cleri. vel vouen.vidi enim quosdam ponere cõclusiones pro quibus est casus in terminis in iure clar⁹ ⁊ apertus.Et đ tali materia nulla est altercatio inter doctores.⁊ volunt ꝙ argumentantes opponant contra decisionem iurisconsultoruz. Et nota ꝙ iste tex. non procedit in habente beneficium non curatuz.si acceptat curatum.nõ vacat ipso facto primũ ⁊ hoc a contrario sensu litere.⁊ hoc dictum est communius licet aliqui voluerint contrarium.secundũ Ab. de quo per eum in.c.fi.de cleri. non residen. Nota tex.in dic.c.in ver.libere. Et adde ad Ab.glo. notabilem in cle.dudum. in ver.libere. de sepul.cum aliis allegatis alibi. Cõmenda memorie vnum dictum doctorum hic.ꝙ si dispensatur cuz aliquo vt possit obtinere duas dignitates intelligitur in diuersis ecclesiis non eadem.quia cuz sit odiosius habere in eadem ecclesia q̃ȝ in diuersis:ideo ista gratia tanq̃ȝ odiosa debet restrigi:quod est notabile. Studeatis domini mei quia persone literate equiparantur nobilibus ⁊ ecclesia honorat personas literatas. nõ solũ verbo sȝ etiã facto vt in subueniendo eis pingui⁹ de redditib⁹ eccl'ie pre aliis. Et ratio est quia scientia nõ solũ prodest habenti sed ẽt toti vniuersali ecclesie.c.cum ex eo. de elec.in.vj. Et ideo dicit imperator in auctenti. habita.C.ne fili.pro pa.ꝙ mundus sine literatis regi nõ posset.Et per hoc concluditur com

286

muniter q religiosus de licētia sui prelati potest promoueri ad officium docendi. in .c e pe. de magist. Et ita secundum Abba. tenent docto. sed solum parum intelligentes tenent contrarium. Et si aliquis adduceret in contrarium textum. in .c. monachus. xvi. q. i. vbi dicit q monachus debet habere officium plangentis non docentis. Respondeas sic: quia eo q est religiosus non habet officium docentis. sed si eligitur ad illud bene docere potest. Et vide Grac. in §. superiori. xvi. q. i. Et si opponeres sic. sicut apud deū nō est exceptio personarum. ita non debet esse apud papam: q debeat dispensare cum literatis. & nō cū aliis Respondeas q illud procedit quādo circa equalia seruetur inequalitas: sed literate persone non sunt equales aliis rationibus predictis: merito si seruetur inequalitas nō ē ibi exceptio personarum. Et nota secundum beatum Tho. Jo. an. et Ab. q dispensatio nō debet fieri propter bonum priuatum. sed publicū. al's non dicitur dispensatio: sed dissipatio. Et si dispensatur cum literatis vbi vertitur bonum publicum per rationes predictas. & istud etiā procedit quantum ad papam secundum Ab. quia quantū ad deum nō est tutus ille cum quo dispensauit in pluralitate beneficiorum si ibi non vertitur bonum publicum: quia nō debet papa sine cā violare ius publicum fundatum super publico bono. Et propter hoc Abb. reprobat dcm̄ Inno. in .c. cum ad monasterium. de sta. mona. qui voluit q papa possit ex sola vountate dispensare cōtra ius positiuū. Sed si hoc ē verum ergo non erit differentia inter ius diuinum naturale & positiuum: & ideo videtur q hoc generalit non sit verū nisi in materia pluralitatis bñficiorū: vel simili: q2 in hoc vertitur qdam rō naturalis. de quo dixi ī libello de potestate pape. Sed forte posset dici q si papa dispensat ꝯ ius positiuū sine causa q tenet act⁹ quo ad ecclesiam militantē. sed nō quo ad deum. Sed si dispensat contra ius diuinum sine causa. q nullo modo teneat. ¶ Et scias pro intellectu istius .c. de multa. q reperitur extrauagās. Jo. xxii. q̄ incipit Execrabilis. vbi cauetur q recipiens secundum tenetur illico de iure: & de facto resignare primum in manib⁹ ordinarii sub testimonio publico. & si nō fecerit ipso facto est priuatus vtroq3 & efficitur ineligibilis ad beneficia ecclesiastica & ordines. Et vide glo. in cle. si plures. eo. titulo. Et nota secundum glo. q iste text. non habet locum in episcopo. nā pmotus ad ecclesiam cathedralem non pdit priora beneficia nisi postq̄ est consecratus: vel est lapsum tēpus consecrationis. Fallit etiam si calore iracundie quis recipit secundum: sed statim penituit secundum doct. Et tu allega tex. in .l. quicq̄d. ff. de re iudi. Fallit etiam in illo qui fecit expensas de suo patrimonio ī primo beneficio. non eī̄ cogitur dimittere ante refectionē expensarū. quod est notabile. & sic etiam in beneficiis habet locum retentio p expensis: & quosdam alios casus vide hic per docto. Et pro declaratione & limitatione istius tex. vide quedā iura noua. c. si tibi concesso. c. cū q̄. de preben. in .vi. c. cum singula. eo. ti. cle. i. de sup. neg. prela. cle. i. ꝺ of fi. vica. Et conclude q regulariter potest pacificā possessionē secundi vacat primū. Nota glo. in ver. prouentibus. q nō debent capi fructus beneficii pro debito ipsi⁹ beneficiati. Et dicit Ab. q hoc pendet ab illa questione an clericus faciat fructus suos. de quo late per eum in .c. cum esses. de testa. & de iure tenet q non. Sed an valeat consuetudo remittit ad Joan. an. in regula. ne-

mo potest. Et nota glo. in fine a cõtrario sensu: vt scias allegare: q possessor bone fidei in beneficio nõ tenetur ad restitutionem fructuum. Nota glos. in ver. in eadem ecclesia. que est multum notabilis: et teneeam. licet glos. in clemen. j. de vita et honesta. clericorum. videatur tenere contrarium. Nota glo. super ver. sedem apostolicam. q solus papa dispẽsat in pluribus curatis. licet alii qui voluerint q etiam hodie episcopi possũt dispensare in curatis qñ dispensatio fieret propter necessitatem vel vtilitatem ecclesie. Sed solum reseruatur illa que fit propter prerogatiuam persone. licet secundum Hostien. curia seruat contrarium. q indistincte solus papa dispenset. Et Abb dicit q de iure tenet hanc opinionem, quia iste tex. nõ loquitur hoc casu. ¶ Et tex. mẽtionẽ facit de dignitate: personatu: et officio: queritur an inter ista sit differẽtia. Dicit Ab. q ex varietate locorum insurrexerunt hec diuersa vocabula. nam in multis locis dignitas appellatur personatus: et in aliquibus quodlibet beneficium curatum dicitur psonatus. Ideo in istis debet magis attendi substantia rei q̃ denominatio. tamen cõclusio cõmunis est: vt is dicat habere dignitatem: qui habet iurisdictionem. de quo hic per Inno. et Ab. ¶ Et nota vnum dictum notabile Inno. sm Ab. q si in loco reputatur dignitas seu personatus: licet in iure non habeatur. pro tali tamen debet censeri secundum reputationem loci. et sic habet locum tex. iste. ¶ Sed queritur vtrum iste tex. habeat locũ in acceptante vicariatum episcopi. et cõmuniter concluditur q nõ. qz oportet q dignitas sit perpetua. Sed vicarius potest remoueri de facili vt est glo. in cle. et si principal. de rescrip. Et ibi est glos. q talis vicariatus ẽ dignitas. Et si tu velles scire quando dicatur beneficium curatum. et dicas siue habeat curam in foro cõtentioso: siue penitentiali. De quo plene per Innoc. in c. dudum. j. de de elec. et ibi est tex. Nec omittas glo. singularem in cle. dudum. de sepul. que vult q proprie quis dicat habere curam quando astringit ad ministrandum sacramenta ecclesiastica et alij tenentur ad eũ ire. et hoc dicitur propter mendicantes q̃ non dicuntur habere curã. licet possint audire confessiones et predicare. et quidam semel voluit scire quid est cura. Et dicas q ideo dicitur cura quia cor vrit scilicet reddendo eum solicitum in administratione sacramentorum. ¶ Quid diceres de isto casu in loco non reperiũtur ydonei an beneficia debeant conferri non ydoneis. et tex. a contrario videtur probare q sic. in. c. graue. Sed concludе sic ex intentione Hosti. et Abba. q si tanta est indignitas: q sibi non põt prouideri sine peccato: vel graui aliorum scandalo: et tunc non debent conferri beneficia indignis. Sed si vnus solus reperitur ydoneus in loco illi soli sunt potius conferenda plura beneficia. secus si nõ est tanta indignitas vt quia patitur solum defectum in scientia. in alijs tamen est bonus clericus. Sed docto. non tangũt quid si omnes in loco essent indigni tali indignitate q non posset prouideri eis sine peccato secundum ea que notat Jo. an. in c. adeo. de rescrip. tunc dicerem: q beneficia deberent conferri extraneis bonis. Et vide pulchrum tex. in. c. null⁹ inuitis. lxj. dist. Nota q cõcilium prouinciale debet fieri ãnuatim vt in dic. c. graue. Et idem in synodo episcopali. c. sicut. de accusa. sed istud male seruat. ¶ Querit vtrum prelato suspenso a collatione bñficiorum succedat capitulũ et respondeo q non. vt probat dictum. c. graue. Et adde tex. in. c. j. de supplen.

287

da negligen.prela.in.vi. Queritur etiam vtrum appellatione persone vere comprehēdatur persona ficta & representata. Et respondet Ab. q̄ non in materia penali: vt probat in dic.c. graue.nam ibi primo prouidet contra prelatos. & postea cōtra capitula. Et Ab.adducit tex. q̄ nō probat. Sed tu allega tex.in auctē. Item quecunque communitas vel persona.C.de epis.& cleri.in.l. metum. §.animaduertendum.ff. quod me. cau. ¶ Quero vtrum papa possit puniri per concilium generale. Et respondetur q̄ non.argu.tex.in dic.c. graue.vbi patet q̄ metropolitanus non potest puniri per concilium.ergo nec etiam papa.& ratio est: quia est caput concilij. ¶ Quero statutū episcopi vnius ciuitatis fulminat excommunicationem contra intrantes monasteria monialium. vnus forensis intrauit an poterit ille forēsis absolui a suo episcopo. Et respōdeo q̄ sic.argu.c.nuper. de senten. excommu.quia non debet esse maioris potentie q̄ excommunicatio lata per constitutionem pape. Quia doc.in.hoc.c.graue.mentionem faciunt de concilijs. Et de cōcilio generali cui preest papa.in isto qui debeant interesse. Dicit Ab.q̄ in hoc non reperitur iure cautum nec glo. & docto.hoc tangunt. Sed vide gl. in.c.fi.de his que fiunt a prela. sed in concilio prouinciali debent interesse omnes episcopi prouincie.xviij. dist.p totū. Sed an capitula cathedraliū ecclesiarū debeant interesse Dicit Innocen.q̄ non debet de necessitate vocari.nisi specialiter eorum intersit.dicit Abb. q̄ est text. in contrarium in.c.fi.de his que fiunt a prela. Et tertium concilium episcopi q̄ appellatur synodus. et in isto debent interesse omnes clerici dyocesis.xviij.dist.decernimus. No.non valet consuetudo q̄ p̄soni etiā ecclesiastici vendicent sibi redditus ecclesie exigua portione. rectori reseruata. c.extirpāde. Et nota illum tex.q̄ ad tenuitatem beneficiorum sequitur necessario assumptio & promotio imperitorum. Et ideo dicit Ab.q̄ esset multum cauēdum ne ecclesie parrochiales edificentur sine dote sufficienti.vt detur facultas clericis vacandi studio.

Et aduertant domini sacerdotes: in eis scientia requiritur de iure diuino.& ideo dixit deus per prophetam. Quia repulisti scientiaz. & ego repellam te ne sacerdotio fungaris mihi. Osee.iiij.c.nisi cum pridem.de renun. Nota glo.in ver. sufficiens. q̄ redditus beneficij debent esse sufficientes nedum clerico: sed etiam suis.& intellige de suis qui necessario trahunt moram cuz clerico. Et vide tex.in.c.studeat.l.dist.cum sua glo.notabili. ¶ Tu scis q̄ habens ecclesiam curatam debet seruire personaliter:nec potest constituere vicariū:quia videtur electa industria persone.c.fi.de offi.dele. Hoc limitatur notabiliter in casu.c.extirpande.§.qui viro.nisi eccl'ia parrochialis sit annexa dignitati:vel prebende:quo casu debet ibi constitui perpetuus vicarius. Nota tamen q̄ valet cōsuetudo q̄ rector curatus possit dimittere vicarium in ecclesia ex causa & ad modicuz tempus. De quo per Ab.hic.& per Jo. an.in.c. cuz ex eo.de elec.in.vj.& ibi est tex. in hac materia. Ex p̄dictis sequit̄ q̄ quis potest habere dignitatem: & ecclesiam parrochialem: quando vna venit accessoria ad aliam. Ex quo etiam sequitur q̄ habēs prebēdam & ecclesiam parrochialem illi annexam debet deseruire in ipsa prebenda:& sic in ecclesia maiori. ¶ Tu habes glosam notabilem in capitu.non potest.in.vj.de preben. que dicit q̄ habens duo beneficia incompatibilia ex dispensatione potest deseruire cui vult per se: vel per

vicarium vtriusque. per hoc habes pulchram limitationem ad illam glo. quod procedat quando beneficia sunt equalia: secus si vnum sit digni⁹ reliquo. ar. istius tex. Si tu scire qualiter constituatur iste vicarius perpetuus: vide glo. hic in ver. perpetuū.
* Cōmenda memorie ēt dic. §. qui vero. quod cessante fraude potest ex prouentibus vnius beneficij aliud constitui. Et nota istam practicā quod vbi est vnum altare multum pingue vel ecclesia multum abundans poterit superior ex certis redditibus cōstituere aliud beneficiū. vel pro sacerdote: vel pro clerico. Et dixi cessante fraude. quia episcopus vt in tex. isto faciebat vt prouideret alicui consanguineo. et ideo constituebat sibi pensionem pro beneficio. Sed q̄ritur an valeat consuetudo: quod rector curatus possit deseruire per vicarium. et aliqui tenent quod non: per tex. in c. licet canon. ad fi. de elec. in. vi.

Sed quantum ad ecclesias parrochiales et ad alia beneficia cōcludit sic Ab. quod quis tenetur deseruire ecclesie parrochiali per seipsum nisi cōsuetudo rationabilis habeat vt possit seruire per vicarium. Exempli gratia. canonic⁹ ecclesie cathedralis habet ecclesiam parrochialem in titulum. et est necessarius ecclesie cathedrali pro consilijs et alijs: nec potest sustentari ex prebenda. hec enim est causa satis rationabilis vt concurrente consuetudine possit tenere vtrunque et illi seruire per vicarium. Secus vbi nulla ratio concurrat vt quia solum vagandi causa nō vult deseruire. Et si ē beneficiū simplex et indiget seruitore nō valet cōsuetudo quod saltem non seruiat per vicarium: quia ista consuetudo eēt multum onerosa ecclesie. Si vero ecclesia non patitur defectū in ministris tunc valet consuetudo quod possit recipere fructus in absentia etiam nō seruiēdo per vicariū. ita dicit Abb. ex intentione aliorum doctorū. Et adde quod Ab. in suo consilio. lxvij consuluit quod valet consuetudo quod canonici non resideant nec deseruiant per vicarium. Sed vide que dicta sunt in rubrica de cle. non resi. Nota vnam singularem doctrinam Inno. in dic. §. qui vero. que semper allegatur: quod vbi pena apponitur negatiue non committitur nisi precedat monitio. sec⁹ si affirmatiue: vt in casu. c. si quis suadente. xvij. q. iiij.
Sed contra istam theoricam. Ab. insurgit adducens glo. notabilem in. l. j. C. de his quibus vt indig. quā sequitur Bar. in. l. in cognitione. ff. ad sile. Et concludit Ab. quod in casu istius. §. qui vero. non requiratur monitio aliqua. et quod pena ibi posita in versi. alioquin, concernat primum et secundum casum. et quia obstant iura posita in titulo. de cleri. non resi. Respondet Ab. quia procedunt in beneficijs simplicibus. Secundo quando nobis est ignotum vtrū ex causa nō resideat. et isto casu saluat theoricam Inno. Secus vbi ex cōiecturis indubitanter apparet quod sine causa non resideat. ¶ Et tu vide pulchrū tex. in. c. excōmunicamus. §. moueantur. de heret. et videtur quod magis communiter docto. approbent dictum Inno. Et nota quia appellatur vicari⁹ et nō rector quia cura saltem habitu pertinet ad rectorem principalem. et ad istum vicarium ptinet solum exercitiū. de quo in cle. vna. de offi. vica. per glo. in. c. exposuisti. hoc eo. ti. ¶ Queritur quando fit presentatio episcopo ratione cure possit examinare clericum sibi presentatum per collatorem beneficij: quia aditur solum episcop⁹ ratione cure populi sibi subiecti. Et concludit Ab. quod respectu cure animarum poterit illum examinare: quia periculosum est in experto committere curam animarum. quia cum episcopus teneatur reddere rationem

288

de cura.c.in lateranensi.eo.ti.ergo episcopus potest eum examinare. Et nota secundum Hosti.quod illi dicuntur noti clerici qui sunt oriundi de illo loco. Et Ab.in hoc.c.tractat quando aliquid dicatur fieri nominatim. Et tu adde quod habetur in.l. forma. ff.de censi.in.l.si quis in fundi.per glo.et docto.ff.de lega.j.in.l.si rex. ff.de rei vendi. Bar.in.l.demonstratio falsa.ff.de condi.et demon. glo. in.l.hac consultissima.C.qui testa. fa.poss.tex.in.l.j.in fi.ff.de do. prelega. Bar.in.l.libellorum.ff.de accu.in.l.ij.ff.de verbo.signi.in.l.j.§. libelli.ff.de appella.in.l.cum pater. §.vicos.ff.de lega.ij.tex.in.l.certum. ff.si certum peta.in.l.nominatim. ff.de condi.et demon. ¶ Nota glo. in c.licet.quod priuilegium non preiudicat consuetudini loci.nisi de consuetudine fiat mentio. Tu scis quod in beneficijs curatis habet locum dispositio.c.cum ex eo.de elec.in.vj. Sed quid in ecclesijs collegiatis: an teneatur ille qui abest causa studij dimittere vnum. Et Ab.dicit quod non.quia defectus absentis potest suppleri per alios. Sed dubitatur quid in beneficijs distinctis cum ibi non sit qui suppleat defectum absentis. Ab.noluit decidere:sed relinquit cogitandum. Sed videtur quod tex.in dic.c.cum ex eo.loquatur de beneficijs habentibus curam animarum. sed propter identitatem rationis possumus dicere idem.ne ecclesia patiatur defectum. ¶ Volo tibi dicere vnum modum argumentandi redditus canonicorum: vt annectantur prebendis eorum capelle seu ecclesie parrochiales.tex.est in.c.exposuisti. Intellige tamen quod propter talem vnionem non debet alterari status ecclesie vnite.sed debet in tali ecclesia more solito deseruiri. Et ideo non est annectenda ecclesia preben. de quando redditus non sufficerent canonico et vicario.quia primo subueniendum est seruitio illius ecclesie.deinde necessitati canonici. Et si non reperientur tales ecclesie sufficientes debet episcopus subuenire de redditibus suis. quod est notabile:pro quo facit.c.concesso.ca. quatuor.xij.q.ij.sed hoc non debet placere episcopis. Possunt etiam secundum docto.augmentari preben. de hoc modo quod episcopus consentiente capitulo constituat pensionem ex redditibus ecclesie habundantis persoluendam singulari canonico. Et etiam hoc modo poterit prouideri alijs dignitatibus seu rectoribus multum indigentibus secundum Ab.c.j.de rebus eccle.non aliena.in.vj. Et nota secundum docto.quod quando capella est annexa prebende si portio certa datur canonico tunc vendicatio rerum capelle et cura pertinet ad presbiterum. Si vero certa portio datur presbitero tunc vendicatio rerum et iurium capelle pertinet ad canonicum et cura in habitu. sed in actu pertinet ad presbiterum. ¶ Si autem statuitur solum pensio tunc canonicus nihil habet agere in capella. ¶ Tu iam habuisti quod si ecclesia habeat feudum a laico: censetur: vt laicus.c.solite.de maioritate:et obedientia.c.verum.c.ex transmissa.de foro competenti.hoc ideo est: quia dominium directum remanet apud infeudantem. ¶ Secus est quando res laici ex toto confertur ecclesie:quia talis res ex toto assumit naturam rerum ecclesiasticarum. vt probatur in.c.dilectus filius.et ideo talis res non debet amplius subijci oneribus laicorum: pro quo etiam gloss.in.c.j.de iure patrona. in.vj.in ver.semestre. ¶ Queritur vtrum papa possit conferre ecclesiam in qua laicus habet ius patronatus. Et communiter concluditur quod sic in.c.dilectus.per docto.licet gloss. ibi tenet contrarium:quod tamen intellige secundum glo.sing.in cle.ij.de p

be. l. ✠. aplicis q oportet q fiat mẽtio d iure patronatus laici. al's tñ q surreptitia non valet concessio. quod est notabile. Accipe vnam limitationem ad. c. interposita. de appella. vbi habetur q petens remitti ad iudicem a quo debet condemnari in expensis. nam ibi loquitur quando fuit appellatum friuole. et antequam de viribus appellationis constaret. secus quando iuste appellans petit reuocari grauamẽ seu petit remitti ad iudicem a quo ita dicunt doct. in dicto capit. dilectus filius. Et nota ex eodem tex. q iudex datus per literas nullas potest pronunciare se non iudicem Quia saltem in illo articulo est iudex et potest condemnare impetrãtem in expensis. tertius est notabilis secundum Abba. in clemẽ. j. de rescrip. Adde tu quod habetur in c. dispendia. de rescrip. in. vj. Bar. in. l. properãdum. §. illo. C. de iudi. in. l. nouerit. C. vt intra certũ tempus. Et probat etiã iste tex. q executor ad beneficia potest assumere partes iudicis in causa et pronũciare se non esse executorẽ. ¶ Si dubitatur. an de iure cõi prebenda requiret residentiã. et dicas q sic. c. super inordinata. et c. extirpanda. §. qui vero. Nota q in dicto capi. super. dicitur q pueri non sunt idonei ad beneficia cõsequenda. hinc sumpta occasione Abb. hic tractauit late de etate requisita ad quemlibet circa beneficium. dicas vt hic per eum. Sed solum volo dicere hoc q si est aliquod beneficium sine cura. si sonat in nomen rectorie vt quia est ecclesia vel capella per se stans: et habens clericum ad sui regimen. tunc ad minus requirit tempus. xiiij. annorũ. Pro hoc videtur casus sm Ab. in. c. indecorũ de etate et qualitate. licet glosa ibi aliter intelligat. sed si non sonat in nomẽ rectorie. sed est beneficiũ in ecclesia: vt i canonicatu ecclesie cathedralis. tunc requiritur etas. xiiij annorũ. quia hic requiritur maturitas concilij. et licet glo. teneat cõtrarium in. c. si eo tempore. de rescrip. in. vj. tamen tu tene istam opinionẽ secundũ Ab. que est Hosti. Archi. et Calde. Sed salua glo. quãdo nõ requiritur maturitas concilij. exempli gratia. in prebendis clericalibus Nam in multis ecclesijs sunt beneficia pro clericis minoribus: qui tamen non sunt de collegio: sed simpliciter beneficiati. Et ponderat Abbas istum tex. contra glo. in ver. pueri. ¶ Nota text. in. c. cum causam. qui allegatur q non licet vnum altare discooperire vt aliud cooperiatur. Adde Bal. in. ti. de pace cõstan. in ver. ãplius. q hoc nõ est boni principis facere. ¶ Quero an legatus cardinalis possit cõferre beneficia deuoluta ad sedem apostolicam. Et respõdeo q sic. vt probat tex. in. c. venerabilis. glo. in. c. j. de offi. lega. in. vj. in clemen. si de beneficio. de preben. ¶ Queritur vtrum valeat statutum: vel consuetudo: q ignobiles non admittantur in canonicos. vt est in multis locis alemanie. Et respondeo q non: per text. in dic. c. venerabiles. quia apud deum non est acceptio personarum. c. nouit. de iudi. Et nota ex eodẽ tex. et glo. q omnes indifferẽter sunt vocandi ad regimen ecclesiarũ. dũmodo sint sufficientis scientie. et honeste vite. ¶ Nota glo. in ver. eminẽtis. quia ex ea potes colligere tres qualitates scientie. ¶ Et adde notata per Innocentium in. c. cum in cunctis. de elec. Et nota q sufficiens scientia dicitur illa per quam sciat agere et gubernare officium sibi commissum. Et peccat clericus qui defectum patitur scientie. si inopia non excludit eum a studio literarum. de quo per Ab. hic qui allegat Inno. in dic. c. cũ in cunctis. No. q

aliud est prouidere in ecclesia . alid de ecclesia.tex.est notabilis in.c.fi. et glo. notabilis in cle.j.eo.ti.in ℣. incerta.que allegat istum textuz. q textus etiam probat q cum mandatur prouideri de beneficio.intelligitur de simplici. Et adde text. notabilem in.c.cum in illis.eo.tit.in.vj. Et scias q tex.in dic.c.fi. est singularis in alio.q sententia excommunicationis lata a delegato pape vltra comprehensa in rescripto est ipso iure nulla. Sed sententia excommunicationis lata a delegato cōtra intentionem delegantis bene tenet secundum docto.licet aliqui voluerint contrarium per istum tex.tamē intellige tex.vt dixi. Exempli gratia:intentio delegantis est q non feratur sententia excommunicatiōis: sine monitione. Et tamen si feratur a delegato tenet. Inno.in.c. illud. de cleri.excom.minis. et per Abba. hic. Sed queritur si mandatur prouideri in ecclesia de beneficio et in illa ecclesia sūt prebende et alia beneficia minora:nunquid poterit puideri de prebenda. Doctores communiter tenent q non . quod limita duobus modi. Primo quando ibi non essent nisi prebēde ne mādatuz videatur frustratorium . sed ista nō videtur mihi limitatio postq̄ nō sūt alia beneficia nisi prebende. Secūdo limita nisi sit dictum q prouideatur de beneficio competenti. et competens beneficium intelligitur secūdum qualitatem persone . Unde si meretur canonicatuz poterit prouideri.licet ibi sint alia bñficia. text. habes singularem in.c.pro illoruz. hoc eo.titu. Nota glo . j.in fine. cui adde glo.in.c.accepimus.de eta. et qualita. ¶ Ultimo tu vides q pupilli habēt tutores.scias q si tutor non collocauit pecuniam pupilli vt aliquam vtilitatem afferat tenetur ad interesse. Textum habes notabilem et ibi Barto in.l.tutor qui repertorium.§.si post.ff.de administr. tu.et singulariter per Barto.in.l. diuus.ff.ad legem falci.

¶ De prebendis in. vj.


Dictio aliq̄ non includit minora expressis:sed maiora quādo fit prolatio in materia que tantū congruit maioribus.et nō minorib⁹ glo.est in.c.j.in ver.alios. ¶ In materia restringibili appellatiōe dignitatis non comprehenditur episcopatus.glos.singularis in.c. licet.in ver.dignitatum.secundum Abb.in c.venerabilis.de prebē.in.c.solite. de maio.et obedi.in.c.cum nostris. de conces.prebende.in.c.cum vintonensis.de elec. ¶ Iste tex. allegat semper q beneficia vacantia in curia alius q̄ papa conferre non pōt dum tamen conferat infra mensē vt in.c.sequenti. ¶ An iste tex.habeat locum in beneficiis spectātibus ad presentationem laicorum.glo.in.℣. collatio.tenet q sic:que glo.etiā pbat q appellatione prouisionis venit īstitutio que fit per presentationem. ¶ Uerbum moderandi respicit diminutionem non augmentum. glo.est in.c.statutum felicis.in ver. moderandum . Idem est dicere in curia:quod apud sedem apostolicā glo.est in ver.curia. Quando lex requirit actum fieri per seipsos nō potest fieri p aliū. probat tex. cum.glo. in dic.c.statutum.in ver.per seipsos Ubi ↄstitutio vno respectu est odio et alo respectu est fauorabilis.et cōstat de mēte statuētis q statuit in fauorē dicim⁹ illā fauorabilē.glo.est in di.c.in ℣.numerādū. Dictio stat exclusiue.glos.est in dic.ver. in fi.et adde Bar.in.l.a caligato.C. de nuptiis.vbi dicit q si iudex statuit terminum.viij.dierū ab hodierna die dies hodiernus non computatur. Existens extra suam diocesim pōt conferre beneficia.glo. est in dic.c. in ver.remotis . ¶ In cathedrali-

bus ecclesiis non solet per stilū curie exprimi nomē sancti in literis. ideo essent surreptitie. glosa est in c. quia propter. in ver. extendit. et vide p Ab. in cap. sacrosancta de elec. Et nota quod iste textus allegatur semper quod litere ad beneficia stricte intelligūtur. In conferendo beneficia est liberalitas in cui dando. glo. in dict. capitulo. quamuis. in ver. pēsione. ¶ Licet ratio legis non multum vrgeat tamen illa sequenda est. glosa est in dicto capi. in ver. vberiorem. ¶ Prioratus est generale verbum tam ad prioratum secularem quam ad regularē. glosa est in c. cum de beneficio. in ver. prioratu. ¶ Attenditur conditio persone que erat tempore impetrationis rescripti. glosa est in dicto. c. in ver. seculari. ¶ Cōsuetudo potest inducere quod quis in ecclesia habeat dignitatem et canonicatum. glosa. fi. in capi. super eo. ¶ Quatuor requirūtur in promouēdo scientia/etas/mores/et ordo. gl. in cap. si pro clericis. in ver. aliis. Quod nō debeamus recedere a decretalibus nisi in casibus expressis in contrarium est glosa in dicto capi. in ver. prouidere. Tempora in quibus conferri debent ordiēs numerat. glosa in dicto cap. in ver. a iure. ¶ Prebenda vacans dicitur vacatura. glosa est in cap. si postquam. in ver. postmodum. ¶ Quod attendatur ordo scripture est textus iuncta glosa in capi. mandato. in ver. ordinem. que allegat multa iura. ¶ Quis dicatur negligens committitur iudicis arbitrio. glo. in. c. si clericus. in ver. negligenter. ¶ Casus in quibus secundus īpetrans pfertur primo expectanti ponit glo. in cap. quia sepe. in ver. annexa. ¶ Regula qui prior etc. habet locum quorum causa est par. secus si dispar. glo. in. c. hi qui in ver. antea. ¶ Iura antiqua arctātia ad expressionem certarum qualitatū faciendam in lrīs beneficialibus. hñt locum etiam in impetrationibus dispensationis super beneficiis retinendis. glosa est notabilis in capi. non potest. in ver. modicum. Licet sit dispensatum cum aliquo vt possit retinere duo bñficia curata. tamen non intelligit dispensatum vt non teneatur residere. Debet tamē residere vel i vna vel in altera. glosa est notabilis in dicto. c. non potest in ver. retinere. sm Ab. in cap. quia intiñ de preben. in. c. extirpande. §. quia vero. in lectura et in repeti. eo. tit. et in concilio. xcix. ¶ Modum argumentandi a seqla absurditatis colligit glo. in. c. dudum. in ver. absurdum. ¶ In quibus literis debeat fieri mentio beneficiorum glosa est in. c. si apostolice. in §. preferri. ¶ Licet proprius motus aliter probetur tñ si non continetur in literis expresse sunt litere surreptitie. glosa est in capi. si proprio motu. que est fi. ¶ In ecclesia parrochiali promotus artatur ad ordiēs si habet exercitium cure. licet non habeat possessionem fructuum. glosa est in capi. si tibi cōcesso. in ver. vacare. ¶ Possessor non debet remoueri a possessione sine cause cognitione. text. est notabi. iuncta glosa in ver. vocato. in cap. licet episcopus. ¶ Appellatione beneficiorum non comprehenditur vicaria temporalis. glosa est notabilis in. c. si pauper clericus. in glo. fi. quod est notabile pro impetrantibus bñficia. vt non teneant de hoc facere mentionem in literis. ¶ Qualitas succedens duo subiecta que esset proportionabilis vtriqz refertur tantū ad proximum subiectum. quando si referetur ad alterum surgeret iurium correctio. glosa est notabilis in c. cū singula. in §. prioratib⁹. Glo. in ver. absqz. colligit argu. quod in curatis solus papa dispensat. ¶ Licet constitutio noua non liget infra du

290

os menses a tempore publicatio-
nis. Istud est verum nisi prinno de-
tur scientia. vnde si statim quando
fit publicatio detur scientia. statim
incipit ligare. glo. in cap. cum sin-
gula. in ver. peruenerit. Et nota q
vbi constitutio emanat super mate-
ria que nō est semper in vsu. sed cō-
tigit p interualla nō sufficit talē le
gē eē semel publicatā vt popul9 nō
excusetur ab ignorantia. sed debet
occurrente casu ad hoīm memoriā
reduci. ita declarant aliqui in cap.
vbi periculuz. in fi. de elec. in. vi. p
illum textum. facit etiam glo. fi. in
capi. j. de loca. Si monachus vult
transire ad strictiorem regulam suf
ficit requirere licentiam abbatis
etiam si non obtineatur. Si ad la-
xiorem z sine causa z sine causa so-
lus papa dispēsat. glo. est in dic. c.
in ver. canonice. ad quā vide Ab.
oīno. in. c. non est. de regu. ¶ Si tu
vis scire iura q delinquens non de-
bet esse melioris ꝯditiōis. vide glo
sam in cap. eum qui. in ver. existat.
¶ Si tu vis etiā scire de triplici spe
cie timoris seruilis / inicialis / z fi-
lialis. vide glosam in dic. c. eū qui.
in ver. formidine. ¶ Si papa man
dat simpliciter prouideri de benefi
cio. poterit prouideri de beneficio
requirente sacrum ordinem. glo.
in capi. cuz in illis verb. prouideri.
¶ In alienatione z alijs tractati-
bus nō sunt vocandi absentes. glo-
sa in capit. cum in ecclesijs. in ver.
commode. quam multū notat Ab.
in. c. coram. de elect. ¶ Iura etiaz
exorbitantia facientia mentionem
de domicilio originis. verificantur
etiam in habente domicilium rōne
continue more. quando ratio legis
ita concludit ad vnū sicut ad reli-
quum. glo. nota. in. c. pñti. in ver. o-
riginis. ¶ Iura que dicunt q gra-
tia pape expirat ipō mortuo. idē si
ipse renunciet. glo. in. c. si cui. in ꝟ.
moriatur. ¶ Ubi requiritur certa
stantibus deprehendat an testimonium sit suspectum. ponamus enim quod filia multū affectet illud matrimonium. ¶ Nota casum in quo minori currit prescriptio. nam si puella non contradixit post duodecimum annum non auditur postea reclamans cōtra matrimonium vt in capitulo. insuper. et est speciale. quia al's multa matrimonia legitima legitima dissoluerentur. ¶ Et propter questum repellitur accusans matrimonium. capitulo significante.

¶ Nota textum qui semper allegatur quod existens in ciuitate presumitur illa scire que palam fiunt in ciuitate in cap. cum in tua. Istud tamen fallit in casibus de quibus ibi. et quia textus ibi loquitur de bānis intelligitur de denunciationibus. que fiunt tempore contrahendi matrimonij continentibus. quod quicūque scit impedimentū debet denunciare infra certum tempus. Nota tamen dictum notabile Innocē. quod edicta possunt poni sine prefixiōe temporis certi: et tunc debet comparere statim cum potest cum temperamēto tamen quia non compellitur illico currere. Nota etiam notabile dictum Innocen. quod ista edicta generabilia sunt ponenda quando nescitur quis specialiter sit citādus. al's autem citatio non debet esse generalis per edicta sed specialis. Nota etiam dictum singulare Inno. quod pueri doli capaces admittūtur ad denunciandum delictum alterius iuxta formam euangelij. Nota glo. penulti. in fi. dum loquitur de iuramento. Intellige tamen glo. secundum Abb. quod secundum qualitatē presumptiōnis iudex arbitrabitur an sit iuramentum sufficiens. Nota singulariter glo. fi. in fi. quia facit ad questionem de scholare volēte recedere et prefigitur terminus volentibus agere an post terminum audientur ista glosa facit quod sic si res est integra. Et adde quod notat glos. in l. j. C. vt nemo inuitus. Et Barto. in. l. Titia. ff. de accusa. et intellige glo. hic quando sententia non fuit lata: sed iudex simpliciter prefixit terminum. Si autem iudex tulisset sententiam imponens silentium omnibus non debet quis audiri etiam re integra nisi per viam appellationis. de quo hic per docto. ¶ Ultimo volo tibi allegare vnum dictum singulare Bartho. dicitur quod pena crescit per inficiationem. l. contra negantem. C. ad leg. aquil. hoc est verum nisi pena sit apposita ipso iure. Ita singulariter dicit Bartho. in. l. id quod. §. j. ff. de pecul. lega. Et textus in. l. palā. §. que in adulterio. in versi. ego puto. ff. de ritu nup. vult notabiliter quod vbi pena imponitur ipso iure non potest augeri vel minui.

De rescriptis.

Si queritur quid sit rescriptū Dicas quod accipiendo stricte rescriptum dicitur id quod scribit princeps ad iuris obseruātiam. vt quādo committit causam decidendam inter aliquos. potest tamē sumi generaliter et largo modo: et tūc comprehendit priuilegium et beneficiū principis: et alia rescripta que emanant ad iuris obseruantiam. et ita accipitur in hoc titu. nam sub rub. de rescrip. tractatur de priuilegijs de literis beneficialibus et literis ad lites. Priuilegium est cum papa rescribit aliquid contra ius. Et dicitur priuilegium. quasi priuata lex non communis. iij. distinctione priuilegia. Beneficium vero est nomen generale. sed stricte sumitur pro gratia concessa a principe preter ius. et tale beneficium debet latissime interpretari. l. beneficium. ff. de cōsti. prin. et ibi per Bartholum. ¶ Et nota vnā regulā in materia

rescriptorũ: vt speciale deroget generali prius impetrato: licet de eo non faciat mentionem.c.j. hoc eo. ti. Et quia in ista materia est altercatio. ideo pro concordia dicit Abbas sic. q̃ si per priuilegium generale est acquisitum ius in re in qualibet specie contenta sub genere: et tunc speciale non derogat generali ne in specie derogetur iuri quesito in re. Exemplum quando papa cõcedit omnes decimas alterius parrochie. Sed si per priuilegium generale non est acquisitum ius in re in qualibet specie: sed ad rem: et tũc derogatur generali per speciale vt in isto tex. Et ita procedit quod voluit Hostien. nam in exemplo posito in tex. non est quesitum ius in re. sed facultas appellandi in futuruz et sic valet tunc secundum speciale: quia derogat tantum preiudicium. Et in materia adde glo. in regula. generi. de reg. iur. in. vj. xxv. q. ij. in sum. Et nota ex dicto Hosti. q priuilegium concessum ad limites iuris debet intelligi q aliquid concedat vltra ius. vt in exemplo posito in text. et sequitur Abb. Et tangitur hic p doctores an valeat rescriptum contra ius si non facit mentionem de iure. de quo per glo. in. c. j. de consti. in. vj. per Bar. in. l. fi. C. si contra ius. per doc. in. c. nonnulli. infra eo. Adde Bart. in extrauagan. ad reprimendum. in ver. non obstãtibus. Bal. in. l. eam quam. C. de fideicom. in. l. fi. C. sententiam rescin. non pos. in. l. causas. C. de transact. Et nota vnum secundum Ab. q valet rescriptum cum clausula appellatione remota: licet non faciat mẽtionem de iure. quia ius est notissimum: et q2 solet apponi de consuetudine. Et circa materiam tactam in glo. fi. dicas vt hic p Ab. post alios ¶ Nota q in rescripto emanato ad instantiam partis semp subintelligitur clausula si sit ita. id est si vera narrantur in rescripto. Text. est qui sẽper allegatur in. c. ij. Ex quo sequitur q si opponatur q non sint vera onus probandi incumbit impetranti secunduz docto. qui tex. etiã probat q vbi rescriptum principis deuiat ab omni ratione et communi stillo curie: debet ille impetrans tã q̃ de falsitate suspectus de cuz illo rescripto remitti ad principem. Et in tali casu dicunt doctores q commissarius nõ debet obedire. sed debet expectare secundam iussionem. Et nota ex eodem text. de dictione precise: quia idez importat qđ absolute: et sine cause cognitione. Et si ista dictio ponitur in statuto habet vim clausule derogatorie ad aliud statutum contrarium. vt non valeat secundum contrarium: nisi fiat mentio de primo. Ex quo in statuto dicitur q id quod ibi dicitur sit preciuz dictum est notabibile Jaco. de arena. in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iure. quod refert Abb. Et tu adde Bal. notabiliter in. l. ij. C. de execu. rei iudi. in. l. clari. C. de fideicom. in. l. filiusfamilias. §. si. ff. de procu. Nota glo. j. in. fi. quia quotidie allegat de natura copulatiue et disiunctiue. ¶ Nota in materia has regulas. q secundum rescriptum facienes mentionem de primo tollit primuz: sec9 si non facit mentionem. tex. est in. c. ceterum. Alia est regula. q si impetratur rescriptuz cum consensu partium: non valet aliud impetratum p alteram par tantum. nisi fiat mentio đ rescripto et de communi consensu vt ibi. Ex quo sequitur q non solum ẽ facienda mentio de rescripto. sed de qualibet notabili clausula eius. secundum Abbs. de quo etiam in. c. inter monasteriuz. de re iudi. Et nota etiam in hac materia q secundũ rescriptum non faciens mentionem de primo non est ipso iure nullum: sed venit annullanduz ope exceptionis vt notant docto. in dict. c. cete-

rum. Et facias vnam conclusionem generalem in hac materia rescriptorum: quod in rescriptis impetratis ad lites surreptio non viciat ipso iure. sed est opus exceptione. Limita tamen hoc per text. singula. in. c. si eo tempore. de rescrip. in. vi. vbi dicitur quod si rescriptum continet plures gratias: surreptio circa vnam non viciat alias: quod est multum notabile secundum Ab. Adde tu An. de bu. in. c. exhibita. de iudi. ad fi. qui allegat hunc tex. et an si instrumentum est falsum in parte: presumatur falsum in totum. Bar. in. l. si ex falsis. ad finem. C. de transac. in. l. quintus. ff. de au. et argen. lega. Inno. i. c. fraternitatis. de here. et quod notat Ab. in consili. lxv. vbi dicit quod nullitas laudi in vno capitulo non habet viciare alia capitula. et vide glo. notabilem in. c. si ad scripturas. ix. dist. que allegat bona iura. Sed dubitatur vtrum ad euacuandum secundum rescriptum sufficiat excipere de surreptione. licet non appelletur ob exceptionem reiectam per iudicem. Et conclude quod vbi tractatur de preualiditate plurium rescriptorum sufficit quod primus impetrans compareat coram secundis iudicibus: et excipiat de primo rescripto. et petat arbitros eligi: et sic erit tutus si protestetur quod non intendit comparere coram eis: sed procederet secundum. c. pastoralis. hoc eo. ti. Et si tu vis scire an secundum faciens mentionem de primo tollat ipso facto primum. dicas vt hic per Ab. post alios. Solet dubitari an iudex delegatus debeat deputari ad instantiam vtriusque partis. Et conclude si vtraque pars est presens coram superiore non debet dari ad instantiam alterius. l. obseruandum. ff. de iudi. Si autem altera pars est absens de stillo curie est vt detur ad instantiam vnius cum facultate recusandi ex causa rationabili. et si petit presens apponi aliquam clausulam in preiudicium alterius absentis de stillo curie est. vt si aduersarius dicatur esse in curia fiat citatio saltem per edictum generale. Si autem vtraque pars est presens: sed non concordant in iudice: communis stillus est vt quelibet pars eligat vnum: et curia tertium. Et vide glo. in dic. l. obseruandum. Materia alternatiue ponitur in. c. inter ceteras. vbi habetur quod ex disiunctiue narratis sufficit alterum probare Et adde Bar. in. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de re. dubiis. Et de dictione seu. vide tex. et Barto. in. l. si quis ita. ff. de au. et argen. lega. et ibi est text. multum notabilis quod dictio seu. est ampliatiua. et quia vbi duo mandantur sufficit alterum adimpleri. Queritur quando pena ponitur alternatiue per legem vel statutum cuius erit optio. de quo per glo. i. c. sicut. de iudeis. i. c. a crapula. de vi. et ho. cle. i. c. fraternitatis. xxxiiii. dis. que volunt quod optio detur iudici. de quo per legistas in. l. quicunque. C. de ser. fugi. et per Bar. in. l. i. ff. de effractori. Et nota quia Ab. in casu quando verba sunt impersonaliter prolata vel aliter dubitatur tenet contra Bar. qui voluit quod electio sit rei. ipse autem dicit quod sit iudicis. Mouetur quia iura canonica communiter loquuntur impersonaliter. et tamen datur optio iudici secundum illas glo. Et adducit tex. i. c. quoniam. in fi. vt lite non contest. in. c. querenti. de verbo. signi. Et nota quod Ab. alle. Bar. in. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. quod iudex non possit exequi in bonis post lapsum terminum Sed dicas tu quod Bart. dicit contrarium ibi: et ita consuluit. Et idem vult Paulus de castro. in. l. quamuis. ff. solu. matri. et per Bal. in. l. commissorie. C. de pac. inter empt. et vendi. Et facit quod voluit Bart. in. l. stichus. in prin. ff. de pecul. lega. vbi dicit quod si aliquis fuit condemnatus in mille. et si non solueret amputere-

tur sibi pes: aliquis soluit pro eo et ille non vult restituere dicens q melius erat pro eo q sibi amputaretur pes non debet audiri. & sic est casus notabilis in quo quis soluens pro alio inuito repetit actione negociorum gestorum. Et adde alium per glo. singularem in. l. prouidendum. lxxxiij. distinct. de medico curante inuitum. & alium per Jo. and. in. c. cum laicus. de foro compet. in. vj. in nouella. Et alium per glos. singularem in. l. sed & iulianus. §. quod dicitur. ff. ad macedo. quando aliquis mutuat pecuniam filio existenti in studio contra voluntatem patris repetit. & si verba diriguntur in reum passiue vt patiatur istam penam: vel illam: electio non est rei secundum Ab. qui allegat tex. iunct. glo. in dic. c. sicut. de iudeis. ¶ Nota tex. in. c. si quando. q officialis: vel ali9 cui princeps p literas suas aliquid mandat. potest non parere & rescribere principi: & expectare secundam iussionem: quia quandoq princeps vel propter nimiam importunitatem: vel propter surreptionem: vel nimiam occupationem concedit non concedenda. Et etiam si princeps mandaret sub pena excommunicationis ipso facto si nō paruerit: q si timetur maximum scandalū vel aliter dubitatur de mente principis licite potest mandatarius nō exequi & rescribere principi: quia hoc facit auctoritate legis. vt i hoc c. pro hoc. notabile dictum Innoc. in. c. inquisitioni. de senten. excom. ¶ Et nota vnum pro fundamento q papa non habet potestatem peccandi. c. j. xl. distinct. ¶ Nota glo. in ver. rationabilem. in dicto. c. si quando. ¶ Tu debes scire q dicitur in. l. non omnium. ff. de legi. q non omnium que scripta sunt potest reddi ratio. Intellige illud in his que dependent a voluntate legislatoris, vt de vsucapione triennij.

¶ Sed de his que consistunt in ingenio vel ratione naturali bene potest reddi ratio. ¶ Et nota vnum pulchrum dictum superior in spectantibus ad officium suum potest precipere subdito suo licet non exprimat causam precepti. dictum est notabile Inno. in. c. ad aures. de tempo. ordi. vbi dicit: q vani capitis est existimare superiorem non posse precipere sine expressione cause. ¶ Nota q isti fratres cisterciē. ordinis sunt priuilegiati: vt non teneantur respondere nisi in rescripto fiat mentio de eorum ordine. tex. ē in. c. cū ordinē. §. q̄tū ad alios religiosos sufficit ꝯstare ꝯ cui9 monasterij religiosos fiat impetratio. p locū a speciali in dic. c. ¶ Nota glo. fi. ex qua collige q priuilegiatus citatus contra priuilegium suum tenetur venire ad allegandum priuilegium suum: alias tenet sententia contra eum lata. Et conclude sic: q vbicunq est notorium citatum non teneri ad comparendum non potest contra eum iudex procedere vt contra contumacem: pro quo tex. notabilis cum gl. in. l. non videtur latitare. ff. de iudi. in cle. pastoralis. §. pisana. de re iudi. glos. in. c. veniens. de accusa. Barto. in. l. ij. ff. si quis in ius voca. non ierit. ¶ Sed vbi notorie nō constat absentem non teneri ad comparendum: procedit ista glo. vt sententia teneat contra priuilegiatū non comparentem.

¶ Et ideo si episcopus citat istos fratres mendicantes qui notorie sunt exempti: ipsi non tenentur comparere ad allegandum suum priuilegij. ¶ Et in casu quo tenet sententia contra priuilegiatum non comparentem intellige de sententia contumatie punitiua. Sed super principali non valeret sententia: etiam si esset casus in quo posset procedere lite non contestata. quia esset sententia lata a iudice

362

non suo nisi prius pronūciasset se iudicem competentem. qr illa pronunciatio facit eum iudicem auctoritate iuris: licet non esset. de quo per Bart. in dic. l. ij. ¶ Tu debes scire q mandatum in se non importat necessitatem. vt in ti. mandati. Dicas q hoc non procedit vbi mandatum sit a superiore simpliciter peccat qs non obediendo sine causa rationabili. c. si quando & per Ab. in. c. eam te. eo. ti. Nota vnum fundamentum in materia rescriptorum. q in considera nda vi rescripti & in coniecturando surreptionem ipsius debem⁹ attendere datā rescripti. vt in dic. c. eam te. Ea enim que accidunt post datam non alterant rescriptū. facit tex. in. c. si eo tempore. de rescrip. in vj. Et vt bene intelligas tex. in dic. c. eam te. quia ponit pulchrum casum: & habet varios intellectus. dicas secundū Inno. notabilier quē sequit Ab. q ibi fuit scriptū capitulo tanq̄ gerenti vices ipsius episcopi: quia non erat episcopus cui posset scribi. Unde licet capitulum nō succedat episcopo in cōferendo beneficia tamen succedit in iurisdictionalibus. & ideo si mandato non executo creatur episcopus. tenetur episcopus ipse adimplere: & si capitulum contulisset non cōtulisset auctoritate propria. sed tanq̄ gerens in hac auctoritate vices episcopi. sed creato episcopo cessat ista potestas extraordinaria. & debet hoc episcopus adimplere: etiā si nō fuisset episcopus creatus de capitulo tempore date. Et licz tex. hoc dicat tamē narratur factum. Et hoc singularit nota qñ scribitur gerenti ptātem alterius videtur scriptū tāq̄ gerenti vices illius. licet quo ad illud nō gerat vices illius. Et quia glo. penul. hic tangit an debeat semper attendi data literarum: an tempus presentationis. Adde Abbatem in. c. j. supra. eodem. Sed latius in. c. dilectus. ij. de preben. Tangit etiam an copia rescripti debeat exhiberi cum die: & consule hodie cum nomine pape. adde notata per Ab. in. c. j. de proba. Et nota in hoc. c. eam te. vnum dictum Inno. quod reputat Ab. singulare q quando mādatur capitulo id quod consistit in iure non videtur mandatum singulis immo singuli singulariter nō possūt illud exequi. vt si mādatur q eligāt vel quid simile. Sec⁹ si mādatur. c. aliqnid consistens in facto: quia tūc quilibet pōt & debet adimplere mādatum: vt papa collata prebenda alicui mandat illum recipi in canonicuz: quia hec nuda receptio facti non exposcit actum collegialem. idō si collegium non vult simul facere quilibet de collegio tenetur facere quod est singulariter notandū quo ad omnes vniuersitates quibus aliquid mandatur per superiorem. Et adde tu Inno. in. c. bone. ij. de post. prela. Et nota q in. c. ad aures. tractatur per doc. per illū tex. pulchra materia an debeant exprimi qualitates beneficij impetrandi. Et concludc q omnes qualitates notabiles debent exprimi. vt est cura animarum. residentia si requirit residētiam. Item si illud beneficiuz sit dignitas. vt est tex. notabilis in di. c. ad aures. oportet etam q fiat mentio de valore beneficij. Et nota secūdum Ab. q debet dici q non excedit valorem tante quantitatis quia periculosuz est q se astringat ad certum valorem. & onus probandi incumbit impetrāti. & Abb. remittit se ad dicta in. c. fi. de presump.

¶ Et nota q idem est dicendum in beneficio concesso motu proprio: quia illa clausula non operatur circa qualitates intrinsecas beneficij. & ideo si papa confert beneficium proprio motu curatum: nec fit mentio de cura: non valet gratia. non propter surreptionem: sed quia

non apparet de volūtate principis nec operatur etiam quo ad preiudicium tertii. vt quando papa confert beneficium proprio motu quod est de iure patronatus. et adde glo. in cle. si Roman. de pbē. Dubitatur etiam si impetro secundum debeat facere mentionem de qualitatibus primi. et glo. in cle. j. de preben. tenet q nō: sed sufficit facere mentionem in genere. Calde. quem sequtur Ab. tenet contrarium. de redditibus debet fieri mentio de stillo curie. licet de iure hoc non reperitur secundum Ab. pro quo ponderat text. in dict. c. ad aures. Nota tamen q si impetro dispensationem vt mihi liceat tenere primum cum secundo. non valet dispēsatio nisi fiat expressio qualitatum. Exempli gratia habens preposituram impetrat vt possit habere aliud personatum et simul tenere cum prepositura. si non facit mentionem q prepositura sit curata si est nō valet dispensatio: quia duo erant impedimenta. in primo dignitas: et cura: sublato vno impedimento remanet reliquum secundum docto. Et nota q Abb. hic allegat tex. singularem in. c. per venerabilē. qui filii sint legiti. vbi dispēsatio extenditur de maiori ad minus. quia illud procedit in dispēsatiōe nō odiosa: vt puta q non legitimus promoueatur ad sacros. Secus si est odiosa. vt super pluralitate beneficiorū de quo dicto multum exultat Abb. Non tradas obliuioni glo. j. in dic. c. ad aures. q quis potest impetrare pro alio literas ad beneficia sine mandato licet secus in literis ad lites. cui adde glo. in. c. nonnulli. hoc eo. ti. ¶ Tu habes vnum tex. singularem de iure ciuili in. l. falso. C. de diuer. rescrip. q rescriptū est perpetuum. i. quia durat tanto tēpore quāto durat actio super quo impetrat. Hoc limita non procedere quando data negligentia primi impetratoris impetrat secundum: quia tale rescriptum perditur: vt est tex. in. c. si autem. Et dicunt doc. q per lapsū anni presumitur negligentia. Et intellige si impetratur postea secundum contrarium. ¶ Si aliquis interrogaret te: quare litere impetrate ad lites sint odiose: cum veniant ad obseruantiam iuris. Dicas quia preiudicant ordinarie potestati. c. ad hec sumus. qui etiam tex. probat q non est credendum q litere deuiantes ab omni honestate processerint ex curia principis ex certa sciētia principis: sed potius presumende sunt false. de quo dictum est s.

Probat etiam tex. ille. q nimia generalitas viciat rescriptum. Et nota ibi glo. q. in euitandis absurditatibus. et in odiosis restringēdis verbum elegerint. exponitur q si preteritum vel futurum secundum q cōuenit subiecte materie. Pro q Ab. allegat Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iure. quando apponitur in statuto tale verbum q sit futuri temporis. Sed tu allega glo. in. c. vt animarum. in ver. commiserint. de consti. in. vj. in. c. j. de cle. non residen. in vj. in ver. receperint. Nota singulariter glo. in fi. in di. c. ad hec. q clausula ex certa scientia principis idem importat q clausula de plenitudine potestatis. Ex quo Ab. infert q vbicunque requiritur plenitudo potestatis sufficit clausula ex certa sciētia. Et de plenitudine potestatis vide glo. in. c. vbi periculum. in ver. concilio. de elec. in. vj. Et Ab. hic allegat pulchrum dictum Inno. in. c. innotuit. de elec. q papa non debet sine causa vti plenitudine potestatis Et videtur magis communiter cōcludi q sufficit q ex verbis rescripti possit appere de certa scientia principis: licet specifice illa clausula non exprimatur. licet glo. in cle. et si principalis. de rescrip. velit q nisi exprimatur ista clausula nō pre-

sumatur secundum Ab. qui allegat Inno. in c. statutum. de rescrip. in vi. quod dicit esse notandum. Adde tu etiam glo. in dic. c. statutum. i ꝟ. literarum. que voluit ꝙ talis clausula debeat exprimi. Et facit etiam ista glo. ꝙ princeps nõ possit de plenitudine potestatis causam cõmittere suspecto sine facultate recusandi. quod est singulare. Sed dicit Abb. ꝙ doctores tenent contrarium. in c. cum inter. de excep. Tamen Ab. sequitur glo. et ego allego glo. in cle. sepe. in ver. litis contestatio. de verbo. sign. que dicit ꝙ recusatio est defensio: ergo videtur ꝙ per principẽ non possit tolli. ¶ Falsa latinitas viciat rescriptum pape. text. est qui semper allegatur in c. ad audientiam. Et dicit Abb. ꝙ iste tex. procedit: etiam in literis aliorum principũ oportet tamẽ ꝙ sit manifesta: secus si dubitabilis. Item secus si possit saluari per aliquam figuram. de quibus per glo. in c. forus. de verbo. signi. Fallit etiam si falsa latinitas ĩsurgit ex modico defectu littere sm Jo. an. et Ab. per ea que habentur in c. ex parte. de fide instrumento. Et ibi fuit dictum. ¶ Tu iam habuisti ꝙ lapsus anni seu bienniũ firmat sententiam. et appellatio dicitᷣ deserta. c. personas. c. cum sit romana. de appel. aucten. ei qui. C. de tẽporibus appella. ¶ Volo tibi dare pulchram declarationem ad illa iura ꝙ procedunt in appellante ꝙ nõ possit prosequi post illum terminum sed appellatus sic. glo. habes singularem in c. ex parte. Et ratio est quia terminus datur principaliter appellanti: et non appellato. Cõclude tamen sic: ꝙ si vult appellatus incipere et finire appellationem post terminum non debet admitti. et si admittitur nõ valet processus etiã si prosequeretur cum appellatore. text. est singularis in cle. si appellationem. de appel. Sed si appellatus incipit in termino et vult prosequi et finire post terminum debet admitti. et iste est tex. singularis in c. ex parte. sm intellectum glo. Et adde notata p doc. in c. sepe. de appel. et sic habes pulchram limitationem ad iura predicta. intelligit tamen Ab. quando nõ potest imputari appellato quare suã appellationem non finiuit ĩ termino: vel non adhibuit diligentiam quam potuit. Et nota etiam aliud singulare dcm̃ sm Ab. ꝙ vbi appellatus vult prosequi post lapsum terminum admittetur etiã appellator non ex persona sua: sed ex persona appellati. quia litere sunt cõmunes argu. l. petende. C. de tempo. in integrũ resti. ¶ Volo etiam tibi tradere quasdam pulchras limitationes secundum Ab. tu iam habuisti ꝙ vbi competit remedium ordinarium. nõ recurritur ad extraordinarium. l. in cause. in pri. ff. de mino. quia illa regula procedit in remedio extraordinario contra ius. vt est restitu. in integr. Secus est in officio extraordinario secundum ius. vt quando petitur reuocato attentatorum post appellationem. licet etiam possit agi ĩterdicto. vnde vi. in isto tamen casu vtrumqꝫ remedium potest dici ordinarium. de quo per Jo. an. in c. nõ solum. de appel. in vi. et per doct. in dic. c. ex parte. Secundo limita vt non procedat quando extraordinarium pinguius prouidet ꝙ̃ ordinarium secundum Inno. et Abba. adducit tex. in c. q. iuncta glo. ꝺ in integ. resti. in vi. et quod notatur in c. tum ex literis. de in integ. resti. nam minor vel ecclesie restituuntur: licet habeant remedium appellandi. Item limita quando dubitatur an competat remedium ordinarium. nam tũc potest intentari vtrumqꝫ alternatiue. text. est notabilis in c. constitutus. de in integrũ restitu. Item limita quia ordinarium et extraordinarium possunt concurrere quando cõ

petunt cōtra diuersas personas. vt notatur in.l. vnica.C.de alie. iudi. ꝛ notatur in.c.j.eo.ti. Etvltra Ab. adde glo.nota.in.l.si.C.si aduer. rē iudi.ꝛ Bar.eleganter in.l.in prouinciali.§.j.ff.de ope.noui nuncia. Et nota etiaꝫ tex.in dic.c.ex parte. Et tenēt doc. ꝙ de literis elidibilibus per exceptionem non est necesse facere mentionem in secundis.

¶ Uolo etiaꝫ tibi tradere pulchrā limitationem. Tu habes legem si quis libellos.C.de appel.ꝙ appellans potest renunciare appellatiōi. hoc non procedit quando appellatus recipit appellationem:vel aľas interest sua ne appellatio deseratur dictum est notabile Inno.in.dic.c. ex parte. Nota etiam ꝙ tacite renūciatio inducitur ex attentatione in odium attentantis.vt est tex. nota. in di.c.ex parte.iuncto prin. cuꝫ si. non autē quatenus tendit in fauorē sui ꝛ in odium aduersarij qui vult ꝓsequi appellationem. ¶ Tu habuisti in ti.de prescrip.ꝙ si aliquis fuit impeditus ius suum prosequi probat nunc impedimentum. sed nō ꝓbat ꝙ tempore impedimenti voluit agere nō excusaꝛ. Pro hoc hēs bonum tex.in.c.sciscitatus.in ver.dūmodo. Et nota quia tex.iste.allegatur ꝙ si scribitur pluribus iudicibus cum clausula ꝙ si non omnes. ꝛc.intelligitur tam de impotentia iuris ꝗ̄ facti.quia sunt multi qui nō possunt esse iudices.vt ibi ꝛ in.l. cū pretor.ff.de iudi.iij.q.vij.§.tria. Et tangitur ibi per docto.an possit excipi contra iudicem ordinarium de impedimento. Et concluditur ꝙ nō sed contra delegatum sic: limita tamen quantum ad ordinariū nisi opponatur exceptio excōicationis ſm Abb.qui allegat Inno. in nihil de elec. Limita ēt nisi exciperē ꝯ iudicē ꝙ nō posset eē iudex ꝯ me qꝛ fuit ꝯdemnatus de crimine īfamāte. qꝛ tūc induciꝛ ꝓuatio ꝑtātis ipso fcō. tex.est notabilis iuncta glo.in.l. ij. §.miles.ff.de his qui no.infa.secūdum Ab. Nota tamen ſm doct. ꝙ contra delegatum non potest excipi de crimine sicut excipitur contra testem:ꝛ vide glo.iij.q.vij.in sūma. Et concluditur ꝙ etiam si crimina sint notoria non est licituꝫ recedere a suo prelato. exceptis casibus qui ponuntur per glo. in.c.cum non liceat.de prescrip. Et nota mirabilē glo.in.c.sacerdotes.ij.q.vij. ꝙ licitum est recedere a prelato non seruante canones.quaꝫ intelligit Ab. quando credit ecclesiam non habere potestatem condendi canones. Et nota ꝙ si impedimentū erat notum:ꝛ non fuit exceptum non tenet sententia:licet non sit oppositum si impedimentum erat naturale. vt qꝛ furiosus.secus si erat impedimentū iuris. vt quia infamis.seruꝰ vľ femina: vt magis communiter tenetur. licet contra istud vltimum Ab.insurgat. Si autem impedimentum erat occultum:ꝛ post sententiam detegitur.tangitur hic per glo.ꝛ doc. Et nota vnum pulchrum dictū ꝙ si impedimentum est notoriuꝫ in vno loco.ꝛ in alio vbi est gestus actus est occultum:sustinetur actus propter probabilē ignorantiā que erat in loco ſm magis cōmuniter doc.qđ est memorie commendandum ſm Ab. pro quo.glo.ij.in.c.ad nostrā.iij. de iureiu. Uolo etiaꝫ tibi,tradere pulchrā limitationē ad.l. barbariꝰ.ff. de offi. ꝑto.qꝛ nō procedit qñ ptes scirēt defectū:lꝫ alꝗ ignorabāt:qđ ē no.ꝑ Ab.ꝗ alle. Jo.an.ꝛ Cal. Tāgitur ēt nūꝗd ille cui est facta ꝯmissio possit se excusare rōne infamie. Inno.ꝙ nō.lꝫ.n. possit excipi cōtra eū de īfamia:tñ ipse se excusare nō pōt:ꝛ cū hoc dicto trāseūt cōiꝰ doctoꝝ ſm Ab.ꝗ alte.Bar.in cōtrariū in.l.ij.C.si seruus vľ libertus.lib.x. vbi dt ꝙ si delictum erat ab alio detectuꝫ,ꝛ tūc tenetur pādere: secꝰ si

364

non erat detectum. et quando debet detegere si non facit punitur. Nota glo. in ver. alio impedimento. quod potest excipi contra iudicem quod est illiteratus et non habet peritiam iudicandi: non requiritur tamen quod iudex sit peritissimus. cum ex defectu scientie sibi permittatur habere assessorem. c. statutum. §. assessore. de rescrip. in vi. ¶ Si tu vis scire ordinem procedendi quando super eadem causa impetrantur a diversis plura rescripta. et dubitatur de prevaliditate rescriptorum. vide tex. notabilem in. c. pastoralis. Et intelligitur tex. ille ubicunque contingit dubitatio tam super facto quam super iure. et licet ius in se sit certum. tamen quatenus ius applicatur ad intellectum humanum potest esse dubium. Et nota prout dicitur in gl. quod causa huius decisionis fuit timor vexationis partium coram diversis iudicibus et intricationis: et contrarietatis processuum. Tangitur etiam per glo. et docto. an hodie procedat decisio istius text. per tex. in. c. vt debitus. de appel. Et concludc quod si tenemus hodie quod per illud c. vt debitus standum sit presentationi non date. non haberet locum iste tex. quia esset iudex ille qui prius faceret citationem. et ita vult glos. quando dicit re integra. Sed si ponamus quod res non esset integra: vt quia processus esset inchoatus coram primis: et postea impetrarentur secunde facientes mentionem de processu primorum. sed revocatur in dubium: an secunde sint surrepticie: tunc super isto dubio potest servari iste tex. potest etiam servari si vtrique iudices concurrerent in citationem. ita quod non haberet locum preventio Nota multum glo. in ver. plures. ibi loco vnius sunt cum his que ibi dicuntur per docto. quia est dictum multum singulare. quod vbi conveniunt duo corpora ad aliquid explicandum: non sufficit habere maiorem partem personarum: sed requiritur maior pars cuiuslibet corporis: quia non potest dici quod illa corpora hoc fecerint nisi habeat maior pars vtriusque. Et ad de quod notat glos. et Joan. and. in c. j. ne sede vaca. li. vj. vbi si eps et capitulum habent aliquid agere non valet actus nisi cum episcopo concurrat maior pars capituli. Sicut non sufficit maior pars capituli sine episcopo. quia veniunt vt duo corpora separata. hoc tamen limita non procedere vbi conveniunt duo corpora in vnum vt ad illum actum faciant vnum corpus. nam tunc statur iudicio maioris partis personarum secundum Abba. qui ponit exemplum in studio Bononiensi. vbi iuriste faciunt corpus per se. et artiste per se: et quandoque in factis concernentibus studium conveniunt ambe vniversitates: nam tunc constituunt vnam vniversitatem: et non duas. et allegat notata per Barto. in. l. fi. ff. de colle. ill. ¶ Si tu vis scire casum in quo quis habet iurisdictionem in habitu non in actu. vide tex. in dict. c. pastoralis. §. quoniam. et adde tex. in. l. observare. ff. de offi. procon. Et habe vnum exemplum. prelatus ecclesie collegiate non habet de presenti collegium. sed in habitu et potentia habet iurisdictionem. Et quia iste tex. probat quod in materia rescriptorum species derogat generi. adde notata per Bar. in. l. quesitum. §. si quis fundum. ff. de fundo instruc. quem allegat Ab. Et tu adde pulchrum dictum Barto. in. l. socer. §. idem querit. ff. de do. prele. vbi dicit quod doctores fuerunt conducti ab vna communitate pro certo salario absque deductione alicuius gabelle. deinum erat aliud statutum quod massarii communis nullam pecuniam possent solvere nisi detraxerit sex denarios pro libra. quod a doctoribus debet detrahi: sed doctores habent actionem contra commune. Adde etiam quod

eleganter ponit Bartho. in.l. sed & posteriores.ff. de legi. Nota glo. in ver. eneruatur. in fi. quia est singula. scdm Abb. Uult enim q ca. vt debitus. de appella. habet locuz etiam quando concurrunt rescriptum speciale & generale. vt sit locus preuentioni. de q hic per Abb. Tu habuisti q delegatus principis potest subdelegare. c. pastoralis. de offi. delegati. Uolo tibi dare pulchram extensionem: quia nō solum potest delegare iurisdictionem quaz habet habitu & actu: sed etiam illam quam habet habitu tātum. glo. est singularis que est fina. in dicto. §. quoniā. Intellige tamen glo. quando iurisdictio competit d presenti in habitu. Si autem veniret purificanda ex actu de futuro. tunc non potest. vt in casu. c. Romana. de appella. in. vj. quia ante interpositam appellationem nō cōpetit. Et nota regulaz que ponitur in dicto §. quoniam. q non viciatur rescriptum si conueniendi includūtur sub clausula generali exprimendi postmodum per impetrantem.

¶ Uolo tibi allegare vnum textū. qui semper allegatur in. c. sedes. q genus sequens enumerationē specierum restringitur ad species expressas: & sic species precedens restringit genus sequens. Legiste habent text. in. l. fina. §. cui dulcia. ff. d vino oleoq3 lega. per que iura defenditur dictum Innocen. in. c. ex literis. de iure patro. q si dono alicui villam. & omnia iura que in eo habeo. non videor donare iura spiritualia. quia non sunt equalia expssis. quod est singulare. ¶ Uolo tibi tradere quasdam pulchras limitationes ad text. singu. c. si eo tempore. de rescrip. in. vj. ¶ Pria est. q si a negocio circa quod fuit commissa surreptio dependent alia negocia. tunc rescriptum corruit in totum per text. in dicto. c. sedes. quia text. i dic. c. si eo tpe. pcedit qn sunt negocia penit⁹ sepata. ¶ Scda est limitatio. vt procedat qn surreptio committitur in vero tacendo. sec⁹ quando committitur falsum dicendo pro hoc text. in dicto. c. sedes. in ver. mēdax precator. ¶ Tertia est limitatio. q si surreptō commissa in vno negocio fuit causa obtinēdi rescriptum super omnibus. tunc corruit in totum rescriptum. c. super. literis. hoc eo. ti. Secus si fuit causa obtinendi gratiam soluz super illo negocio. dic. c. si eo tēpore. Nota glo. ij. in fi. ab ordine litere. cui adde glo. in. c. quorundam. de elec. in. vj. Et quia Ab. limitat hoc nisi nominentur circa turpia. hoc reprobaui in repetitione. c. inter alia. de immu. ec. Nota glo. iij. ibi dum dicit. Non potest dari certa doctrina. ¶ Uolo q mandes memorie tres glo. notabiles in. c. qui ad agendū de procu. in. vj. in. c. fi. eo. titu. in. c. procurator. de elec. in. vj. Q vbicunq3 casus requirens speciale mādatum est adeo arduus q verisilr non fuerit cogitatus sub generalitate. tunc non sufficit q in procuratorio sit expressus casus requirens speciale mandatum subiecta clausula generali. quas glo. Abb. allegat ad hoc. Et de dictiōe alius. vide glo. in dicto. c. sedes. in glo. magna. cui adde glo. similem in. l. non solū. §. queritur. ff. de procu. ¶ Nota q ex sola impetratione diuersorum rescriptorum contra eundez nō insurgit an nullatio vtriusq3 rescripti. sed ex solo vsu vtriusq3 rescripti. tex. est cuz glo. j. in. c. ex tenore. & nota illā glo. quia est magistra in sua materia. & est coniungenda cum glo. in. c. j. supra eodez. Nota etiam glo. que quotidie allegatur in dic. c. ex tenore. q valent secunde litere non facientes mentionem de primis si prime sunt elidibiles per exceptionem. Et adde

glo.in.c.cū nostris.de cōces.p̄ben. in.c.suggestū.de iure pa.in.c.in nostra.hoc eo.ti.⁊ vide hic p Abb. Nota glo.fi.que est sing.q faciens citari aliquē corā diuersis iudicib⁹ q ꝓpter hoc nō debet pdere cām: sed satis est q reo excipiēte condēnetur in expensis secundi iudicij: ⁊ sic intelligitur tex.in.l.vbi ceptum ff.de iudi. Nota tū singu. limitationē.q2 si in prio iudicio fuit ɔtumax nec purgauit ɔtumaciā. nō pōt excipere corā secūdo fm Abb. qui allegat Bart. in.l.sepulcri.ff. de sepul.vio. Et tu adde Bar.i dic.l.vbi ceptū.ff.d iudi.i.l.q̄uis.d dā.infec. Et iō si missus ad curiā epalē sup aliq incidenti est in mora.iudex prime cāe potest ad vlteriora ꝓcedere. Bal.in.l.de die.§.tutor.in lectura antiqua. ff. qui satisda.cogā. Et ideo est cautela q iudex prefigat terminū quo se p̄ntet.⁊ si erit in mora poterit ꝓcedere. ⁊ hoc iudex facere posset.l.p̄ses.vbi per Bar. C.de appel. De quo per Alexā.in l.ij.ff.de re iudi. Et nota q in isto tex.tractatur an sit differētia inter dolū ⁊ fraudem.⁊ adde glo.in.l.iurisgentiu3.§.sed si fraudandi.ff. de pac. ¶ Nota q nō sufficit impetrātem facere mentionem de prebēda vel canonicatu.sed de vtroq3 debet facere.c.cū adeo. Et nota ibi glo. ij.que allegatur semp quando dicatur sufficiēs beneficiū. ⁊ adde glo. notabi.in.c.j.xxj.q.j. Et ɔclude q fm qualitatē persone ⁊ fm sitū ecclesie iudicabit sufficientia bn̄ficij. ⁊ hoc dicitur propter hospitalitatē Et hoc valet ad cognoscendū an ⁊ qn̄ quis cū bona cōsciētia possit tenere plura bn̄ficia.quia vbi nō subest causa rōnabilis . non excusatur aliquis quo ad deū. Etiā ex dispensatiōe pape fz Abb.qd est notabile. allegat dictum notabile Jo. an. in c.dudū.ij.de elec. Et tu adde Ab. in.c.ɔquerēte.de cleri.nō resi. l.c cōstitutus.de religi.do.in.c.de muta.de preben . Nota etiam ibi glo. fi.q in literis ad beneficia semp intelligitur clausula si est idone⁹. Et iste text.allegat q debet impetrās beneficiū facere mentionē de beneficio quod habz. Et adde tex.in.c. si motu proprio.de preben.in.vj.

¶ Nota quedam pulchra que colliguntur ex.c.cām que. Primum ē q rescriptum principis debet in dubio reduci ad ius cōe etiā si oporteat per impropriationem verborum seu per transpositionem clausularū Et ratio est.q2 rescripta cōcedunt ad iuris obseruantia3. ideo debent reduci ad ius cōe ne operet cōtra suā naturā . qd tū intellige qn̄ hoc verba patiunt. secus vbi nulla eēt ambiguitas fm Ab. Scōm dictu3 est.q processus factus vigore literarum male intellectarū non sustinetur ex errore male intelligentiu3 sed si reperitur ꝓcessus contra ius debet pronunciari nullus. Tertiu3 dictum q ꝓcessus potest pronūciari nullus parte absente sicut fecit hic papa. quod itelligit Ab. in duobus casib⁹ ꝓcedere ꝓpter notorietatē: q2 ɔstabat pape absenti nō cōpetere defensionē.c.cū olim . de re iudi. Secūdo saluat qn̄ nl'litas surgit ex interpretatione rescripti apostolici.nā quēadmodum papa potest interpretari suum rescriptū pre absente.c.olim.de verbo.significa. ⁊ ibi notatur per Innocē.ita ⁊ decernere potest nullitatem actus accessorie prouenientē ex interp̄tatione rescripti . al's regulariter nihil debet fieri in preiudicium absentis .c.j.de cau.poss. Nota q Abb.hic super glo.allegat Bart.in.l. si infinita .§.iulianus.ff.de dam.infec.q si iudex in citatiōe cominatur se ꝓcessurum ad cognitionem ⁊ decisionem negocij habet vim peremptorij. Et quia in hoc cap.tractatur d interpretatiōe rescripti quod in du

bio debet reduci ad ius commune tangitur etiam per doct. de interpretatione statutorum. de quo hic per Ab. Et adde in mã notata p Bartho. in. l. omnes populi. ff. de iusti. et iu. in. l. f. §. lex falcidia. ff. ad le. falci. in. l. uls. §. pretor. ff. de dam. infec. in. l. ij. ff. de vsuca. in. l. ij. ff. de lega. j. in. l. j. ff. de munc. et hono. in. l. si quis seruo. C. de fur. ¶ Nota text. singularem secundũ Abb. in capi. constitutus. q surreptio viciat gratiam ipso facto etiam si consistat in tacendo factum alienum. quod impetrans probabiliter ignorabat. et ratio potest esse. quia in considerанda validitate gratie nõ aduertimus culpam impetrantis. sed potius ad intentionem concedentis. in contrarium facit tex. singula. in cap. gratia. eodem titu. in. vs. de quo p Ab. in cap. super literis. infra eo. Nota etiam pulchrum dictum ex eodẽ text. q vbi statutum ex aliquo inualidat actum: et dubitatur an statutũ precesserit actum vel econtra. dicenti statutum precessisse incumbit onus probandi. et adde glo. nota. in cle. fi. de rescrip. Adde etiam q si die qua est facta emancipatio reperitur instrumentum donationis factum. nec apparet in eodem actu. vel post. vel ante. presumitur post. vt potius valeat. dictum est singulare Ci. et Bal. in. l. cum in testamẽto. §. j. ff. d here. insti. De quo dicto multum exultat Alexã. in. l. diuortio. ff. solu. matri. Nota glo. j. in fi. q licet statutum non sit iuratum. tamen debet fieri mentio de eo. Et nota singulariter q si statutum est iuratum: et fit mentio de statuto. nõ de iuramento. non sufficit. glo. est singularis in. c. cum non deceat. de elec. in. vs. Et per Abb. hic et per hoc habes pulchram limitationez q sublato principali tollit accessoriũ. c. dilecto. d pben. qz illd pcedit qñ scienter tollit statutũ iuratũ. secus qñ tollens statutũ ignorat iuramentum. vt in casu nostro. qz non habet animum tollendi iuramentum. Nota glo. in ver. iuramento: et quod super ea per doct. q in iuramento intelligitur excepta auctoritas pape quod intellige quando est interpositum super re subiecta ipsi pape. also papa non potest impedire obligationem querẽdam deo. probat etiã ista glo. q capitulum non habet dominium eorum iurium que habet sz solam administrationem. Et idem dicas in quolibz prelato. Nec etiã papa: quia deus habet dominium rerum ecclesiasticaꝝ: qz bona offeruntur deo. c. cum ex eo. de elec. in vs. Inno. in. c. cum super. de causa pos. glo. in. c. causa. de verbo. signi. ¶ Tu iam habuisti dispositionem. cap. si eo tempore. de rescrip. in. vs. non procedit quãdo surreptio fuit dolosa siue sit in vero tacendo siue in falso exprimendo: quia viciatur totum rescriptum licet non fuerit causa totius rescripti. licet rescriptum contineat plura capitula separata. tex. est multũ nota. in. c. sup literis. Nota etiam ex eodem text. vnam bonam regulam q surreptio non dolosa. sed ex simplicitate vel ignorantia procedens eatenus viciat rescriptum seu contenta in eo qtenus fuit causa inductiua concessionis. Unde si surreptio fuit solũ causa iductiua solius forme rescripti. viciat solũ ipam formã et nõ substãtiã rescripti cuius nõ fuit cã. si fuit cã inductiua totius rescripti viciat totũ rescriptũ. Exemplũ impetraui rescriptum contra debitorẽ meũ et dixi q de consuetudie patrie cãe tractabant simplr et de plano: et sic papa concessit: et sit falsum. viciat solũ forma. et ideo delegatus pcedet sz ordinẽ iur. sz si malitiose expssit dz carere commodo totius rescripti. Nota etiam vnam regulam ex isto text. qui quotidie allegatur

366

q iudex etiam delegatus potest cognoscere in dubio de validitate rescripti. limita tamen illud quod est dictum supra de consuetudine. quia ibi intētio impetrantis potest includi sub verbis rescripti. secus quando nō pt cōphēdi sub vbis rescripti. Exēpli grā. narrauit titius eē debitorē suū ex causa mutui. modo vult agere titulo donationis. dicens q per ignorantiam narrauit mutuum sm Inno. et Abba. Nota glo. in ver. simplicitatem. Nota etiam glo. in ver. priori modo. quia est singulariter notanda sm Abb. q ex primēs falsuz. vl verū tacēs in impetratione rescripti non videtur facere prima frōte ex dolo sed per simplicitatem vel ignorantiam: et dicas q iudex ex variis circunstantiis presumet dolum vel simplicitatem. quia dolus non potest probari nisi ex conjecturis cum consistat in animo. l. dolum. C. de dolo. Nota glo. in ver. literas, et ex ea elice hanc regulam. q ea sunt exprimenda in rescripto que possunt mouere animum principis ad concedendū vel ad difficilius concedenduz. vt in. c. postulasti. Et adde quod notat Ab. in. c. cū ordinem. §. eo. vbi tangit an de exceptione competente aduersario sit facienda mentio in rescripto. Nota singulariter glo. in ver. nisi forsan. q exceptio notoria potest opponi ad processum. et sic ante litem contestatam licet sit peremptoria. Et vide quod notat Bartho. in. l. cum querebatur. in. l. vir bonus. ff. iudica. sol. Probat etiam notabiliter illa glo. q si constat notorie citantem non habere iurisdictionem non tenetur citatus comparere. Cui adde glo. in capi. veniens. de accusa. in capit. si episcopus. ij. questione. ij. De quo per Abb. in dic. c. cum ordinem. et in delegato per Innocen. in capitu. ij. § dilatio. in capi. cum in iure. de offi. delega. Ioan. an. in regula. scienti. in mercu. Adde tu Innocē. in. ca. ex parte. j. de verb. significa. Cy. et Bal in. l. generaliter. C. de episco. et cleri. Bartho. in. l. ex quacunqz. ff. si quis in ius vo. non ierit. in. l. ij. ff. de appella. reci. in suo consilio incipiente. clericus non sub nomine clericali. et in. l. non videtur. ff. de iudi. Nota etiam ex eadem glosa. q vbicunqz notorium est rescriptū esse surrepticium. vel impetrantem excommunicatum. vel iudicem ordinarium nō habere als iurisdictionem in citatum. non potest cognoscere an sua sit iurisdictio: quia ex q iudex est certus de defectu iurisdictionis. nō debet procedere in causa. Et ppter hoc doctores hic tractant an et quando iudex si reuocatur in dubium de iurisdictione sua possit ipse cognoscere. de quo per Ioan. an. in dicta regula. scienti. Et per Innocen. in dicto capit. ex parte. et per Bartho. in l. prescriptione. C. si contra ius. in. l. quidaz consulebant ff. de re iudi. Et nota in hac materia q vbi exceptio opposita notat iudicem infamia. vel aliquo defectu. vel crimine non potest ipse cognoscere: et quando exceptio iurisdictionis pariter concludit in illo incidenti sicut in principali. vt quādo opponitur q patitur nature defectum. vel quia dicitur suspectus. Inno. in ca. prudentiam. de offi. delega. non potest ipse cognoscere. Item qñ opponitur q non est iudex vel episcopus. et sic opponitur de totali fundamento iurisdictionis et proprietate ipsius. Itē quando agitur de proprietate subiectionis. vt qz citat⁹ dicit se eē exemptuz. iudex negat per quod limitatur quod habetur in. c. cū psone. de priuile. in. vj. Non potest etiam iudex cognoscere in casu singulari posito p glo. in. c. statutuz. in ver. copia. de rescrip. in. vj. vt quā-

do questio est inter partes: et ipse assumit defensionem partis stantis pro iurisdictione. quia cum se ingerat redditur suspectus. hoc tamen non procedit secundum Abb. quando iudex procedit ex officio si dubitatur an sua sit iurisdictio. extra istos casus potest cognoscere an sua sit iurisdictio. quia principaliter iudicare est onus. licet in consequentiam sit honor. glo. in. c. si contra vnum. de offi. dele. in. vi. Et an si iudex est recepturus aliquod commodum possit cognoscere. est glo. reputata singularis in. l. de iure. ff. ad muni. et conclude quod debet attendi qualitas persone iudicis: et quantitas muneris. facit tex. in. c. et si questiones. de symo. Et nota secundum communiter docto. quod si rescriptum erat falsum: et iudex pronunciauit verum. non tenet processus si postea detegatur falsitas. licet Bartho. in dicta. l. prescriptione. videatur tenere contrarium secundum Abb. hoc tamen limita non procedere in rescripto nullo. quia dato dubio iudex pronunciauit rescriptum valere. tenet processus si non sit appellatum. dictum est singulare Lapi. in cap. j. eodem titulo. in. vi. secundum Abb. in dicto ca. super literis. in fi. ¶ Tu habes in capi. cum ad monasterium. de sta. mona. quod omnia bona debent esse communia in monasterio. Tamen tu habes text. singularem in cap. edocere. quod bona monasterii possunt esse diuisa inter abbatem et conuentum, quod qualiter possit esse. vide per Abba. ibi. et inter alia dicit quod abbas cum conuentu ex causa potest facere istam diuisionem, cum per istam diuisionem bona non sint minus monasterii sicut prius sed respectu vsus sit hec diuisio. Et allegat Joan. an. in regula. non est obligatorium. de regu. iur. in. vi. in mer. quod tenet quod valet statutum vt cesset murmur et scandalum quod dentur decem singulis annis monachis pro vestimentis. sine causa tamen fieri non debet. Dicit etiam Abb. quod abbatissa potest permittere quod moniales conuertant bona ex propriis manibus prouenientia in proprios et necessarios vsus. nec per hoc dicuntur habere proprium. nec in isto casu requiritur consensus episcopi secundum Ab. Ex quo habes pulchram limitationem ad dictum notabile Innocen. in cap. requisisti. de testa. in cap. cum accessissent. de consti. vbi dicit collegia inferiora non posse statuere circa statum ecclesie sine consensu episcopi. quia istud non concernit statum ecclesie sed potius modum viuendi inter se. de quo bona glosa in capi. ij. de verbo. significa. in. vi. ¶ Et nota quod in dicto cap. edoceri. tractatur per glos. et docto. an prelatus possit agere sine consensu conuentus: et glo. tenet quod non. Et dicit Abb. quod propter auctoritatem glosatoris curia de facili non admittit prelatum ad agendum sine consensu capituli. seu procuratorem ipsius. tamen de iure communiter tenetur contrarium. Hoc tamen singulariter limitatur non procedere in arduis rebus. quia tunc prelatus nihil debet agere sine consensu capituli per text. notabilem in cap. j. de procura. in rebus autem communibus nunquam potest agere conuentus sine prelato. quia prelato est concessa administratio. non conuentui. istud autem non procedit quum bona conuentus sunt omnino distincta. de quo hic per Abb. Concluditur etiam contra glo. quod prelatus solus possit constituere procuratorem seu iconomum. quia qui potest per se agere potest procuratorem constituere et Abb. adducit notabile dictum Innocen. in capi. cum. J. et A. de re iudi. quod hoc procedit etiam in religioso. allegat etiam Abb. aliud dictum notabile Innocen. in capi. penulti.

367

Quid sit sequestrū seu sequester. vide gl'. in. c. examinata. de iudi. ¶ Ex tex. i. c. j. facias has conclusiones. Prima. contumacia prelati commissa in iudicio nocet ecclesie adeo q̄ etiam successor ipsius tenetur pro ipso satisfacere. cum sit cōmissa in causa ecclesie. Et adde quod no. glo. in regu. delictum. đ regu. iu. in. vj. Ecclesia tamen potest habere regressum contra heredem ipsius si quē habet ḃm Ab. per nota. per glo. in. c. placuit. ij. xvj. q. iij. ¶ Secunda conclusio. pluribus articulis expresse vel tacite commissis: potest vnum iudex impedire: et postea reliquū. Et idem in arbitris tex. est no. in. l. quid tamen. ff. de ar. ¶ Tertia conclusio. causa simpliciter commissa videtur commissa nedum causa possessoria: sed etiam petitoria. ¶ Quarta cōclusio. memorie commendāda. q̄ litere impetrate per actorē super diuersis articulis tacite vel expresse. per vsū i vno efficiuntur cōes adeo q̄ inuito actore reus potest illis vti sup aliis articulis. Et adde nota. per Abb. in. c. ex conquestione. de resti. spo. Quinta conclusio. per papā successorem reuocatur quod indebite factum est per precessorem. c. qđ quis. xxxv. q. ix. ¶ Sexta conclusio. cōmissa causa possessoria ꝛ petitoria. si prius ꝓnūciatur sup proprietate. non pōt postea pronūciari super possessorio sed ecōtra sic. glo. ꝛ Ab. in dict. c. j. ¶ Septima conclusio si cōmittitur causa proprietatis non videtur cōmissa causa possessionis. ꝛ idē econtra. glo. in. dic. c. j. in. l. si de proprietate. C. si a non compe. iudi. q: rescripta sunt stricti iuris. nec extendunt̄ ad non expressa. quod intellige nisi incidenter veniret: vel per viam reconuentionis. ꝛ vide glo. in. l. j. C. si a non compe. iudi. que ponit m'ltos casus in quibus iudex cognoscit de causa sibi non commissa. ¶ Octaua conclusio. si committitur causa que vertitur inter Titium ꝛ Semproniū super spoliatione occupatione. ꝛ detentatione talis rei. quā dicit sē pronius ad se pertinere. includitur petitorium. ita voluerunt domini de Rota. vt refert Ab. ¶ Nona cōclusio. sicut reuocat̄ missio oblata cautione: ꝛ restitutis expensis. ita etiā sequestrum. vt notabiliter probatur in dict. c. j. ꝛ vide quod notat Bar. in. l. interesse. ff. de acqui. pos. ¶ Decima ꝯclo. sufficit ad euitādū cursū annalē offerri cautionē corā iudicibus. nec est opus al'r offerri pti: nec aliis publicis personis. Si iudices recipere negligūt nō debet pars offerēs puniri in expēsis postea fact; vt est glo. no. in dic. c. j. in §. oblate. ¶ Undecima cōclusio. ꝯdēnatio expensarum pōt esse gn̄alis ꝛ incerta. de quo per Bart. in. l. terminato. C. de fructi. ꝛ li. expen. in. l. ij. C. de sen.

que sine ter. q̄n. et per Abb. hic post alios. Et valebit ista sententia generalis: q2 postmodum tempore executionis poterit fieri taxatio et probatio sine libello. et alia tela iudicii. et est cōis practica sm Barto. in d. l. terminato. q iudex reseruat sibi taxationem. ¶ Duodecima conclusio non potest iudex in diffinitiua sententia sibi reseruare condemnationem expensarum. q2 in istis accessoriis expirat officium iudicis illa die pronūciationis. c. cum appellationibus. de appel. in vi. l. iiii. C. de spo. ¶ Tertiadecima conclusio. iudex condemnādo potest sibi reseruare taxationem de quo per Bar. in di. l. terminato. Et expensas que nō possunt probari taxabit iudex officio suo considerata qualitate. et quantitate cause et persone. l. non ignorat. C. de fruc. et li. expen. Et adde qd notat Bar. in l. si quid ex pamphila. ff. de lega. iii. et l. semper. §. in hoc interdicto. ff. qd vi aut clam. in. l. i. C. de sen. que pro eo qd inter. ¶ Ex. c. ii. facias istas conclusiones. Prima est: q licet cesset missio q̄n petit ecclesia ab actore ratiōe tituli. c. cū qui. de eo q̄ mit. in pos. in vi. secus si tenetur ratione tituli. et petitur tanq̄ proprietas: vt notabilr probatur in dic. c. ii. ¶ Secunda conclusio: missus in possessionem non lucratur fructus: sed debet eos conseruare ad effectum qui ponitur in glo. i. fallit in casu singulari l. fulcini⁹. in fi. ff. ex qui. cau. in pos. ea. quando iudex ob nimiam contumaciam rei decernit q missus lucretur fructus. ¶ Tertia cōclusio. ista verba pro libito voluntatis. important liberam voluntatem: non arbitrium boni viri. vt probatur in dict. c. ii. quod est nota. pro statutis. de q̄ per Bar. in. l. alio. ff. de ali. leg. et fit sequestratio fructuum si missus dissipat: vt in dic. c. ii. ¶ Quarta cōclusio. sequestratio regulariter est prohibita. fallit in multis casibus positis per glo. ii. ¶ Quinta conclusio. sequestratio voluntaria est permissa que fit partium consensu quādo duo contēdentes de aliqua re ratiōe scādali euitandi conueniunt deponere rem apud tertium vt restituatur vincenti. et transit possessio in sequestrū nisi aliter actum sit. de quo in. c. examinata. de iudi. et in dic. l. interesse. ¶ Sexta conclusio. sequestratio necessaria que fit a iudice sine communi consensu est regulariter prohibita: exceptis casibus de quibus hic per Ab. ¶ Septima cōclusio. in casibus in quib⁹ potest fieri sequestrū euitatur per satisdationem: vt communiter concludunt doc. in. l. i. C. de prohi. seques. in. l. si fideiussor. §. fi. ff. qui satisda. cogan. quod tamen notabiliter limitat Ab. quando sequestratio fit propter timorem dilapidationis: q2 tunc cessat ille timor. sec⁹ si ob aliam causam: q2 non cessat per satisdationem: per ea que habentur in cle. i. de seques. pos. et idē dicit quādo sequestratio fit propter scandalū euitandum: nisi etiam per satisdationem cesset scandalū: quod est singulariter notandum sm eum. adducit etiam tex. in. c. literas. in fi. de resti. spoli. ¶ Octaua conclusio. q2 debet promittere ille qui satisdat q sistet in iudicio. et de re non dilapidanda: de quo per glo. et docto. in dic. l. si fideiussor. §. fi. Debet etiam promittere de restituendo rem absq3 aliqua procrastinatione in casu quo succumbet dictum est nota. Bar. in. l. litib⁹. C. de agri. et cēsi. li. xi. et Ab. hic refert ¶ Nona conclusio. si timetur de cōsumptione rei sequestrate. q2 seruando seruari non potest. venditur auctoritate iudicis. et precium in locum rei sequestrabitur sm Ab. qui alle. Bar. in. l. fi. ff. de requi. reis. ¶ Decima conclusio: iudex debet aliquā premittere cause cognitionem anteq̄ deueniat ad sequestrum quando petitur fieri in rebus alterius pre-

409

tertu debiti.dic.est nota.Barto.fm Ab.in.l.per hac.C.de eroga. mili. anno.li.xij.z in dic.l.litibus.vbi dicit q non potest aliquis petere fieri sequestrū in re alterius respectu debiti nisi doceat de debito per publicum instrumētū.sed hoc non approbat Ab.sed sufficit vt dictum est q premittatur aliqua cause cognitio. ¶ Ex.c.fi.facias hanc conclusionē In causa appellatiōis licite seq̄strātur fructus rei petite si dissipant. vt notabilr pbat ibi.z hoc est fm Jo. an.propter p̄sumptionē que orit ex snia.z nc illud.c.non pcedit in causa principali qn̄ reus est soluendo: sed in causa appellatiōis siue sit soluendo siue non. fit sequestratio. q̄a aggrauatur plus pdicio possessor q propter presumptionē snie late ptra eum:q̄ȝ in cā principali vbi nulla sententia lata fuit. Ex quo sequitur singulr q appellatio non suspendit sententiā quo ad oēs suos effect⁹. Et nota q fit ista sequestratio i casu isto propter presumptionem que oritur pro actore ex sententia iaȝ lata z cōtra reuȝ ex eo q dissipat:z sequestratio de qua in isto tex.fiet per iudicē a quo ante appellationē receptā fm Hosti.z Ab.licet Bar.in.l.imperatores.§.fi.in fi.ff.de appel. aliter dicat. Et de materia ista per Jo. an. in regula.locupletari.in mercu. Et an requiratur citatio quando debet fieri sequestratio.doc.sunt contrarij sed tu potes concludere an periculum sit in mora: vel non. de quo per Bal.z.moder.in dicto.§.fi. Et no. q si persona vsufructuarij est suspecta debet fieri sequestratio rei apud aliquē qui prestet cōmoditatem vsusfructus.Bar.i.l.vsufructu.C.d vsufru. ¶ Ultimo si aliquis destitit ab accusatione ciuili. non potest super eodem facto criminaliter accusare. casum habes singulareȝ in.l. qui destitit.ff.ad turpi.de quo tex. Bart. ibi multum gloriatur.

¶ D sequest.pos.z fruc. in cle.

Diffinitiua snia dicit illa que pncipalem questionē diffinit Interlocutoria que fertur inter pncipium z finē cause.sup aliquo emergenti.glo.est no.in cle.j.in h. diffinitiua.quā alle.Ab.in ru.de re iudi. in.c.fi.de iudi.in rub.vt lite nō contes.in rub.de sen.excōi. Et que proprie dicatur iterlocutoria. adde gl. sing.in.§.ad excludendas.in auctē. de litigi.q omnis vox iudicis faciens ad causam.glo.in aucten. de here.z falci.§.si quis auteȝ nō implēs in.l.cum clericis.C.de epis.z cleri. glo.nota.in.l.qui.restituere.ff. d rei vendi.z quod singulr voluit Bart. in.l.j.§.fi.ff.de preto.stipu.in.l. titia ff.de accu.in.l. si cum exceptione.§. hec autem actio.ff.quod me.causa. Etiam super possessorio fertur sententia diffinitiua.glo.est in dic. cle. in ver.possessorio.z adde glo. magnam in fi.in.c.cum ad sedem. de resti.spo. Ubicunq requiritur q aliquid sit possessum triennio: oportet q totum triennium sit consumatum. nec sufficit inchoatum.glo.est in dic. cle.in ver.triennio. Nota tex. sing. tunc.glo.in ver.beneficium.in quo non solum sequestrantur fructus beneficij:sed etiam ipsum beneficium. z iura beneficij z beneficiati exercet sequester. Dispotio continens vba generalia sententie excommunicationis cōprehendit etiaȝ episcopos licet de eis non fiat mentio.glo.est in ver.si quis. Per verba nullaten⁹ absoluatur:nisi concurrentibus aliquibus non tollitur validitas absolutionis facte per ordinarium glo.ē in ver.nullatenus. Post motam litē nō dr q̄s pacifice possidere.glo.i h.antea. Nota glo.in h.restitutis. q non sufficit cautio de restituendo Ubicunq tollitur exceptio nullitatis aduersus sententiam:non videt tolli illa per quam negatur iurisdi-

ctio iudicis asserti. glo. est no. in §. non obstante. Et qz glo. videtur tenere contrariũ in cle. j. in §. pendere. de re iudi. vide late per Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nunc. ¶ Ultimo vellẽ scire quid diceres de isto casu. statutũ est in ciuitate q̃ proconsules nõ debeãt ire ad sepeliendum corpus alicuiꝰ modo quidam mortuus est in longinq̃s partibꝰ. z ossa portanf in ciuitatem an poterunt adesse procõsules. Et dicas q̃ sic: qz ossa nõ sũt cadauera dictum est no. Bar. per illũ tex. in. l. j. §. pretor ait. ff. de religi. ¶ Uolo etiam allegare tibi vnum casuz multum singularem q̃ ille qui in vita nõ potest stare in ciuitate post mortem non põt reduci ad ciuitatem pro sepultura. iste est tex. sing. in. l. si quis in insulam. ff. de cada. pu.

¶ De senten. z re iudicata.

Si tu vis scire que differentia sit inter sentẽtiã z rẽ iudicatã vide late per Ab. in hac ru. p Bar. z moder. in. l. j. ff. de re iudi. Et no. q̃ snia est diffinitio iudicialis ɔtrouersie finem imponens. determinat enim iurgantium controuersias. l. j. ff. eo. Dicitur aũt snia. qz s̃m q̃ sentit iudex declarat: diffinit: z determinat lites. c. forus. iunc. glo. de §. signi. ¶ Et nota quasdam cõclusiones in hac ru. quarũ Prima est ista. sentẽtia diffinitiua est illa que imponit finem toti cause in iudicium deducte. Et dicitur diffinitiua: quia i͂ponit finem controuersie: z finit iudicis officium. de quo per glo. in clemen. j. de seques. pos. z ibi fuit dictũ ¶ Secunda conclusio. sententia lata super possessorio dicitur quasi diffinitiua: quia potest postea intentari petitorium. non dicitur. ex toto diffinitiua. de quo per glo. in. c. consultationibus. de offi. dele. per Abba. in c. fi. de iudi. ¶ Tertia conclusio. interlocutoria sententia est illa q̃ ferf inter principiuz z finem cause super his que incidunt vel emergunt. glo. in dic. cle. in ver. diffinitiuam. Et dicitur interlocutoria: quia iudex non diffinit causam. sed interloquitur inter principium z finem. ¶ Quarta conclusio. preceptum quod facit iudex de comparendo per se vel nuncium. si iam erat inchoata: causa est interlocutoria: si vero causa adhuc non erat inchoata: tunc dicitur quasi interlocutoria: qz non fertur inter principium z finem. sed ante secũdũ Abba. qui ita concordat opi. cõtrarias. ¶ Quinta conclusio. illa sententia dicitur habere vim diffinitiue quando non imponit finem cause. sz non expectat aliam sententiam post se. vt cum iudex pronunciat se nõ iudicem in illa causa. vt in. c. significãtibus. de offi. dele. glo. in aucten. habita. C. ne fi. pro pa. ¶ Ex. c. j. cum. ibi notatis per docto. accipe quasdam conclusiones. Prima est. sententia lata contra ius habito respectu dumtaxat ad merita cause: non expresso iuris errore in sententia tenet. c. cum inter. hoc eod. ti. Et hoc casu procedunt iura que dicunt q̃ sẽtentia facit ius inter partes. in dic. c. cum inter. l. ingenuũ. ff. de sta. ho. l. res iudicata. ff. de re iudi. Sed si est expressus error iuris in sententia est ipso iure nulla. l. ij. C. quando prouoca. non est necess. vt quia disputabatur an testamentuz Titij valeret. iudex pronunciauit q̃ sic. quia minor. xiiij. annis. poterat testari. ¶ Secunda conclusio. sententia lata contra ius concernens aliam iniusticiam et non merita cause: est ipso iure nulla: siue sit expressus error siue non. vt quia sententia fuit lata die feriata: z hoc casu potest verificari generaliter tex. in dic. c. j. secundũ Ab. z ratio est qz in concernentibus merita cãc daf iudici discernẽdi z arbitrãdi facultatem cuiꝰ partis iura sint petitoria. cum nõ possit

catur contractibus precedētib⁹. nō eñ ꝑsumitur ꝓcessisse. nisi aliť ꝓbet ista pertinere ad solennitatē extrinsecam. ¶ Quinta conclusio. quantū ad solennitatē intrinsecā. vt est exēplū in stipulatione. ꝛ ista presumiť si in instrumento publico vel priuato fit mentio in dictis vero testiū nō presumitur. l. j. cū glo. C. de vsur. de quo ibi per Bar. Et Ab. hic dat notabilē limitationem ad dictū Bar. in. l. j. C. de vsur. in. l. sciendum. ff. de verbo. obli. ꝙ in dic. c. testiū nō presumitur solennitas intrinseca: nisi referatur ad dictū seu factum iudicis in casu quo pro iudice presumereť. vt notabiliter probať in dic. c. sicut. Et si tu velles scire que dicatur solennitas intrinseca. ꝛ que extrinseca. Dicas ꝙ illa dicitur intrinseca q̄ ex prolatione verborū absq̧ alia expressione specifica comprehenditur vel cōprehendi potest. Exēplū si instrumentum dicit ꝙ Titius fuit stipulatus: intelligitur ꝙ īteruenit interrogatio ꝛ respōsio: qꝛ sine his nō fit stipulatio. Item quando comprehendi pōt licet de necessitate nō cōprehendatur. Exemplū. dicit istrumentum ꝙ titius promisit. istud verbum intelligi potest dupliciter. ꝛ ꝙ simpliciter. ꝛ ꝙ per stipulationem. l. sciendū. §. dictum. ff. de edili. edict. intelligitur ꝙ promisit solēniter. l. j. C. de contra. ꝛ cōmit. stipu. Extrinseca autem dicitur illa que ex verborum prolatiōe absq̧ alia expressiōe specifica non cōprehenditur. Exēplum si minor contraxit nō presumitur ꝙ solennitas tutoris interuenerit: nisi ꝓbeť. dic. l. q̄cūq̧. §. fi. qꝛ cōtractus pōt eē sine auctoritate tutoris. Et in casib⁹ in qb⁹ ꝑsumiť solēnitas admittiť ꝓbatio in ꝯriū. ꝛ de hac materia late per Bar. in. l. sciēdū. ff. de ꝟ. obli. p Inno. ī. c. īnotuit. de eo q furti. or. susce. ꝛ p glo. ꝛ doc. hic. ꝛ addo qđ ꝯsuluit Alex. ī ꝯsilio xcviij. in. j. li. nā repiebať quoddam instrumentū ī quo notari⁹ attestabatur ꝙ instrumentū fuit sigillatū aptibus ad maius robur opponitur ꝙ illa sigilla nunq̄ fuerūt apposita. q̄rebatur qđ iuris. Et rńdet ꝙ instrumento adhibeť fides: qꝛ notari⁹ in instrumento asserit omnia contenta in instrumēto fuisse sigillata: ꝛ iō ꝓbatur sigillum interuenisse. qñ enim notarius attestatur aliqđ quod potuit interuenisse. talis assertio ꝓbat quo ad contrahentes quod illud interuenit: nisi contrariū appareat allegat glo. in dic. l. j. C. de fide instru. ꝛ iure haste fisca. li. x. Inno. in. c. cū in iure. de offi. dele. Barto. in dic. l. sciendū. in auten. si quis in aliquo. C. de eden. stabitur ergo instrumēto dato ꝙ nunc non appareant sigilla. Et nota ꝙ vbi ius dicit formā ꝓbādam nūq̄ ꝑsumitur illa solēnitas secundū doc. vt ꝓbať. c. sacro. in ꝑn. de sen. excōi. Itē vbi ius precipit interuenire scripturā. videtur eñ precepisse vt per eam probetur solennitas. c. cū medicinalis. de sen. excōi. in. vj. Et iō dixit notabiliter Inno. in. c. super his de accu. ꝛ refert Ab. hic. ꝙ si excipitur contra aliquem ꝙ nō est subdiaconus ideo eligi nō potuit in epm̄. ꝙ sibi incūbit onus probandi se subdiaconum: qꝛ iura mandant super hoc literas cōfici. nisi secundum eū tanta sit presumptio ꝓ ordiato ꝙ trāsferat on⁹ ꝓbādi ī excipiētē. vt si mľto tp̄e ī subdiconatus officio seruiuisset. ꝛ ista est pulchra limitatio. Limita tñ qđ dciñ ē p istū tex. nā iura mādāt de sñia ꝯfici scripturā. c. fi. de re iudi. ī. vj. ꝛ tñ pro hac solēnitate ꝑsumiť in hoc. c. sicut. qꝛ hoc est spāle ꝓpter auctoritatē iudiciariā. vel ꝫm Ab. reqritur scriptura in sñia nō ad finē illā ꝓbādi: sꝫ ad finē illā tūc recitādi. vt cū deliberatiōe magna ferať. ¶ Ex. c. cū sup nota. hāc cōclusionē. ꝙ cū de subiectione agitur pōt libell⁹ dirigi cōtra eū qui dicitur subiectus absq̧

eo q primo conueniatur is qui subiectionem vel subiectionis possessionem pretendi..de quo per Ab.in.c. auditis.de prescrip. Sētētia tñ lata contra subiectū non nocet ei qui ꝑtendit habere ius subiectionis quantumcunq sciuerit illam causam agi ꝛ non contradixit: quinimo reputat alia persona.ita vt habeat locum illa regula.res īter alios acta. quod procedit saltem quo ad ius proprietatis. Et de hoc tex.multum gloriatur Ab.dicens.q forte alibi nō ita bene probatur. Sed quo ad possessionem est altercatio.ꝛ Inno.ꝛ communiter doc.tenēt q fiat preiudicium quo ad possessionem: qꝛ fit executio pro eo qui obtinuit sententiā. Sed dñs Cardi.tenuit contrariū. cuius opinionem per multa sustinet hic Ab. ¶ Secunda cōclusio. q cū tertius qui non interfuit in iudicio appellat pro suo interesse. debet exprimere causam appellandi. Nec sufficit dicere appello a sentētia iniqua.ꝛ intellige de diffinitiua.de q̄ p Bar.in.l. a sententia.ff.de appell. ¶ Tertia conclusio. q a sententia lata īter alios potest tertius appellare.de quo in.l.a sententia.ff.ꝺ appel.quod intellige qñ ex sentētia lata inter alios infertur alteri plenum preiudiciū.l.sepe.ff.eo.c. penul.infra eo.ꝛ in dicta.l.a sententia. nam si sententia est lata contra heredem in preiudicium testamenti: tūc enim legatarij appellāt: vt ibi. Itē si infertur aliquod preiudicium licꝫ non plenum: puta respectu possessionis: vt in hoc.c. Item si potest inferri aliquod preiudiciū respectu presumptionis: vt qꝛ sententia fuit lata contra vnum ex coheredibus: tunc alij possunt appellare ne illa sententia: vel acta faciat aliquam presumptionem contra eos quando agetur super eorum portionibus.dic.l. a sētentia. Item quando interest ratione cuiusdam humanitatis.l.non tā-

tum.ff.de appel. cōclude ergo q regulariter non potest quis appellare a sententia inter alios lata nisi possit pretendere aliquod interesse. vt in iurib⁹ ŝ.allegatis.ꝛ vide p bart. in dic.l.a sententia. Et opponeret quomodo potest audiri terti⁹ p viā appellationis cum iudex eū nō grauauerit.qꝛ nunq̄ fuit in iudicio. Dicas q iste appellat ne inferatur sibi preiudicium ex sententia.ꝛ hic effectus nō potest haberi nisi cognoscatur de iniquitate sententia saltem q̄ ad eum.merito auditur appellans. ¶ Querit Ab. pono q supior fuit vocatus ad causam que mouebatur contra subiectum sed non comparuit.nunquid hoc casu sentētia lata cōtra subiectum preiudicabit superiori. Et respondet q An.de bu. videtur tenere q sic: allegans Cy. Sed Ab.more suo insurgit contra Ant. de bu.per multa.sed nō aduertit ipse qꝛ dicit contra multas decisiones ī quibus concluditur q sententia lata contra vnum nocet tertio citato. glo.in.l.cū miles.§.j.ff.ex qui. cau. ma.in.l.si deserta.C.si propt publi. pensi.Barto.in.l.in cause.j.§.interduꝫ.ff.de mino.in.l.preuaricatiōis. ff.de preuari.in.l.cuꝫ filius.ff.de ꝟ. obli.tex.in.l.in cause.§. causa cognita.ff.de mino.dum ibi dicitur presentibus: vel citatis.ꝛ ita Bar.in dict. §.interdum.ꝛ hoc facit contra Abba.qui vult q ita demum noceat si fuit vocatus ꝛ fuit presens. secus si fuit vocatus ꝛ nō fuit presens. et idō dicit q cum An.de bu.dicat assistēte vel vocato.debuit dicere assistente ꝛ vocato. Non aduertit etiā Ab. q si est presens non est necesse q vocetur secundum opinionem suaꝫ. de qua visum est in.c.tenor.ŝ.eo.ꝛ isto modo debet intelligi.glo.in.c. dilectus.ij.ꝺ simo.in ꝟ.dātes. ¶ Quarta conclusio.si victus non acquieuit sententie: nec appellauit.sed fuit cōtentus appellatione īterposita per

appellatus potest petere confirma ri vt probat Abbas. si autem ap pellatus preueniat appellantem & & nulla facta mentione de appellatione petat sententiam confirmari. iste litere tanq̄ surrepticie nō valēt Nota etiā q̄ quis potest petere vt in possessione confirmetur vt habetur in.l.iij.§.missum.ff.ad carbo. facit tex.in.l.j.ff.ne vis fiat ei.glo.& Bar.in.l.de pupillo.§.qui opus.ff. de noui ope.nūc.Bar.in.l.j.§.satisdatum.ff.quor.lega.& nō solum qñ quis est in possessione valida. sed etiā quando est nulla potest peti cōfirmari. quia etiam sententia nulla potest peti confirmari.vt per glo.& Bart.in dic.l.j.& p Bar.in.l.si expressim.ff.de appel.& facit singulare dictū Inno.in.c.cū contingat. de offi.dele.qd sequit Bart.in.l. si vt proponis.C.quō & qñ iudex.& in dicta.l.si expressum.l.iij.§.illud.cū glo.ff.de acqui.pos.l.adoptio nō iure facta.ff.de adop.Bar.in.l.creditores.C.de pig.hoc tñ limitatur nisi esset violentus possessor.text. est nota.in.l.auctoritate.C.vnde vi.nisi esset clausula derogatoria illi⁹ legis ẜm doc. ¶ Nota q̄ in.c. de cetero. ponitur materia q̄ coram eo cui est commissa executio potest allegari nullitas illius sentētie.nō tamen executor super hoc pronūciat: sed remittit ad superiorem: & interim super sedet. ¶ Et pro intelligētia facias has conclusiones in hac materia & Prima sit ista. Si papa scribit cōquestus est nobis talis q̄ violenter fuit a suo beneficio eiectus. quapropter si ita est restituas sibi suum beneficium. talis commissarius habet iurisdictionē & potest de toto negocio cognoscere & iudicare: & conclusio affirmatur p doc. in.l.a diuo pio.ff.de re iudi.glo.ordi.in.c.pastoralis.§.qr vo. de offi. dele.& Ab.hic. ¶ Scda ꝯclo. deputatus ad prouidendum simplr d beneficio non est purus executor. sed mixtus.cū papa non sit informatus de psona cui mandat pụideri. vel cui committit. vel de quantitate beneficij.de quo per glo.in dicto §.quia vero.in cle.j.de offi.deleg. per Ab.in.c.fi.de presump.p Hosti.hic.nisi aliter cōstaret de voluntate pape q̄ non vult aliquas exceptionem admitti. ¶ Tertia conclo si fit cōmissio duntaxat post sñiam. is cui fit commissio est iudex. cum executione multa possint allegari. l.a diuo pio.§. si super rebus. ff. de re iudi.talis enim cōmissarius succedit loco iudicis.& quicquid poterat coram eo opponi potest opponi coram commissario. & hoc ꝓcedit sine dubio qñ in defectū iurisdictionis cōmittitur executio. qñ ille qui tulit sñiam nō pōt exeq̄ vt quia arbiter vel delegatus ab inferiore a principe: & hoc casu requiritur ad ordinarium vł delegantem. vt per Bar.in dicta.l.a diuo pio.& credit Ab.q̄ dicit tales tanq̄ superiores poterunt pronunciare super nullitate actus: & idem quando inferior tulit sententiam vt archidiaconus: & pro executione recurritur ad episcopum tanq̄ superiorem. dato q̄ inferior possit exequi postq̄ superior additur pro execuione & posset iste superior de retractatiōe per viam restitutionis cognoscere. quod est notabile.hec est sententia Specula. Anto.de bu.& Ab. ¶ Quarta ꝯclusio.si p statutū est dputatus aliquis in auxilium iurisdictionis. vt per statutum est deputatus aliquis sup executiōe sñiarū: & tunc si exceptio non infringit sñiam. vt qr dicit q̄ non pōt exigi nisi inquātum facere pōt: & tunc cognoscit & pnūciat.si autem exceptiones de directo veniūt contra sñiam & illam impugnant/executor cognoscit sed nō pronunciat.sed remittit ad superiorem: & interim supersedet. de quo

re pignus creditori de bonis ipsi⁹ debitoris ꝓpter ei⁹ ꝯtumaciā in nō comparendo. vel non parendo iudici. quo casu nō sufficit solus iussus iudicis. non ꝓcedit tamen hoc qñ stetit ꝑ potentiā debitoris. vel qꝛ fundus in quem debebat fieri missio erat inundatus: qꝛ tunc istis casus habetur ꝓ possessore. l. cū vn⁹. §. fi. cum. l. sequen. ff. de bo. aucto. iudi. pos. ¶ Nota eñ vnā pulchrā ꝯclōnē ꝙ iussus iudicis de mittendo in possessionē creditorē. si creditor non curauit ingredi possessionē durat solū biennio. postea est opus nouo processu. text. est nota. in. l. fi. C. de bo. auto. iudi. pos. Bart. in. l. pretor ait. §. fi. ff. eo. quod est multū notabile ſm Ab. ¶ Scḋa ꝯclusio non sufficit ad transferendā possessionē ꝙ nuncius a longe stās ostendat possessionē ⁊ ꝟbis tradat. hec ꝯclōest Spec. ⁊ Anto. de bu. qꝛ cū nuncius non possideat opꝫ ꝙ actualiter intret ⁊ tradat. Ab. autē tenet contrarium per multa: ⁊ forte eius opinio de iure est verior sed magna est auctoritas Spec. pro cuius dicto potest allegari gl. no. in. l. iij. in prin. ff. de acqui. pos. que facit contra nuncios quibus est data licētia vt inducant in possessionē plurium fundorum. si inducunt in vnum eo animo vt acquiratur in aliis possessio. hoc nō sufficit ad acquirendum possessionem. sed pōt dici ꝙ glo. nō loquit᷑ eo casu qñ nūci⁹ a lōge stās ostendit possessionē ⁊ illam verbis tradit. ¶ Nota ex. c. lato. quia quotidie allegatur ꝙ sñia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam. vnde quādocūq̄ reuocat᷑ cum cōstat de errore. ꝯcordat text. in. c. ꝯsanguinei. in. c. tenor. hoc eo. titu. debet tamen obseruari donec constituit eam fuisse iniustū: ⁊ incūbit onus probandi asserenti errorē qꝛ presumitur pro sententia. ¶ Et ex isto tex. cū ibi notatꝫ ꝑ glo. ⁊ doc. facias has ꝯclusiones. ¶ Prima. ꝙ auditur allegans turpitudinem propriam ꝓpter periculū aīe. auditur tamen denunciādo non accusando: quia accusator non legitimus non debet audiri. c. j. de accu. Et de materia in. c. inter dilectos. de dona. in. c. cum super. de conces. preben. per Bar. in. l. iusiurandum. §. procurator. ff. de iureiu. ¶ Secunda ꝯclusio. ꝙ istud qḋ dꝛ in tex. ꝓcedit in qualꝫ sñia cuius obseruātia nutrit peccatū mortale. cum tali casu nulla valeat prescriptio vel ꝯsuetudo. c. fi. ḋ ꝑscrip. glo. fi. in. c. īter monasteriū. hoc eo. ti. ¶ Tertia cōclō. ꝙ in sententiis que nō trāseunt in rem iudicatam nō potest appellari tertio. sicut nec in aliis causis. glo. est nota. in. c. fraternitatis. de frigi. in ver. fornicario. dicit tamen hic Ab. limitando ⁊ declarando hanc glo. ꝙ non pōt dari certa regula quotiēs quis debeat admitti cōtra sñiam. sed iudex estimabit an ⁊ quando ex causa coram eo allegata. ⁊ mouetur ex dicto Inno. qḋ dicit singulare in. c. tenor. hoc eo. ti. ꝙ licet sententia in causa matrimoniali non transeat in rem iudicatam. nō tamē debet quis post x. dies indifferenter admitti ad ꝓbandū contrariū. sed oporteret ꝙ allegetur aliqua iusta ⁊ verisilis cā iniusticie q̄ habeat mouere iudicem ad credendū illā iniustā. vñ non dꝫ esse iudex facilis in audiendo prex contra illam. nā si diceremus contrariū sequeretur ꝙ eadem ratione ⁊ tertio ⁊ quarto. ⁊ in infinitū esset pars contrauenīens admittenda. qḋ videt᷑ absurdū. ¶ Quarta ꝯclō ꝙ nō transit etiā sñia lata quo ad separationē thori in rem iudicatā: qꝛ potest is ad cuius petitionē fuit separatū matrimoniū sibi cōiugem reconciliare ſm doc. sed Abb. dubitat Nunquid is contra quem sententia lata fuit debeat audiri volens pro

bare iniusticiam sententie: et conclu dit. quod non. licet Jo. an. et Antho. et Bu. teneant contrarium. dicit tamen Ab. quod iudex ex officio potest reintegrare matrimonium proposito errore. saltem quando sunt talis etatis quod possit dubitari de incontinentia. et forte non male dicit quando sunt tales persone de quibus non est dubitandum: quia ex obseruatione sententie nullum nutritur peccatum.

¶ Ex. c. cum causa cum ibi notatis per doc. colligitur conclusio. quod consuetudo cōis clericorum et laicorum valet etiam quo ad ecclesias dūmodo als sit rationabilis. ¶ Secunda conclusio quod licet possessor a nemine molestatus petere non possit rem sibi adiudicari tametsi cōuenitur ab alio qui dicit se dum potest reflectendo dicere se dnm et assumere vltro onus probandi et petere se declarari dominum. et per consequēs rē sibi adiudicari. vt notat Inno. in. c. ex cōquestione. de resti. spol. tex. et glo. in. l. circa. ff. de proba. et ibi dicit notabiliter glo. quod licet reus nō probet dominiū. non tamen perdit causam nisi actor probet de iure suo: sed absoluetur. non tamen aliter pro eo pronunciabitur. Et adde Dinū in regula. non licet actori. de regu iu. li. vj. et Bal. in. l. penul. C. de sentē. in. l. hereditas matertere. C. de petiti. here. in. l. ordinariū. C. de rei vendi. et in dicta. l. circa. in lec. antiqua ¶ Tertia conclusio. sufficit iudicē pronunciare appellationem iustam. vel iniustam esse. adeo etiam quod si precesserit absolutio satis est in causa appellationis pronunciare iuste appellatum. vt intelligatur condemnare. l. cos. in pri. C. de appel. et ibi per Bar. et Bal. per Innoc. in. l. in summa. ff. de re iudi. in. l. ex consensu. §. j. ff. de appel. licet glo. reputata singularis in. l. offidius. ff. de lega. iij. teneat contrarium. quā sequitur Bar. in. l. cū apud. in prin. ff. iu dica. sol. in. l. j. §. libelli. ff. de appel. prima opinio est mag; cōis. licet in ista materia Abb. multa loquatur.

¶ Quarta conclusio. que colligitur ex glo. nota. quod consuetudo non potest diminuere solēnitatem inductā in alienatione rerum ecclesiasticarum: et ratio est secundum doc. quia inducit grauamen ecclesiis. et valet consuetudo que addit nō que diminuit solennitates: et adde quod notat Bart. in auten. hoc ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. ¶ Ex. c. inter ceteras. collige has conclusiones.

¶ Prima. si sententia continet errorem facti est ipso iure nulla. l. j. §. j. ff. que sen. sine appel. re. glo. et Bar. in. l. j. C. de erro. calc. ¶ Secunda conclusio. quod si non est expressus error in sententia sed in actis. et sententia est lata per relationem ad illa acta. est etiam nulla. ¶ Tertia conclusio. si sententia est simpliciter lata et in libello est error expressus. sentētia est nulla.: sed si in aliis actis apparet error nō per hoc sñia redditur nulla. de quo vide per Bar. in. l. penul. C. de sen. que sine cer. quanti. et ideo dicit Inno in. c. cum Bertoldus. de re iudi. quod si iudex sic cōdemnat. quia per A. et B. testes est probatū. ideo cōdēno te in centū. si testes nihil dicāt. sñia est nulla et sequitur Ab. sed aliud senserit Inno. in. c. quam cōtra. de pba.

¶ Quarta cōclusio. sentētia etiā excōicationis que ptinet cām falsam et impossibilē est ipso iure nulla. vt quia iudex cōdemnauit eunuchum vel infantem. quia pregnantem reddidit mulierem. ad hoc. c. Romana. §. in vniuersitatem. iuncta glo. de sen. ex cōmuni. in. vj. ¶ Quinta conclusio. si causa est notorie falsa. licet non sit impossibilis. vt quia dicitur excōico te. quia spoliasti ecclesiā cum incēdio: et hoc est notorie falsum. nō tenet. excōmunicatio. et glo. in. c. per tuas. de sentē. excommuni. in ver. intollerabilem. que videtur tenere contrarium in

telligitur in causa manifeste falsa, non notorie. quia inter ista est diversitas. ¶ Sexta conclusio. si nulla cā sit expressa in sñia tamē notorie cōstat quod ex iniusta causa profert. sententia est nulla. et inter alia Ab. adducit tex. quem dicit notabilem in c. cum ad quorūdam. de exces. pla. etiam in sentētia excommunica.

¶ Ultima est cōclusio. ubi de nullitate agitur debet dari libell⁹ et observari ordo iudiciarius. nisi nullitas esset notoria. ut quia ex actis colligitur sin dños de Rota. quos refert Ab. hic in fi. Et si tu vis scire coram quo iudice agatur de nullitate. vide per Bart. in. l. si expressim. in pen. colū. ff. de appel. in. l. si ut proponis. C. quomō et quādo iudex. in. l. que sub conditione. §. fi. ff. de condi. insti. et ibi loquitur de nullitate contractus. ¶ Ex. c. tenor. cum sua materia collige has conclusiones. quarum. ¶ Prima est ista. quod infirmitas excusat a contumacia. quod tamen intellige de gravi. l. quesitū. ff. de re iudi. glo. c. placuit. xviij. distinc. ¶ Secunda conclusio. quod per exercitium actus non compassibilis verisimiliter cum infirmitate tollitur excusatio et presumptio infirmitatis. ¶ Tertia conclusio. que singulariter colligitur ex gl. quod per immissionem annuli in digito mulieris presumitur contractum matrimonium. nisi contrarium probetur. et adde glo. in cap. fina. de despon. Ipu. l. c. femie. xxx. q. v. ¶ Quarta conclusio. quod licet in istis causis stādum sit sententie donec contrarium probetur. ut dictum est in. c. lator. non tamen statur in tantum ut liceat interim cum alia contrahere revocato litigio super validitate prioris sententie. et sic litigium noviter exortum facit primam sententiam vacillare. ¶ Quinta conclusio. quia hic tangitur per doc. an in dubio sententia presumatur lata contra absentem. quia mulier hic allegabat absentiam tempore sententie. quod si iudex attestatur partes fuisse presentes creditur, dummodo fuerit scriptura tabellionis qui fuerit rogatus de sententia. secus si ipsemet iudex conscripsisset. nisi causa esset modica per ea q̄ notat Barto. in auten. nisi breviores. C. de senten. ex peri. reci. Sexta conclusio. si iudex attestatur peremptorium precessisse. non creditur etiam scripture tabellionis. quia est de preterito. ¶ Septima conclusio. si in sententia nulla fit mentio. nō presumatur presentia seu citatio. quia facta non presumuntur. et ius exigit vocationem. l. j. ff. de in ius vocan. et predicta intellige quando acta non reperiuntur. sed solum sententia.

¶ Ultimo querit Abb. hic in fine. an sufficiat sola presentia partium absque alia citatione seu monitione: et recitatis quibusdam doctoribus concludit ipse quod sic. nec placet sibi distinctio Bar. in. l. j. ff. de in ius vocan. an presens velit litigare vel nō quia iura communiter exigunt presentiam. Sed adde tu de hac materia Bal. et Sali. in rub. C. de in ius vo. Bal. in auctenti. offeratur. C. de li. contes. in. l. nec quicquam. §. ubi decretum. in. vj. colum. ff. de offi. procon. et lega. qui allegat Jo. an. l. c. fi. de elec. in. vj. qui communiter allegatur ad hoc. et in. l. j. ff. de fe. Ab. in. c. inter quattuor. de maiori. et obe. in. c. cum causa. de offi. dele. Addo etiam quod notabiliter voluit Bal. in autē. si omnes. C. si ut se ab heredi. absti. quod statutum requirens citationem verificatur in presentia. et hoc dictum refert Alexan. in. l. fi. in prin. C. de procura.

¶ Ex capitulo. consanguinei. cum sua materia facias has cōclusiōes. Prima. quod sententia lata in causa matrimoniali pōt ex supveniētib⁹

414

probationibus retractari etiam si negocium non sit integrum. vtpu= ta quia coniuges transiuerunt ad alia vota. de quo in capi. sicut. de testi. ¶ Secunda conclusio. quod ad confessionem amborum coniugum non est sententia retractanda quando fuit lata sententia occcasione impedimenti non dependentis a volũtate partiũ. vt i casu isto. secus vbi sententia dependet ex eorum facto vt puta quia pronunciatum est illos mrimoniũ non contraxisse. possunt enim nunc dicere contrarium nullo subsistente impedimento: et ecclesia illis credet cum possint de nouo cõtrahere. si tamen eorum cõfessio nõ tendit in alterius matrimonij pre= iudicium. ¶ Tertia conclusio. sen= tentia censure transit in rem iudicatam post lapsum decẽ dierũ quo ad priuatam vtilitatẽ. non quo ad pu= blicã tangentem periculum animarum. quia non auditur volens pro= bare iniusticiam ad effectũ euitan= di expensas: seu penam cõtumacie: vel id propter quod fuit excommu= nicatus. videtur enim in facto priua= to ratione cuius fuit lata sententia acquieuisse sententie. Itẽ transit in rem iudicatã quo ad presumptionẽ iusticie vt est dictũ notabile Inno. in. c. bone. de elect. Si autẽ fuit ap= pellatũ. excõicator debet pbare iu sticiã quod est nota. sm Ab. limitat tamen Ab. primũ nisi quo ad monitionẽ. illa enim non presumitur etiam si non fuit appellatũ. illa enim dz pbari. c. sacro. de sen. excõi. et hoc ideo quia talis sentẽtia solet ferri in ab= sentem, vnde non presumitur cita= tio vel monitio nisi probetur. cessat enim ratio presumendi pro ea si ps ignorauerit. Si autem iudex excõ= municauit aliquem presentem et nõ appellantem. omnia presumuntur solenniter gesta ratione presentie et taciturnitatis: et de materia p glo. notabilem in cap. ad reprimendam in ver. non suspendatur. de offi. or= di. per Ioan. an. in. c. venerabilibus de senten. excõmuni. in. vi. et p doc. hic. ¶ Ultima est conclusio. senten tia corporis afflictiua transit in rem iudicatam. Si tamẽ apparẽt pba= tiones nouiter reperte põt subueniri pdẽnato per principẽ duntaxat. tex. est nota. vbi p Bar. l. l. diui fratres. ff. de pe. scdm Abb. cui adde ipsum Abb. in. c. fi. in fi. de purga. vulga. qui allegat etiam hunc text. ¶ Ex. c. cum olim. facias has conclusiones sm Io. an. et cõiter doct. ¶ Prima. quod si duo iura concurrũt in eadem persona quorum quodlibet producit ius vocis dande. debet talis persona habere duas voces quia censetur iure diuersorum: et idem in distributionibus quotidianis quando ratione cuiusque iuris debentur ipse distributiones. et Abb. allegat Bart. in. l. si seruus cõmunis. ff. de stipu. seruo. in illa questiõe de testatore qui legauit cuilibet fratri cappam et priori bibliã. quod etiã priori debetur cappa. Limitat tñ notabilr Ab. quantũ ad distributiones quod non procedat quando is in cuius persona cõ= currunt talia iura deseruit respectu vnius et hoc constat: et non debet habere distributiones respectu alteri us iuris. exẽplũ i canonico habẽte capellaniam in ecclesia qui celebrat tanquam capellanus. nam tunc nõ potest dici quod intersit vt canonicus. quia actus ille pro tunc celebran= di sibi vt soli capellano competit: et hanc limitationem ponit ex intentione Federici in suis cõsilijs: et sic priuatur distributionibus quas debet habere vt canonicus.

¶ Secunda est conclusio. habens dignitatem vel personatũ in ecclia. siue canonicatum. non habebit vocem in capitulo cessante consuetu= dine quia non solum habentes ius canonie habent vocẽ. Inno. in. c. si. de institut. et ideo dicitur quod cano=

pati famem/sitim/ et frigus/ et alias penalitates hois preter ignorātiā et peccatum. ¶ Si tu vis scire causas q̄re christus non assumpsit carnē humanā prius vel tardius. vide glo. in dicta cle.j.in ver.ex tēpore ¶ Si tu vis etiam scire quare voluit incarnari de maria virgie et nō de alia. vide glo. in ver. virginali. ¶ Si tu vis etiam scire cās quare christus elegit mortē crucis et non aliam passionē. vide glo. in dic. cle. in ver. cruci. ¶ Si tu vis scire q̄re euangeliste figurantur diuersimode. vide glo. in ver. ezechiel. ¶ Si vis scire mlta pulchra de aia rōnali et intellectiua. vide glo. pulchrā in ver. intellectiue. Quis dicatur proprie pertinax. glo. est in ver. pertinaciter. nam pertinacia est in malo perseuerantia in virtute. Qualiter paruulis non sentientibus infundātur per baptismum virtutes et gratia informans. glo. est in dicta cle. in ver. opiniões. Ultimo vidi quādoqz q consanguinei nō permittūt testatorem testari: q2 non pmittunt ventre notarium et testes. quod remedium est: et dicas q debet adiri iudex qui debet ire vel mittere notarium. ita dicit Bar. in l. curēt. ff. de testi. in l. j. ff. si quis ali. testa. prohi. et ibi dicit prohibens potest accusari et punietur pena extraordiaria.

De supplen. negligen. prela.

Quia sepe in prelaturis res perfunctorie aguntur. xl. dist. c. ante oīa. et q negligitur supplēdum est et quod omittitur restaurandum est. ideo ponitur ista rub. Nota vnum casum sing. in quo monitio quantumcunqz extraiudicialis debet esse trina. quando requiritur superior de conuincenda eius negligentia. in. c. j. que tamen requisitio debet esse in humilitate: et deuotione. vt ibi. dicunt tamen doct. q si semel requisitus eps denegat exp̄sse. āplius nō est requirendus: et est casus ibi in q̄ quis dat qd nō h3 auctoritate iuris q2 non bene dictus propter negligentiā epi benedicit monachos. In. c. ij. habetur q monachi ecclesias in quibus hñt ius patronatus nō possunt propria auctoritate vsib9 proprios deputare Et nota ibi tex. que requirātur vt ecclesia dicatur sufficiens: et nota illum tex. quia ad officium epi pertinet vt ecclesie manuteneātur in statu antiquo in quo fuerunt ordinate. No. vnū dictū qd colligit in. c. iij. q nō admittitur purgatio more qn̄ est facta executio a iure. No. q collatio est ipso iure nulla facta post semestre tempus lapsum. c. literas. de quo etiam. in. c. precedenti et sequēti. Et vide gl. ij. in illa questione ad quem pertineat potestas conferendi. an ad epm solum. an ad capl'm. vel ad vtrumqz. Ultimo tu vides q quotidie testatores faciunt suos executores in testamento. Quero vtrum testator possit cōmittere electionem sui executoris: et respōdeo q non. per. tex. no. vbi per Bald. in l. nulli. in prin. C. de epis. et cle.

De supplē. negli. prela. in. vj.

Nota vnam regulam in. c. j. q archieps nō supplet defectū suffraganeorum etiam impeditorū ratione delicti. nisi tantum in casibus expressis in iure. Nota glos. in ver. culpis. q propter negligentiam episcopi deuoluitur iurisdictio ad archiepiscopum: et erit practica q si episcopus tertio requisitus. vt in cap. j. supra eo. non procedit. vel pria vice expresse denegat poterit cognoscere metropolitanus. Cōsulūt tñ doc. q archieps remittat subditū ad suffraganeū statuēs sibi terminum competentē in quo subdito iusticiam faciat. quo elas

415

pso si ipse nō faciat poterit ipse facere. Et nota vt eps monitionē negare non possit fiat de presentatione literarū corā testibus publicū instrumentum: et in casu. c. primi adeundus est papa vel legatus si est in puincia sm hosti. ¶ Nota q in. c. grandi ponitur de coadiutore q datur regis remisso vel negligenti. q coadiutor hz gnalem et liberaz administrationē. vt ibi. q etiā tex. pbat q gerēti vices regis debet adhiberi idem honor sicut regi. et facit ad notata per Bart. in. l. filius. ff. de legatio. et talis coadiutor debet habere expensas pro se et suis: vt ibi. Nota glo. in ver. regis. et q nota q seculares persone propter negligētiam priuari vel deponi nō debent a dignitatibus sclaribus ex successione prouenientibus: sed dz dari tunc coadiutor: et ex aliis causis. vt in tex. licet sm glo. clerici et alii plati bene remoueantur pter negligentiā. pro quo hēs glo. no. in c. sepe. xvi. q. ii. Nota glo. in v. liberam. an hns liberam possit donare Et concluditur regulr q nō. Nota glo. in ver. monasteriorū. an appellatione ecclesiarū contineatur monasterium. de quo hic per Domi. Nota glo. in ver. violentos. quādo sit q subditi teneantur pugnare p domino. Et vide q habetur in. l. hostes. ff. de capti. in. c. olim. §. de resti. spo. Nota glo. fina. quando expiret coadiutoris officium. ¶ Nota q capitulū potest administrare bona ecclesie vacantis. vel quasi. quo ad temporalia et spūalia. vt in. c. si episcop9. Nota gl. in ver. sz caplm que ponit casum i quo ciuilis mors equiparatur naturali. non extenderet tamen hoc ad alios casus. vt si sede vacante competeret iurisdictio archidiacono vel alii de capitulo: qz nō hēret locū si sedes quasi vacaret. vt in casu istius capli scdz doc. Et colligi etiā potest argumē tuz ex glo. q officiū vicarii expirat per capturam epi sicut per mortez naturalē epi. facit glo. in clem. si. d pcu. ¶ Nota q ecclesie cathedrali vacanti datur visitator p papā nisi propter negligentiam capituli vl dolosam administrationem cū cause cognitione archiepiscop9 daret. vt in cap. fina. solus tamen deputatus a papa confert beneficia. Nota glo. in ver. premissa. et adde nota ta in cap. prouida. de elec. in. vi. et glo. notabi. in clem. i in ver. in ver. inhibentes. de iure patro. ¶ Ultimo quero. aliquis pmisit in aliquo loco rndere. quomō itelligatur ista promissio. Et rndeo q videt pmittere de cōparendo et soluendo. tex. do tibi nota. ibi per Bal. in. l. iii. C. de procu.

De sup. negli. prela. in cle.

Dispositio loquēs de religiosis nō comprehendit seculares clericos licet videatur ratio eadem quando materia est exorbitās glo. est in cle. §. in ver. regulares. ¶ Si beneficii collatio spectat ad caplm eccle collegiate iferioris cl tra cathedralē per ipsius negligentiam non cōferendo deuoluitur potestas nō ad diocesanum loci sz ad prelatum ipsius capli. glo. est sing. in dic. cle. in ver. prelati ¶ Ex negligentia non eligentiū seu non pñtantiū deuoluitur ptās ad ɔfirmantē seu ad instituentē siue sit diocesanus siue alius. glo. est notabi. in dicta cle. in ver. dispositionē. et est singularis sm Abb. in. c. cum in cunctis. §. fina. de elec. quā etiā multū notat in. c. §. eo. ti in. c. cum vos. de offi. ordi. in. c. illud. de iure patro. in cap. ii. in fi. de concess. preben. et pro intellectu in. c. cām q. de elect. ¶ Exemptio prelati habentis ius conferendi nō impedit deuolutionē collationis ad diocesanū in bñficiis non exemptis ratione negli-

gentie in non pferendo. glo. est in. d. cle. in ver. sua auctoritate. secus tñ est si ppter delictuz priuet. vt qr cõtulit indigno. vt tenet ibi glo. in ver. negligentiam. qr illa cle. ponit ius nouum et derogatiuum priuilegij. exemptionis. et sic materia restrigibili non sunt paria. nullo modo conferre. et indigno conferre. Patronus ecclesie curate potest ita presentare religiosũ sicut secularẽ: vt pbat glo. in dic. cle. in ℣. secularibus. Ex causa possunt epi nouas imponere pensiões ecclesie et veteres augere. gl. est in dic. cle. in ℣. imponant. ¶ Ultimo fui interrogatus de hoc casu. concessa est immunitas patri et filijs an filij gaudeant immunitate: etiaz viuo pře. et rñdi q sic. per cõem doctrinam. doc. in. l. gallus. §. j. ff. de libe. et posthu.

¶ De scrutinio in or. facien.

In hoc tit. ponitur q antequã pcedatur ad actum ordinatiõis debet pcedere qdam inquisitio summaria et extraiudicialis de qualitate ordinali. cuius forma est. vt vn° d assistentibus id est pñtans interrogetur de abilitate promouendi et ipse rñdeat de qualitate ordinandi. et vide tex. de materia in. c. qui eps. xxiij. dis. et xxiiij. dist. per totum. Nota glo. hic que sp allegat. q vbi agitur de preiudicio anime semper presumendum est in deteriorem partẽ. Et nota q in dubio quãtuz ad bonitatem naturalẽ quilibet presumitur bonus: qr naturaliter homini presumuntur ℣tutes inesse: qr contra peccatũ datur reparatio per sacramẽtum baptismi. c. firmiter. de sum. tri. in quo confertur gratia. et sic cuz cõstet semel reparatus presumitur adhuc reparatus nisi constet contrarium. Et nota q per istum tex. colligitur limitatio ad glo. nota. in. c. si forte. de elect. in. vº. q vult q bonitas accidentalis nõ psumatur: qr nõ pcedit quãdo apparet aliqd testimonium bonitatis illius: vel est aliqua presũptio: vt in dic. tex. vt qr ad hoc est pñtatus p alios tanq̃ bonus: et idoneus. qr tunc psumitur accñtal. bonitas. et vide glo. j. ibi. An aũt qlitas diuitiarũ psumatur. gl. sunt cõtrarie. dicit Anto. de bu. in. l. si vero. §. qui pro rei. ff q satisda. cogan. in l. ij. ff. de proba. Sed cõcordat: q si non apparet q aliquis vnq̃ habuerit diuitias et non presumunt: qr quilibet nascitur nudus. secus si semel habuit diuitias. ¶ Ultimo tu scis dispositionem titu. de nõ numera. pecu. sed volo allegare tibi vnã gl. singu. q si moriens est cõfessus se recepisse mutuum: non poterit heres opponere exceptionem non numerate pecunie: qr moriens non expectabat futuram numerationez. glo. ẽ fin. j. l. j. C. d fal. cau. adie. lega. scz m Bal. in ti. de pac. psta. in ℣. vasalli.

¶ De sacra unctione.

Quia ex ordinandis aliqui inungũtur: ideo ponitur ista rubric. Et in consecrationibus faciendis attendi debet forma ecclesie romane. nec valet consuetudo in contrarium. ¶ Et in. §. scire tractantur plura de consecratione episcopi. et notent epi illum tex. quia debet laborare erga duo ad puritatem conscientie: ad odorem bone fame correspondentem puritati conscientie. vt per hoc trahat alios ad bñ operandum ¶ Tangitur per doct. hic. an sacramentũ matrimonij gratiaz imprimat. et est pclusio. q si fideles vacant orationibus et ea intentione qua dñt ptrahant. et alr se ad grãm recipiendam abilitẽt: aliqua dat in sacramẽto matrimonij gra ꝯ triplicem inordinationem: quia concupiscẽtia inclinat ad multas mulieres. sed p grãm sacri soli vni vult coniũgi. et inde oritur bonum fidei. Secũda qr inclinat ad solam delectatio-

418

Sunt q̄dā sacra q̄ nō reiterantur ne fiat iniuria sacro prius collato. iō ponit ista ru. de q̄ p gl. in c. ij. de aposta. de cōse. dis. iiij. c. ostēditur. lxviij dis. §. qd. §. ¶ Et si tu vis scire q̄d sit caracter. dicas q est quedā q̄litas disponens r abilitans animā ad suscipiendā maiorē grāz q̄ q̄litas a quibusdā dr̄ sanctitas: qr p̄parat animā ad sanctificationez sm̄ Inno. r Host. Vel pōt dici q caracter est mentis custodia eo q inseparabiliter custodit mentē: r ipsam p̄parat r abilitat ad grām p quā ipsa aīa custodit. r iste est caracter baptismi. Caracter aūt ordinis est signum spūale indelebile r distinctiū: r spūalis ptās ad aliq̄d sacrum. Et accipe simile in bello. nam ibi est signum oībus cōe. r qr militia est vita hominis sup terra. sic quilibet christian⁹ habet ī hac militia cōe signū scilicet baptismū q̄ facit eū abilē ad alia sacra. Est aūt in eo signū distinctiuū: qr per eū distinguitur ab infidelibus inabilib⁹ ad grām r alia sacramēta. Sunt etiā in bello aliqui plus parati ad resistendū r pugnandum r isti h̄nt suum signū r vexillū tale signū repn̄tatur p confirmationē in fronte per quā roborat nō solum ad pugnandū pro salute p̄pria cōtra cōcupiscentias que remanent post baptismū: s3 ēt ad constātē confessionē nois christi r defensionis fi dei vn̄ in p̄mitiua eccl̄ia eligebātur aliq̄ ad publice manendū in loco psecutionis aliīs occulte manētibus vt' ptz in legēda scī Sebastiani: vt refert An. de bu. Sunt aliq̄ q̄ h̄nt alios regere vt duces belli. r illi solent h̄re spāle vexillū. r tale est qd ī primitur in ordine p qd fit aliq̄s abilis ad alios regendos r sacra ministranda. Et no. q baptism⁹ ꝯfirmatio: r ordo. nō sūt iterabilia qr ī eis ip̄mit caracter. Et d sacris q̄ sūt sepnē est glo. ī. c. veniēs de trāsac. Et qr in. c. pastoralis. fit mētio d man⁹ impositione. de multiplici man⁹ impositione vide. ī. q. ī. manus. ¶ Vltimo tu scis q nō reqritur vt' dn̄o si

nici et episcopus faciunt vnum cor-pus. de aliis vero nihil. c. nouit. ca. quanto. de his que fi. a prela. qui er-go vult hoc ius sibi vendicare opor-tet q probet sibi ex aliquo speciali iure competere. quod est no. ¶ Ter-tia est conclusio. ille qui habet duas voces. etiam iure proprio non pot illas diuidere. Jo. an. in. c. penul. §. porro. per illum tex. de elec. in. vi. et Ab. hic. ¶ Quarta conclusio. q si-cut ad episcopatum potest eligi qui est in subdiaconatu. c. a multis. de e-ta. et qualita. et hoc sufficit. fortius i inferioribus dignitatibus debet suf-ficere q sit in minoribus secundum Inno. et magis communiter docto. ¶ Quinta conclusio. quando super eodem facto apparent due sententie interlocutorie contrarie: nec appa-ret q iudex tulerit secundam animo * reuocandi primam: q prima non vide-tur reuocata: quia primam esse latam de-bet iudici liquere quando profert se-cundam contrariam. ita per hunc tex. dicit Bar. in. l. quod iussit. ad finem ff. de re iudi. et in iudice ordinario est presumenda ignorantia in dubio pro-pter multitudinem factorum. dicit ta-men Ab. presumi scientiam si iudex de proximo presertim in facto nota-bili tulisset illam. dicit tamen Bart. ibi q si potest reuocari sine cause co-gnotione. vt est dilatio. tunc dando secundam videtur reuocare primam. ¶ Sexta est conclusio. superior in concedendo gratiam non tenetur ci-tare seu vocare illum cui fit preiudi-cium. notat Inno. in. c. nisi cum pri-dem. de renuc. quem allegat Ab. et subdit q in his que sunt de iure gen-tium debet vocari ille cui fit preiu-dicium. licet de plenitudine potesta-tis ex causa possit princeps in preiu-dicium alterius concedere priuile-gium. de quo hic per Abba. et consu-luit Alexan. per multa deducta p-eum ibi in consilio. ii. in primo li. q princeps de plenitudine potestatis potest legitimare in preiudicium fi-liorum quibus erat delatum ius ad-eundi: etiam illis irrequesitis. et vi-de quod notat Barto. in. l. adoptio. ff. de adop. ¶ Septima est conclu-sio. ille videtur eludere collationem superioris qui vult ecclesiam post-ea recognoscere ab inferiore. vt est glos. notabi. in dict. c. in ver. dona-tionis. et si hoc facit sine causa. est legitima causa illum priuandi secun-dum Abba. secus si faceret ad cau-telam. vt quia dubitaret de validi-tate prime collationis. c. post electio-nem. de conces. preben. ¶ Octa-ua est conclusio. quando in absentia po-test constare de facto liquide. potest procedi contra non citatum. glo. est singulariter notanda in dict. c. cum olim. in ver. absenti. et sic in facto no-torio in quo nulla defensio potest competere proceditur contra absen-tem. secus vbi aliqua defensio pos-sit competere. de quo per Innocen. in. c. tua. de coha. cleri. et mulie. in. c. quanto. de transla. prela. in. c. ex in-sinuatione. de appella. Archidia. in. c. que lotharius. §. q. i. tex. notabi. et Barto. in. l. fi. §. q si de frumentaria. ff. de admi. re. ad ciui. perti. c. vene-rabilem. c. bone. de elect. ¶ Et no-ta q Ab. concludit q sententia prin-cipis sine citatione non valeat etiam contra subditum. non solum contra non subditum quem dicit aliqua ra-tione suum forum sortiri. mouetur per tex. in cle. pastoralis. de re iudi. tex. et glo. in. l. fi. C. de legi. et per quedam alia. sed alibi contra Ab. allegatur ut quidam. ¶ Ultimo nota singulariter glo. fi. in dic. c. cum olim. q verba de plena omnium concordia. prolata in mate-ria iuris in negocio vniuersitatis. ex quo non apparet aliter principem ius voluisse immutare debent improprii-ari: et reduci ad terminos iuris: vt verificentur in maiori parte vniuer-sitatis. Ex. c. cum iter. facias has con-clusiones q allegatur sed q valet sula. H.

ius litigatoris si non fuit appellatū infra decē dies. ¶ Et prima est ista clerici tenentur ire cum illis ad letanias quibus pleno iure subijciuntur regulariter tamē sacerdotes tenentur ire ad ecclesiā cathedralem in letanijs seu rogationib⁹. tex. ē iū. glo. in. c. qñ pſbyteri. xxxviij. distin. ¶ Secunda cōclusio. ꝙ ad ꝓbationem iuris proprietatis. satis est inter easdem personas ꝓducere sñias super eodē iure ꝓlatam. ꝛ tenetur iudex sm illam iudicare. ꝛ ratio est: qꝛ ex quo non fuit appellatum fecit ius inter partes. quod tamen intellige in dubio secus si notorie cōstaret de iniusticia de quo fuit dictū ſ. in. c. a inter ceteras. ¶ Tertia est conclusio. postq̄ sñia transiuit in rem iudicatā ꝑsumitur ꝙ fuerit rite ꝛ recte lata: ita ꝙ nō est necesse ampli⁹ producere acta ad probandū iusticiam vel processum licet pars aduersa dicat eam vndiq̄ iniustam. de quo plene in. c. qm̄ cōtra. de ꝓba. per Inno. in. c. bone. de elec. in. c. cum in iure. de offi. dele. ¶ Quarta est cōclusio. Si princeps subijcit ecclesiā pleno iure: intelligitur in temporalibus: et spūalibus. glo. est prima in di. c. cui adde glo. in. c. conquestus. de fo. cōpe. ꝛ ibi vide per Ab. ¶ Quinta cōclusio. ꝙ episcopus cōcedens ecclesiam videtur concessisse omnia iura que ipse possidebat in ecclesia. excep tis q̄busdam que a se abdicare nō potest. vt in. c. pastoralis. de dona. ď quo per Jo. an. in. c. cum venerabilis. de censi. per glo. in di. c. pastoralis. nec per generalem donationem videtur data potestas donatario: vt possit conuertere fructus in vsus ꝓprios. dictum est notabile Inno. in c. pastoralis. de priuile. sm Ab. Intellige tamen ꝙ episcopus faciat cū consensu capituli: ꝛ ex causa. dict. c. pastoralis. Ex sententia tamen potest eē ecclesia alteri pleno iure subiecta. non sic ex donatione episcopi: quia pro sentētia presumitur ꝙ fuerit ex aliqua causa iusta lata ſꝫ eps non pōt a se in totū onus epāle abdicare. nā qua ratione posset respectu vnius ecclesie: posset respectu aliarū. qđ nō est admittēdū. qđ est no. ¶ Sexta est conclusio. metropolitanus si vult concedere priuilegium in diocesi sui suffraganei i facto graui concernente statum totius prouincie requiritur consensus omnium episcoporum ꝓuincie. glo. est notabilis quaꝫ sic intelligit Ab. in. c. placuit. xvj. q. vj. ix. q. iij. in fi. summe. sed in facto concernente preiudiciū vnius episcopi dumtaxat sufficit illius cōsensus. dummodo interueniant alie debite solennitates ꝛ consensus capituli. ꝛ ꝓcedat glo. in hoc. c. ¶ Septima est conclusio. ꝙ licet papa cōcedat ecclesiā pleno iure: nō potest tamen donatarius cōuertere fruct⁹ in vsus proprios. habebit ergo potestatem in temporalibus quam habet episcopus scilicet exigēdi rationem de temporalibus. c. cum ꝛ plantare. de priuile. ¶ Octaua est cōclusio. ꝙ sententia non facit ius inter alios. tamen fallit in multis casibus: de quibus per glo. in ver. ad litigantes. ꝛ vide per Bar. in. l. ingenuum. ff. de sta. ho. ¶ Nona est conclusio. si fuit actum vt arbiter seu iudex super omnibus pronunciet simul non valet sententia nisi super omnib⁹ simul pronuncietur. l. quid tamen. ff. de arbi. c. cum dilecta. de rescrip. ¶ Decima est conclusio. si nihil est actum: ꝛ libellus continet plura diuersa capitula. valet super parte: ꝛ in reliquis non videtur neq̄ absoluisse neq̄ condemnasse: quia tot sunt petitiones quot sunt res. ꝛ per consequens tot sententie quot res. ¶ Undecima est conclusio. Si libellus continet vnam rem singularem. seu certam summam non valet sententia super parte. l. in hoc iudicio. ff. fami. her. Et idem si sunt plu

ra capitula connexa. vt non valeat sententia super parte. Hoc autem limita non procedere quando vna sūma fuit in petitione sed certa pars fuit petita ex vna causa. et reliqua ex alia. tenet enim tunc sententia super parte. Item etiam limita quod dictum est quod non valet sententia super vna parte vnius capituli. vt non procedat quādo instantia esset pro parte perempta. ita quod sequeretur absolutio ab instantia iudicij. tunc enim sufficit pronunciare super illa parte qua tenet iudicium. l. si constante. §. si. ff. solu. matri. Et idem si aliquis conuenitur rei vendicatione pro certo fundo. et repertum est illum possidere solum pro dimidia. Iudex illū in illa dimidia condemnabit. et valebit sententia: licet in alia parte nihil dicat. quia super illa nō tenebat iudicium. l. si. ff. de rei vendi. cautuz tamen est secunduz Ab. quod iudex absoluat super illa dimidia causa expressa. quia non reperitur illa possidere. ¶ Duodecima est conclusio. quando libellus fuit oblatus cōtra plures. si pronunciatur contra vnuz valet nec videtur pronunciatum cōtra alios. ¶ Tertiadecima cōclusio. si sententia fuit lata super parte cuz dictione taxatiua tantum. vt puta quia centum petitis. dixit condemno Titium in quinquaginta tantum valet sententia quia videtur pronunciare super toto quia tacite absoluit in aliis quinquaginta per illam dictionē taxatiuam. ¶ Decimaquarta conclusio. si libellus cōtinet vnū capitulum generale vel vniuersale vt puta peto iura episcopalia. vel administrationem vel rationem tutele. et tūc si partes fuerunt prosecute aliquas species tantum. et iudex super prosecutione tantum tulit sententiam valet. nec super aliis videtur absoluisse vel condemnasse. l. licet. C. de iudi. ¶ Decimaquinta cōclusio. si partes fuerunt generaliter prosecute contenta in libello. et genus est resolubile in diuersas et certas species. vt peto subiectionē pleno iure. vel peto iura episcopalia scitur enī que sunt illa iura episcopalia. et idem ac si singulariter fuissent petita et sic idem dicendū ac si fuissent plura capitula. et sic tenet sententia super expressis in sñia. et in aliis nō videtur iudex neque absoluisse neque cōdemnasse. Si aūt genus deductū in libello non est resolubile: vel saltem nō recipit determinationem iuris a iure: tunc valet sñia super parte: quia tunc videtur pronūciatū super toto l. i. vbi per doc. C. si aduer. rez iudi. Exēpli gratia. peto mihi reddi rationem administrationis frumenti. agēdo actiōe tutele. et reliqua peto mihi restitui. iudex mandat mihi quinque restitui. cum in veritate deberentur decez. tūc enī valet sñia: quia in dubio videtur iudicasse super oībus debitis. cū oīa illa verba gñalia in petitione contenta nō recipiāt certaz determinationem a iure. et sic nō potest dici quod iudicauerit super parte. hec omnia procedūt quando iudex super parte iudicat. vel tacite super toto modo predicto. ¶ Decimasexta conclusio. quia solet dubitari quid si iudex pronūciauerit super toto: sed defectus annullatiuus concernit partē dumtaxat. nunquid possit sententia valere pro parte: si sunt diuersa capitula potest valere sententia super parte petitorū: et super aliis vbi reperitur defectus est nulla. l. quedaz mulier. ff. fa. mi. her. Si aūt est vnuz capitulum: vt quia peto decem: iudex cōdemnauit in quinque. ex scripti recitatione. in aliis vero quinque cōdēnauit viua voce sine scriptura. et tūc sñia nō tenet. quia nō habet sua substātialia: cū vnica sit sñia nō potest pro parte valere: et pro parte non. et idez si iudex habens facultatem cognoscendi vsque ad decem tantum condemnauit in quindeci: non enī valet sñia.

in decem: qz cũ vnica sit non potest pro prevalere. glo. est no. in. l. fi. ff. d iurisdi. om. iudi. lz contrarium tene at glo. in. l. ij. C. de re iudi. Sed bar. in dic. l. fi. concordat distinguendo inter plura capitula z vnũ. z de ista materia per doc. hic z vide Bar. in l. j. C. si aduer. rẽ iudi. ¶ Ex. c. cãz. habe has cõclusiones. Prima a sẽtentia iudicis partiũ ꝯsensu delegati põt appellari. concordat. l. ex consensu. ff. de appel. Et idẽ dicas in iudice cuius iurisdictio fuerit prorogata partiũ consensu: qz põt appellari. probaꝛ p locũ a spãli. i. l. epãle. C. de epis. audi. z si non appellatur a iudice prorogato inter subditos. ita nec ab istis prorogantibus. vt ibi p Bal. z per Ab. hic qui vult ꝙ priuilegium. l. epãle. procedat solum inter laicos non clericos: qz non potuit imperator priuilegiare episcopuin in preiudiciuz clericorũ. z i derogationem iuris canonici quod ꝑmittit appellari a sñia epi. c. pastoralis. de off. ordi. z ad predicta adde quod scribit Bar. in. l. j. §. quesitum. in. l. ex consensu. ff. de appel. in l. si conuenerit. ff. de re iudi. Ab. i. c. intimasti. de appella. ¶ Secunda conclusio: ꝙ post appellationem ꝑsumitur pro sententia: z iudicem iuste fuisse motum. si productis actis non colligitur iniquitas. z hũc tex. reputat Ab. no. in hoc. ¶ Tertia ẽ conclusio. ꝙ licet Inno dicat in. c. quoniam contra. de proba. ꝙ si iudex qui recipit testes perpendit illos vacillare vel variare debet hoc facere in actis describi. qz licet iste posset ferre iustaz sñiaz. tñ iudex appellationis ꝓfert sñiam sm attestationes: qz de hoc sibi nõ ꝯstat. z fa. qd notãt doct. c. i pñtia. de renũ. tñ ꝯcurrentibꝰ tribꝰ de qbꝰ in dic. ca. cãm. ꝑsumitur ꝙ iudex fuerit iuste motus: scz ꝙ sentẽtia nihil iniquum contineat: z ꝙ consensu communi ꝑtiuz cã sit cõmissa. z ꝙ pars in fine requisiuit iudicẽ vt ferat sñiam ꝑsumitur pro sñia licet in attestationibus appareat ꝓbatũ esse pro actore. z ꝙ iudex ex aliq̃ iusta cã fuit motus ad nõ seq̃ndũ illas probatiões iste est intellectus nouus z notabiľ quẽ dat Ab. ad dic. cãm. qd est nota. z multũ mihi placet: qz nõ est presumendũ ꝙ papa frustra ponderasset illa que ibi dicũtur in tex. ¶ Ex c. qd ad consultationẽ. cũ sua materia habeas has conclusiões. Quarum prima est ista. tp̃s decẽ dierũ ꝑfixum ad appellandũ currit a prolatione sñie: z sic non excluditur a numero dies illa in qua fuit lata sñia: sed tẽpus currit de momẽto ad momentũ. a principio tamẽ hoc tp̃s est vtile: sed in progressu est continuuz l. j. §. dies. ff. quãdo appel. sit. z. §. biduum. Si eñ iudex a quo z ad quẽ nõ faciunt sui copiã tp̃s non currit consulit tamen Bar. ꝙ pars protestetur hoc z appellat corã publicis personis. Et adde Bar. in. l. de pupillo. §. si quis ipi p̃tori. i. xvj. q̃sti. ff. de no. ope. nunc. Currit etiam istud tempus a tempore late sententie nõ aũt a tempore finiti termini prefixi. ad aliqd faciẽdũ. ¶ Scda ꝯclusio. si mandatur sentẽtia executioni ãte lapsuz decẽ dierũ. debet executio reuocari. de quo in. c. non soluz. de appel. in. vj. Et dicit Ab. ꝙ etiam i cã criminali non dz mandari sententia executioni infra tempus decẽ dierũ z allegat Barto. in. l. qui vltimo. ff. de pe. sed Barto ibi dicit ꝙ de consuetudine seruatur contrarium. Et adde Bar. in. l. non tantuz. ff. de appel. ¶ Tertia conclusio. ꝙ pars nõ appellando videtur acquiescere sẽtentie. Ad idem est text. secundum Ab. in. l. fi. C. de sen. q̃ sine cer. quanti. in. l. ab eo. C. quomodo z quando iudex. Et tu adde tex. in. l. j. C. si seruus. in integrũ. resti. postula. in. l. j. C. de postulan. Dicas tamen ꝙ non appellans non vere consentit: sed

scte: qz sepe qs omittit appellatio nem execrans lites: et timens vexationem iudiciorū. et ideo ex sentētia condemnatoria iniusta nō oritur naturalis obligatio fm Ab. ex intētione Barto. Iura ergo presumunt illum consensum vt sit litium finis: et sic vt precludatur via appellandi. ¶ Quarta conclusio. ab executore regulariter non appellatur: qz ipse non grauat: sed iudex qui commisit executionez. Nisi executor excedat modum sibi iniunctuz. l. ab executore. ff. de appel. qz ipse et nō iudex grauat et quando dicatur excedere moduz. vide per glo. hic. ¶ Quinta cōclusio que colligitur ex glo. q in appellatione a diffinitiua non est exprimenda causa. et si expressit pōt aliaz prosequi. de quo in. l. scio. ff. de appel. Ab interlocutoria est exprimenda causa. de quo in cle. appellanti. de apel. in. c. vt debitus. de appell. Et de interlocutoria habente vim diffinitiue Ab. remittit ad ea q̄ habentur in. c. peruenit. de appel. Et tu allega glo: singu. in. c. si. de elect. in. vi. in ver. inanes. que videntur tenere q nō. ¶ Sexta conclusio. si fertur snia nisi se purgauerit: ē diffinitiua. si autem simpliciter est indicta purgatio. illa est sentētia interlocutoria si tamē dubitatur an purgatio sit indicenda. et iudex pronunciauit illam non indicendam: ista est diffinitiua fm Ab. vel saltem habet viz diffinitiue. cum non expectetur alia sententia. c. significantibus. de offi. dele. Tangitur etiaz in hoc. c. an iudex possit breuiare dilationem iuris sed de hoc dictum est in ti. de appel. ¶ Septima cōclusio. de iure datur etiam tempus quadrimestre illi qui confitetur debitum. et non fertur sententia: licet de consuetudine dentur decem dies. glo. et Bar. in. l. si debitor. ff. de iudi. glo. in. §. omnis. insti. de ver. obli. Et nota q terminus q̄ datur iudicatis non habet locuz in arbitro. l. si cū dies. §. si. iūc. glo. ff. de arbi. ¶ Octaua conclusio notabil. si debitor vult vti dilatione quatuor mensium: vel decem dierum. debet satisdare de soluendo in termino. tex. est singu. iunc. glo. in. l. si debitori. et ibi per Bart. l. vniuersa. C. de p̄ci. impera. offe. per quez tex. fuit cōsultum: q si est datus saluus conductus vt infra certum terminum non possit a suis creditoribus conueniri debet intelligi dummodo satisdet de soluendo post terminum. quod ē no. Et dc Bar. q si non caueat poterit interim in carcerem reponi: nisi cedat bonis. hoc limitat Ab. i debitore laborante inopia: quia si debitor habet bona sufficientia pro debito non dz incarcerari. allegat gl. quam dicit nota. in. l. vl. §. tutores. ff. de suspec. tuto. Et adde q illam glo. approbat Bal. in. l. si. §. et si prefataz. C. de iu. deli. in. l. quicunqz. C. de ser. fugi. in. l. ob es. C. de acti. et obli. in. l. etiam. C. de execu. re. iudi. in. l. f. C. qui bo. cede. pos. in. l. f. in fi. C. de iu. et fac. igno. et ibi illam dicit ordinariam Ab. in. c. lator. de pig. Et plene de hac glo. per Alex. in. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudi. et ista glo. loquitur de iure. sz de consuetudine in quibusdā locis seruatur contrarium. et hoc casu fuit locutus Bart. Et de materia glo. an et quando possit appellari ab executore. adde quod notat gl. i. l. ab executore. C. quorum appel. non reci. in. l. ab executore. ff. de appel. et Bart. in. l. a diuo pio. §. sententia. ff. de re iudi. Et q sit exprimenda causa in appellatione ab executione cum sit regulariter iterdicta appellatio tenet Bar. in dic. l. ab executore. quez refert Ab. Spe. et Io. an. fm Abb. Nota etiā q si non exprimitur iusta causa vel nulla in appellando nō suspenditur executio. sed si exprimit iusta causa de qua dubitat an sit vera suspēditur executio. debent tamē

410

tertium. proderit victoria isti⁹ ter≈ gē illi victo ꝛ irritabitur snia in to≈ tum. qḋ ꝓcedit etiam si iste tertius in appellatione diceret se appella≈ re respectu sui preiudicij. qꝛ nihilo≈ minus ex q̄ eadē est victoria in cau sa appellationis porrigitur ex iur͛ dispositione ad istū q̄ succubuerat. quod est multum notabile. hoc vult Bar. in dic. l. a snia. quem refert ꝛ sequitur Ab. hic. ¶ Quinta ꝯclu≈ sio. sicut victus nō potest tertio ap≈ pellare. ita nec iste tertius. quod ta mē intellige qñ sciuit cām agi p vi≈ ctū ante sniam. imputet em̄ sibi q̄re prius non ꝓuidit sibi. secus si igno rauit. qꝛ sine culpa sua non dꝫ dāni≈ ficari: ꝛ hoc casu appellatio nō ha≈ bebit releuare victū vt ꝯcludit hic Inno. ꝛ post eum Ab. ꝛ Bar. in di≈ cta. l. a snia. ¶ Sexta ꝯclo. potest tertius pro interesse suo ꝓsequi ap≈ pellationem interpositam per reuꝫ principaleꝫ. aliter per se non appel lando. tex. ꝛ Bar. in dicta. l. a snia. §. idem quoqꝫ rescripsit. Nec prin cipalis transigendo cum actore p̄≈ iudicat tertio in iure iam sibi quesi≈ to. vt ibi. Et quid possit facere ille tertius qui venit ad causam per ali um intentatam. vide eleganter per Bar. in. l. si ꝯlusorio. §. j. ff. de appel la. ꝛ per Ange. in. l. si suspecta. ff. ḋ inoffi. testa. ꝛ per Alex. in. l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iudi. Et in hac materia nota duo dicta singularia. Primum est ꝙ vbicūqꝫ reipublice interest. semp admittit͛ tertius lꝫ nō pretendat interesse. di ctum est sing. Bal. in. l. vbi pactuꝫ. C. de trāsac. in pe. col. Scḋꝫ dictuꝫ fauore pupilli. tex. habes nota. i. l. §. in fi. C. de neg. gest. ꝛ ibi p Alex. ¶ Ex. c. cum Bertoldus. cum sua materia facias has conclusiones. Prima est. si patronus p̄ntat ꝛ per seuerat in prima presentatiōe quia nullum alium presentat. presentat⁹ p̄t agere vt ep̄s ꝯpellat͛ eū institue re. qꝛ ius ē q̄situ͂ ex p̄ntatiōe. vt hic ꝛ in. c. dilectus. ḋ offi. lega. Itē po≈ test agere ꝯ intrusuꝫ in illo benefi≈ cio vt inde remoueat͛ ꝛ sua p̄ntatio admittat͛. qꝛ cū habeat ius ad bn̄fi ciū petendum. habet per conseq̄ns ius ad om̄ia p q̄ ꝑuenit͛ ad benefici um ꝓsequēdū. arg. c. p̄terea. ḋ offi. dele. intellige tñ sp ꝙ p̄ntatus non hꝫ ius in re. sed ius ad illḋ petendū ꝛ ter. iste tunc. sua glo. tñ. q̄tidie al≈ legat͛ ad hoc. ꝛ de hac materia in c. pastoralis. de iure patro. Proba tur etiā notabilr̄ in dic. c. cū bertol≈ dus ꝙ si fiat p̄ntatio p eū q̄ nō ē pa tronus nec ē in possessiōe. ꝛ institu⸗ tur p ep̄m putātē eē patronū ꝛ po≈ stea fiat p̄ntatio p verū patronū. vl͛ que est in possessione patronatus. valet hec vltima etiā prima nō cas≈ sata. ꝛ p̄ntato acq̄ritur ius ac si nul la presentatio precessisset. ꝛ potest agere contra institutū sine p̄ntatio ne veri patroni vt remoueatur ꝛ vt admittatur sua p̄sentatio. Et nota ꝙ Ab. hic sup glo. allegat dictū no≈ ta. Innocen. in. c. fi. de accu. quod dicit eē memorie ꝯmēdandū. ꝙ iu≈ dex cui cōmittit͛ aliquis articulus cause per superiorē. per eū instruen dus. ꝛ ad superiorē remittend⁹. p̄t ēt si sibi nihil fuerit dictū p supiorē p̄figere partib⁹ terminū infra queꝫ cōpareant coram superiore ne sine termino cā remaneat. ¶ Scḋa con clusio. legatus ꝛ quilibet iudex ha bens merū ꝛ mixtū impiū potest ex cā restituere etiā maiorē aduersus suā sentētiaꝫ. vt ꝓbat͛ in tex. ꝛ glo. in dicto. c. cū bertoldus. ḋ quo. l. in causē. q̄. §. fi. cum. l. sequen. ff. de mi no. ꝛ ibi habetur q̄d in simplici ma gistratu. ꝛ de delegato in. l. aduer≈ sus. C. si aduer. rem iudi. in. l. fi. C. vbi ꝛ apud quos. in. c. penult. de in integ. resti. ¶ Tertia conclusio. ƀm Ab. ꝙ delegatus legati cardinalis subdelegat sicut delegatus princi≈ pis. allegat etiam Bald. in. l. a iu≈

412a

dice. C. de iudi. & tu adde Ab. in c. cum causam. de appel. ¶ Quarta 9clo. sm Ab. allegantem glo. sing. in c. super questionum. §. porro. de offi. delega. quam limitat. q si dele tus subdelegat non in totum potest dare potestatē subdelegato subde legandi. quia videtur ipse cōmitte re dando potestatem cōmittendi.

¶ Quinta 9clo. q in cā bñficiali pp absentiā minus legitime pbatā retractaf snia. lz nō sit appellatiōe suspensa. dictū est nota. Inno. in di cto. c. cū bertoldus. & de cā matri monali est tex. in c. ex lfis. de in in teg. res. & lz Ab. ipugnet dictū In no. tñ deducta per se :. 3 loquunf in casu isto vt patet recte intuenti.

¶ Sexta 9clo. lz a principio pos sit & debeat repelli is q̄ petit sniam reuocare. si tñ admissus est d facto. & apparet sniam iniuste latā. reuo cabitur. dictuz est nota. Inno in di cto. c. cū bertold⁹. & i. c. cū dilecta. de rescrip. qz de qua recognouit iu dex de eadē pnunciare dz. vt in. l. d qua re. ff. de iudi. ¶ Septia 9clo. in contractu pignoraticio nō trans it ius patronatus vel possessio ip sius. qz commoditas inextimabilis non trāsit in creditorē etiā cum vni uersitate. qz nō posset hec vtilitas restitui. vt notabilr pbatur in dic. c. cū bertoldus. ¶ Vltimo tu ha buisti in ti. de offi. delega. q si appel latur a subdelegato delegati pape. subdelegauit non in totū ad subde legantē appellaf. nō ad papā omis so medio. vt in. c. si delegatus. d of fi. dele. in. vj. in. c. cum te 9sulēte. d offi. dele. hoc nō pcedit in delega tis seu subdelegatis legati. vel alte rius citra papā. vt notabilr decla rat Abb. in dic. c. cuz bertoldus. in fi. qd dicit esse nota. ¶ Ex. c. in cau sis. cuz materia sua nota. q sm sen tentiā principis est iudicandum si ue loquimur de interlocutoria. duz tñ sit clausa in corpore iuris. vel sit lata cā cognita. siue de diffinitiua; qñ princeps partibus pñtibus co gnouit & diffiniuit. vt in dic. c. & i. l. fi. C. de legi. Et 9cludit Ab. q nō sufficeret q eēt lata 9tra cōtuma citer absentē. qui etiam concludit q sufficit q papa tulerit sententiaz cā cognita partibus pñtib⁹ lz non sit seruat⁹ ordo iuris. Et tex. in di cto. c. in causis. loquif de ordine cō cernēte instructionē cāe: vt sic reci piantur probatiōes & de cā cogno scatur. Nota vnū dictū Ab. q in fa cto dubio debemus iudicare sicut per alios iudicatum est in loco illo adducit text. notabi. iuncta glo. in c. fina. xx. distinc. Circa tñ sniaz pn cipis Abb. hic recitat vnam distin ctionē q̄ est legistaꝝ de q̄ hic p euz. ¶ Vltimo querit ipse. si snia fuit la ta p principē 9tra absentē cōtuma citer. cū quo fuerat pri⁹ lis 9testa ta & de causa cognituz. sed ad sentē tiam audiendam noluit citatus cō parere. an talis sententia faciat ius inter alios. Et concludit q non. qz potius videtur lata ob cōtumaciaz & iniuriaz contumacie. q habeat iniustam causam. & allegat glos. & Bart. in. l. qui repudiantis. §. cum contra. ff. de inoffi. testa. Sz nō ad uertit Ab. q Bar. i terminis tenu it 9trariū in. l. si superatus. ff. de pi gno. quia tunc sm Bar. ibi ei⁹ pñ tia nihil fuisset opata. Ad idem al lego glo. notab. in. l. si ideo. in prin. ff. de euic. & ista videf melior opi. & addo quod notat glo. & Bart. in. l. ab executore. §. j. ff. d appel. ¶ Ex c. inter monasteriū. facias istas con clusiones. Prima exceptio recusa tionis contra iudicem est dilatoria & ante litem cōtestatā proponenda per ingressum autē iudiciū videtur quis iudicē approbare: & exceptio ni recusatiōis renunciare. qd tamē intellige si talf exceptio erat patēs. secus si occulta. nā tūc post litē 9te sta. pōt opponi. glo. in. q. vj. §. exce

ptio. Jte͂ si orit̃ post lite͂ ꝯtesta.c.si insinuāte.ꝺ offi.dele.ꝛ si quis post ꝓpositā recusatione͂ corā iudice litigat sup principali, videt̃ illi exceptioni renunciare.ad hoc.c.gratū. ꝺ offi.dele.c.sollicitudine͂.ꝺ appel. ¶ Secūda ꝯclo.ad reuocatione͂ ꝓmarū literaꝝ non sufficit de illis facere mentione͂ in scδis:sed opꝫ ꝙ fiat mentio ꝺ processu ꝑ illas habito ꝛ ad hoc quotidie allegat̃ tex.c.inter monasteriuꝫ. ¶ Tertia conclo. tam exceptio recusationis ꝗ̄ qlibꝫ alia declinatoria contra iudice͂.debet proponi ab initio.s.anteq̄ corā iudice aliquid ꝓponat.ꝑ qδ videatur eū approbare in iudice͂.seu iudiciū suscipere.ista videtur esse magꝫ cōis cōclusio in dicto.c. inter. Ab. allegat Bar.in.l.qdā cōsulebant. ff.de re iudi.ꝛ sequit̃ eius opinione͂ hoc tame͂ intellige qñ reus ꝓuocat petendo sniam sup alijs exceptionibus.secus si prouocatur ab aduersario suo.vt qꝛ dum petit copiā rescripti.dicit aduersarius dꝫ sibi credi.qꝛ est notabilis ꝑsona:ꝛ hoc facit vt iudex super hoc ꝓnunciet vt non possit amplius iudice͂ recusare Et tu adde in hac materia Bart. in.l.si conuenerit.ff.de iurisdi.om. iudi.in.l.non videtur.ꝭ.ff. de iudi. in.l.elegāter.ꝭ.si quis post.ff.de cō dic.indebi.glo.in.c.exceptione͂.de excep.in aucten.offeratur.C.de litis ꝯtesta.licet glo.in.l.fi.C.de excep.senserit ꝙ talis exceptio indistincte possit opponi vsq₃ ad litem contest.ꝛ in.l.sed si suscepit.in pri. ff.de iudi.ista tamen cōclusio fallit nisi iudex inquireret in casu prohibito.nam lꝫ añ lite͂ ꝯtest. nō sit opposita exceptio.veꝫ nō potestꝫ dñe iudex cognoscere in tali cā.tñ poterit opponi qñcunq₃.ꝛ reddet iudicium retro nullū.dictū est sing. Bal. in.l.iꝫ.C.de procu.qδ est perpetue notandū. ¶ Quarta ꝯclo.ꝑemptoria non potest opponi in cā appellationis.qñ scienter ꝛ dolose fuit omissa in causa principali.glo.est singlr notanda in dic.c.inter. in glo. viti. ꝛ idem tenent cōmuniter doc. ꝛ est pulchra limitatio.ad.l.per hāc.C. de tꝑibus appel. ꝛ iste dolus probabitur ex cōiecturis.vel quia ipse aduersarius hoc dixerit extra iudicium. Et scias ꝙ in hoc.c. tractat̃ an valeat snia scδa ꝯtra primā.ꝺ q̄ hic per glo.fi.ꝛ doc. ꝛ nota ꝙ Ab. tenet opinione͂ Bar.in.l.j.C.qñ ꝓuo.non est neces.q̄ voluit ꝙ non valet secunda contra primaꝫ.qñ ambe fuerunt late ex eadeꝫ instātia.si aute͂ ex diuersis instantijs tunc semper tenet secunda.licet in hac materia sint multe opiniones ꝗ̄tum ad intellectū istius tex. Nota ſm Ab. hic in fine ꝙ promotus ad regimen monasterij potest vocari abbas āteq̄ benedicatur qui allegat Hostie͂. hoc tenente͂ ꝑ tex.in.c.j.de supple͂. negli.prela.in.c.meminimꝰ.de accu.in cle.attendentes.ꝺ sta.mona. in ver.statuimus.ꝛ dicūt doc.ꝙ benedictio est de solennitate non de substantia. ꝛ potest abbas vti ante benedictioneꝫ baculo pastorali.qδ est nota.ꝛ idem putat Ab.de annulo ꝛ mitra.de ista benedictione e͂ bona glo.in dic.cle.attēdētes. ¶ Ex c.suborta.no vnā.cōclusione͂ iunc. glo.j.ꝙ confessio procuratoris nocet domino etiam si ecclesia sit dña quod intelligit Ab.in procuratore constituto a prelato ꝛ capitulo. secus si a prelato tm̃.ꝛ vide quod notat Abb.in.c.j.vt lite non contesta. conclusio.ꝙ agenti possessorio sup iure subiectionis sufficit probare ꝙ fuit in possessione vl' quasi. ꝛ ꝙ nūc subditi nolunt ei obedire. ꝛ dicit Innocen. ꝙ eo ipso ꝙ subditus resistit apparet spoliatus: ꝛ adde qδ notat Innocentius ꝛ Abbas in capitulo.olim.tertio. de restitu.spol. et sufficit etiam probare possessionem de preterito indeterminate.

vt probat iste tex. in ver. habuisse. ꝛ idem probatur in dic. c. olim. ¶ Et nota. quia tex. vult ꝙ fiat missio in possessionem re ipsa vltra pronūciationem verbalem ꝛ fiet missio. hoc modo quia precipitur subiecto. vt ei obediat. ¶ Tertia conclusio. tenet sententia lata ꝯ priuilegiū pricipis: ꝛ si priuilegiū fuit exhibituꝫ in iudicio videtur illud tacite reprobasse. presumitur enim iudex mot⁹ ex aliq̄ causa rationabili. ¶ Quarta conclusio. ꝙ. l. imperatores. ff. ꝺ re iud. nō hꝫ locū in eccl'ia. qꝛ nō retractaꝛ snia p̄textu ꝓbationis nouiter repte sed succurriꝛ per remedū restitutiōis in integrū. ¶ Quinta conclusio. ſm Inno. ꝛ Ab. ꝙ cū agitur petitorio ꝛ possessorio simꝛ. si prius constabit de possessorio debet iudex statim sup illo ꝓnunciare dilata questione proprietatis. bene facit tex. in. c. cū venissent. de insti. ꝛ qꝺ habetur in. c. cū dilect⁹. ꝺ consue. ꝛ qꝺ ibi p Ab. in. c. j. de mu. peti. ¶ Sexta erit cōclo. in qua habebis pulchram limitationē ad. l. qꝺ in diem. ff. de compēsa. instrumentū videtur reprobatum si eo iudici onſo fertur sententia in cōtrarium. vt in hoc. c. suborta. hoc ꝓcedit ı̄ exceptionib⁹ q̄ tm̄ p̄nt opponi ad merita. qꝛ ex eo ꝙ nō admittunꝛ videnꝛ reprobate. cum non possint reseruari in executione nec ibi opponi. cuꝫ per sententiā excludanꝛ. l. ꝗ. C. sen. rescin. non pos. sed secus est dicendum in exceptione q̄ pōt opponi ad merita ꝛ in executione. qꝛ nō intelligiꝛ p ꝯtrariā sentētiaꝫ reprobata nisi expresse reprobeꝛ. tex. ē in dic. l. qꝺ in diē: ꝛ ibi vide p Bar. ¶ Septima cōclusio. si titius debitor soluit creditori sed instrumētū remansit apud creditorē. tractu tpis repetitur pretextu instrumenti illud debitū. reus nō pōt ꝓbare solutionē. quia perdidit instrumentum solutionis. fuit condemnatus ad soluēdum. post sentētiam ꝛ lapsum tempus ad appellandum reus reperit instrumentum solutionis. nō potest impedire executionē: ꝛ si soluit nō potest repetere. quia solutū indebitum per sententiam nullo modo potest repeti quando venitur ꝯ sniaꝫ. nisi eo casu q̄ habeꝛ in. l. i. cōmodato. §. fina. ff. commo. in. l. si fullo. ff. de condic. ob cau. quia quando est aliqua actio q̄ non repugnat ꝯtra sniam. sed asserit eā eē veraꝫ. tunc datur repetitio. licet gl' tenuerit ꝯriū in. l. si fideiussor. §. in oībus. ff. man. sed Bar. tenet contra illaꝫ glo. ꝛ in. l. si sine. ff. rem ra. ha. de q̄ etiam per Ioā. de imo. in. l. imperatores. ff. de re iudi. ¶ Ex. c. cū. I. ꝛ. A. cum sua materia facias istas conclusiones. Prima possunt canonici regulares ꝛ monachi ꝛ clerici seculares deferre proprium prelatum nō solū de crimine: sed etiaꝫ de infamia criminum: ꝛ implorare vt commissio fiat super veritate. c. ex parte. c. olim. c. veniens. ꝺ accu. c. veritatis. de do. ꝛ contu. qꝛ interest eorum habere bonū p̄latuꝫ. viij. q. j. c. audacter. ¶ Scd'a ꝯclo attestationum publicatio est de iusticia non autem de substantia: ꝛ parti illā non petenti ē imputandū. debuit eīm petere ꝛ a denegatione appellare. dictum est singulare Inno. in dicto. c. cū. I. ꝛ A. al's nō auditur volens impugnare ꝓcessum seu sentētiam ex defectu publicationis attestationum. de quo vide per Barto. in. l. prolatam. C. de sen. ꝛ idem dicas de renunciatione seu cōclusiōe. ꝙ nō sit de substātia ſm doc. cōiter de quo bona glo. in cle. sepe. de ꝟb. sig. in ver. conclusione. scd'm Abb. ꝛ adde tu glo. sing. de qua nō meminit Ab. in. c. si. de here. in. vj. in. ꝟ. iudicās. que glo. vult ꝙ parte tacēte nō viciatur processus. ergo si petit viciabitur processus etiam si nō appelletur. ¶ Tertia conclusio. ꝙ

admittitur discussio indignitatꝫ testium in appellatione a diffinitiua. etiam si in prima causa fuit oppositum ꝛ iudice ad vlteriora procedente non fuit appellatum. quia indirecte tangitur negocium principale. quod est singulariter notādū ſm Abb. hic facit ad materiam. c. fi. ꝺ appel. in. vj. cle. fi. eo. titu. ꝛ sic exceptio contra personas testium dicitur tangere negocium principale. ꝛ si non principaliter saltemp ex obliquum. quia admissis testib⁹ nō idoneis perit negociuꝫ principale. ꝛ iudex iterum grauare videtur sequendo illorum dicta in snie prolatione. Et nota vnum dictum singu. Inno. ſm Abb. ꝙ non solum inimici dicuntur vt repellātur a testimonio qui odiunt mente. sed etiam hi qui sine mentis odio habent vel habere presumuntur cās inimicitie. sꝫ ꝯ alios bn̄ admittunꝭ. qꝛ nō peccāt nec presumunꝭ habere cās inimicitie. ꝛ loquitur de cōspiratorib⁹ qui conspirant in bonū. Et adde quod notat Bal. in. l. prescriptiōe. in. xv. col. C. si ꝯ ius. Sali. in aucten. si dicatur. C. de testi. Inno. in. c. cū. P. de accu. ꝛ in istis locis habetur ꝙ si testis dicat ꝙ non habet odiuꝫ non sufficit si subest causa inimicitie.

¶ Quarta ꝯclusio. in causis quas hn̄t religiosi seu habere pn̄t noīe ꝓprio possunt procuratorem constituere: ꝛ etiam nomine proprio procurare: ꝛ de causis quas hēre pn̄t. in dicto. c. cum. I. ꝛ A. in. c. ex parte. in. c. penul. de accu. in. c. cum dilectus. de consue. in. c. cum dilecta. de rescrip. in. c. ad probanduꝫ. ifra eo. ti. ex illo generali ꝗ pōt p se agere potest procuratorem constituere

¶ Quinta ꝯclo. si agiꝭ ꝯ monachū ex obligatione orta an̄ monachatū debet narratio facti concipi in psonam monachi. qꝛ cū eo negociū gestum est. sed cōclo libelli ꝛ snia condēnatoria dꝫ ferri in personaꝫ vt ri usqꝫ. lꝫ sint in hoc opiniōes. tn̄ istō fuit cōsiliū Bal. vt refert Ab. ꝛ sequiꝭ. si aūt agiꝭ ꝯ monachū ex obligatione orta post monachatū. est agendū ꝯ monasteriū. ꝛ de materia per Inno. in. c. cū olim. de priui. ꝑ glo. ꝛ doc. in. c. ex parte. de accu. ꝑ Archi. in. c. vt periculosa. ne cle. vł mo. in. vj. per glo. ꝛ Bal. in aucten. causa que fit cuꝫ monacho. C. de episc. ꝛ cle. ¶ Sexta ꝯclo. religiosus potest esse procurator abbatis sui. vt si sit accusatus vel ꝯ euꝫ inqriꝭ. ꝛ in aliꝭs negocꝭs abbatꝫ. qꝛ in hoc vertitur vtilitas monasterꝭ. vt bonus abbas preficiatur ꝛ prefectus defendatur ſm Inno. quod est no. ſm Ab. potest etiā ſm Inno. constitui procurator pro laico patrono ꝛ magno defensore monasterꝭ: ꝛ si is contra queꝫ agit exciperet ꝙ in hoc non vertitur vtilitas monasterꝭ. replicabiꝭ ſm Inno. ꝙ ad ipsuꝫ non spectat inquirere vel scire pn̄t etiam contra voluntatem abbatis monachi denunciare malū ꝑlatum vt hic. ꝛ vnus vel plures pn̄t cōstitui procuratores ab aliꝭs nomine eorūdē. vt probatur hic ſm Inno. cui adde bonum tex. iunc. glo. in ꝟ. consorte. in cle. religiosus. de ꝓcu. ꝛ ex hoc habes pulchraꝫ limitationem ad. c. nō dicatis. xij. q. j. vbi dꝛ ꝙ nec literas debet recipere monachus sine licentia supioris qꝺ intelligitur de literis ꝗtūcunqꝫ priuatꝫ ꝛ amicabilibus sibi missis vt ibi notatur. ergo fortius in casibus procuratorꝭs. quia illud procedit reguľr ꝓ vtilitate propria. secus quando vertitur vtilitas monasterꝭ: ꝛ in casibus a iure permissis. quod est nota. Et ex his habes quomō debeat intelligi text. in. c. ꝗ. de postu. dum ibi fit mentio de vtilitate monasterꝭ. quia accipitur illud verbum satꝫ late. ꝛ ideo dixit Hostiē. in. c. ex rescripto. de iureiuran. ꝙ ex abbatis ꝓmissiōe potest monachus deputa-

414 a

ri ad tēpus ad seruitium alicui⁹ p̄lati vel magnatis. q2 hoc non fit sine vtilitate monasterij cū per illuz negocia monasterij promoueantur pro hoc tex. in. c. cum pastoris. ij. q. vij. ꝛ sequit̄ Ab. hic in finalibus v̄bis. Nota ꝙ in. c. cum tc. ponitur an damnatus in actione iniuriaruz sit infamis. ꝛ conclude primo sc̄dm glo. j. ꝛ doc. ꝙ damnatus actione iniuriarum siue agatur ciuiliter siue crimīaliter efficitur infamis. adde glo. ꝛ Bar. in. l. infamez. ff. de pub. iu. vbi habetur ꝙ etiam in crimine publico si agatur ciuiliter efficitur infamis. qd̄ est singulare s̄m Abb. adde etiam glo. in cap. multi. ij. q. j. Nota tamen remedium cauendi a principio hanc infamiam s̄m glo. j. hic. ꝙ conuentus actione famosa constituat procuratorez. q2 tali casu nec constituens nec procurator erit infamis. Sed quid si iudex profert sententiam contra procuratorem ꝛ contra dominū. an dominus erit infamis. ꝛ Ab. allegat Ci. dicentem. ꝙ aut sn̄ia erit nulla l. j. C. de sen. aut dn̄s notabitur. q2 verū est dicere ip̄m fuisse ꝯdēnatū. ꝛ sic cessat ratio. l. furti. §. siquis alieno. ff. de his q̄ no. infa. quod est notabi. s̄m Abb. Datur etiam aliud remedium vt vocatus ad iudicium in actione iniuriarum vl̄ alia famosa actiōe. soluat an̄ꝗ̄ ꝯdēnet̄. tūc ei absoluetur: quia soluit. text. est nota. vbi per Bar. in. l. si reus parat⁹ ff. de procu. ꝛ per Bar. in. l. infamē ff. de pub. iudi. prope finem. ¶ Et in materia que tangitur in hoc. c. p glo. ꝛ doct. accipe has conc̄ones. Prima ꝙ pro modica iīuria datur actio iniuriarū. de quo per Bar. in dic. l. infamem. qui allegat istū tex. ¶ Secunda cōclusio. ꝙ p modica iniuria condemnatus efficitur īfamis. ¶ Tertia conc̄o. papa p̄ot restituere ad famā clericum ꝛ laicum suppositū sue iurisdictioni t̄pali. sed non subiectū non p̄ot. q2 de t̄palib⁹ papa non debet se impedire in terris aliorū. c. cām que. q̄ fi. sint legit. Et tu adde Bar. in. l. j. §. de qua re ff. de postu. hoc tn̄ limita nisi papa indigeret eo quo ad clericatum. q2 tunc posset fame restituere: ꝛ intelligetur restitutus non soluz quo ad spiritualia sed etiam quo ad temporalia. quia monstruosum esset ꝙ censeretur integre fame quo ad spiritualia que sunt digniora. ꝛ non quo ad temporalia. ¶ Quarta conclusio. collegium cardialium potest ad famam restituere secundum Inno. ꝛ nonullos alios. Bart. in. l. j. §. de qua rc. ff. de postu. glo. in cap. ecclesia. xvj. q. j. in. §. hinc colligitur. ij. q. iij. quia habet auctoritatem senatorum. cap. constantinus. xcvj. distin. ꝛ senatus potest restituere. dicta. l. j. §. de qua rc. sed Barto. in dicta. l. infamez. tenet ꝙ mortuo papa hoc possit. al's non. sed Abb. ꝛ multi alij doctores tenent contrarium. per tex. in cle. ne romani. de elec. vbi dicitur ꝙ vacante ecclesia nihil possunt exercere cardinales de spectātibus ad papam. ꝛ respondet Ab. ad tex. in dic. c. ꝯstantinus. ꝙ imperator non potuit dare illaz p̄tātem in ecclesia dei. q2 hoc ptinet ad papam. Item dicit Abb. ꝙ ille text. non loquitur de cardinalibus. sed vt puto Abb. non bene ponderauit quia tex. loquitur de reuerendissimis ecclesie romane clericis. loquitur ergo de cardinalibus. quia cardinales dicuntur reuerendissimi. c. a subdiacono. xciij. distinc. respondet etiam ipse ꝙ imperator non potuit dare hanc potestatez in eccl̄ia dei. sed miror de hoc. nōne p̄nceps secularis p̄ot ꝯcedere p̄uilegiū cardinalibus ꝛ ep̄is. p̄ot eīn imperator ꝯcedere priuilegia ecclesijs. Innoce. in. c. nouit. de iud. Dicit et Ab. ꝙ senatus habebat p̄tātē legis cōdende. ergo sequitur ꝙ cardinales

possunt ɔcedere legem. sed rñdeo ꝙ posset nisi papa aliter statuisset. nam impator dedit ptātē prefecto pretorio ɔdendi legem vniuersalē. l. formaȝ. C. de offi. p̄fec. preto. cur non sic cardinalibꝰ. ¶ Quinta conclusio. episcopi non possunt restituere ad famam. quod intelligit Abb. principaliter. sed vbi venit accessorie ad casum sibi permissum potest. vt quando episcopus potest dispensare cum ɔdemnato ex delicto ex q̄ effectus est infamis. c. at si clerici. §. de adulterijs. ꝺ iudi. ⁊ probatur etiaȝ in. l. j. §. de qua re. ff. de postu. ⁊ vide glo. in. c. domino sancto. l. di stic. in. §. hinc colligitur. ꝗ. quest. iij. ¶ Sexta conclusio. imperator pōt restituere fame laicum subditu ȝ suum. vt in dicto. §. de qua re. ⁊ talis restitutus per imperatorem poterit remoueri ad clericatum. Dicit tamen Ab. eligendo hanc mediam viam. ꝙ tunc cum tali restituto poterit eps dispēsare. Et nota incidēter dictum Abb. qꝛ intelligit tex. in c. per venerabilem §. rationibus. qui filij sint legiti. de consilio cardinalium non de consensu: ⁊ allegat etiam ad hoc Joan. monach. in ca. super eo. ꝺ here. in. vj. ¶ Septima conclusio. ꝙ principes nō recognoscentes superiorē possunt exercere in suo territorio reseruata impatori: ⁊ in hac materia iā allegaui multa non repeto. ⁊ circa ea que tangit hic Ab. in fine dixi multa in sermonibus meis. ¶ Ex. c. ad ꝓbanduȝ. nota has ɔclusiones quaꝝ Prima est ista. gesta a iudice publice excōicato etiam delegato sunt ipso iure nulla. secus si non esset publice excōmunicatus. sed cōi opinione reputabatur abilis. lȝ Inno. in delegato voluerit ɔ̄riū in. c. cū dilecta. ꝺ rescrip. fm Ab. ⁊ idē dicas in arbitro. Et de arbitratore vide q̄ dicta sunt in rub. de iureiu. in. c. quintauall. ¶ Scđa ɔclo. data habilitate vnius ex iudicibus corruit quicq̄d oēs agunt etiā si essent dati cū clausula ꝙ si non omnes. nā procedēdo cū inabili inficiunt iurisdictionē ꝓpriā. de quo in. c. cū sup de offi. de le. ¶ Tertia ɔclo. ꝙ si viciū nullitatis ɔcernit snīaȝ dūtaxat. vt qꝛ lata die feriata. remanēt acta in suo robore. sed si ɔcernit snīam pariter ⁊ acta. ⁊ tūc oīa corruūt: ⁊ hocmodo posset intelligi iste tex. qꝛ forte iste iudex fuit excōicatus i toto iudicio ꝺ quo per Bar. in. l. si expressim. ff. de appel. ¶ Et licet ꝺ materia huius tex. fuerit dictum in rub. de do. ⁊ contu. tamen etiam hic aliqua notabilia dicta scribam. Nota tex. multum singularem. quem allegat Abb. in capi. felicis. §. cum autem. de pe. in. vj. ꝙ excōmunicatus etiā publicus potest ɔ̄here ⁊ oritur obligatio. sed non potest agere nisi post absolutionem. Nota etiaȝ ꝙ cōiter teneť ꝙ teneat testamentum excōicati manifesti. Joan. an. in. c. decernimus. de senten. excōi. in. vj. Bar. in. l. si querimus. ff. de testa. Nota etiam ꝙ excōmunicatus potest legare pro anima sua. quia non attenditur fauor excōmunicati. sed illiꝰ cui relinquitur. licet Barto. teneat ɔ̄riū in. l. j. C. de sacrosanc. ec. Nota etiam ꝙ si sententia fuit publice lata/tunc tollerantia ⁊ cōis opinio non excusat ꝙ teneat electio/collatio/⁊ excōicatio facta ab excōicato hoc tamē limita procedere quādo snīa fuit lata de proximo. secꝰ si ꝺ lōginq̄ ꝙ verisiľr euanuerit ꝺ mēoria Limita etiā non procedere qn̄ sententia fuisset lata in tā longinq̄ loco ꝙ verisimiliter non potuit transire in notitiā illoꝝ in quoꝝ loco nūc actus gestus est: ⁊ istud est dictum Anto. de bu. ⁊ dicit Ab. mēorie cōmendanduȝ. Nota etiā dictū nota. Inno. in. c. cū dilectus. de cōsue. ꝙ in his que non geruntˀ rōne publici officij nō est differētia iter publicū

415a

⁊ occultũ excõicatũ. ⁊ ideo licet sit ꝓbabilis ꝯmunis opi. tñ non iuuat qñ actus competit ratione singularis iuris ⁊ ꝑuati intereẽ. qñ excõicat⁹ exercet actũ ꝑ se ⁊ ꝓ suo iure singlari ⁊ intereẽ. sicut est impetrare rescriptũ grẽ vel iusticie. vel eligere. Nõ iuuat etiã cõis opinio qñ excõicatus exercet actũ noĩe alterius. ⁊ ad alteri⁹ ꝯmodũ. qñ is cuius nomine gerit sciẽter ꝯstituit eũ ad exercitiũ illi⁹ actus. Sed qd si ignorabat constituens illũ esse excõicatũ. ĩ hoc ẽ altercatio ĩter doc. sꝫ tu tene opi. illã ꝙ sit idẽ. pro quo est glo. or. in. c. post cessionẽ. d ꝓba. cũ aliĩs allegatis ꝑ Abb. q2 cũ hic non versetur vtilitas publica. non debemus distinguere inter occultũ ⁊ publicũ. Nota etiã ꝙ cõis opinio iuuat qñ actus queꝫ exercet excõicatus cõpetit rõne publici officiĩ. siue sit actus tẽporalis siue spũalis. l. barbarius. ff. de offi. preto. veruꝫ est ꝙ ꝗtuꝫ ad sniam excõicationis est altercatio inter doc. nã aliq̃ volunt ꝙ non teneat lata ab excõicato ꝗtũcunqꝫ occulto. de quo ꝑ glo. xxiiĩ. q. j. in sum. ⁊ idẽ in snĩa absolutionis ab excõicatione. de q̃ etiaꝫ ꝑ Innoc. in. c. si vere. de sen. excõi. qui tenet ꝙ valeat. ⁊ dicit Ab. ꝙ lꝫ opinio contraria cõiter teneatur ꝙ non valeat. tñ illa opinio est forte verior per deducta ꝑ ipꝫ. ⁊ allegat dictũ singulare Inno. in. c. j. de scisma. ꝙ etiam spiritualia sacramẽta ab excõicatis scismaticis ⁊ hereticis. in forma ecclesie conferẽtibus vim suã oĩmodã habent ex quo ab ecclesia tollerantꝰ. ⁊ sic recipiũt nedum sacrm. sed etiã executionẽ sacramẽti. ⁊ ẽm Ab. iura que videntꝰ dicere ꝯtrariuꝫ intelliguntꝰ de non tolleratis. de q̃ ꝑ glo. ix. q. j. in sum. Nota etiam vnum notabile dictuꝫ Inno in dic. c. j. de scisma. ꝙ refert Ab. ꝗtũcunqꝫ excõmunicatus tolleretur. dummodo possit probari ꝙ sit excõicatus. si vocat aliquem ad ordinem vł alia sacra. potest ei dici nõ recipiã hoc a te q2 res excõicatus. vñ tibi ꝑticipandũ non est. ⁊ ẽ legitima cã appellãdi si ꝑlatus eũ ꝯpelleret. secus dicit in aliĩs. puta ĩfamib⁹: ⁊ irregularib⁹: ⁊ silib⁹. q2 contra eos non esset talis exceptio admittenda. q2 sufficit ꝙ tollerentꝰ. Et idẽ qꝺ in excõicato. dicit ĩ simoniaco. ⁊ ĩ notorio fornicatore. q2 ab eorum obedientia licet recedere ꝓ ꝓpria auctoritate. ⁊ hoc dicit Ab. eẽ singulare: ⁊ ex hoc colligiꝰ vitãdũ eẽ excõicatũ ẽt occultũ. lꝫ sit ꝓpri⁹ ꝑlatus. Nota etiam ẽm glꝰ. ⁊ doc. ꝙ sententia lata a publico excommunicato est ipõ iure nulla. ⁊ adde glꝰ. in. c. sciscitatus. de rescrip. in. c. exceptionẽ. de excep. in. l. j. C. de iur. ⁊ fac. igno. ¶ Nota ꝙ ĩ. c. ꝗuis ponitur regula ꝙ res inter alios acta alteri non nocet neqꝫ prodest. ⁊ de iure ciuili est rubri. C. res inter alios acta. quia vni per alterum non debet iniqua conditio afferri.

¶ Et in ista pulchra ⁊ quotidiana materia habebis quasdam breues conclusiones quarum ¶ Prima est ista. ꝙ regula ista ꝓcedit respectu pleni preiudiciĩ seu cõmodi. naꝫ prodest seu nocet quo ad ꝑsumptionem et quo tangit ius absentium. glo. ⁊ Bar. in. l. si duo. ff. de iureiuran. glo. in cap. dilectus. ꝗ. de simo. in cap. interrogatum. ĩĩ. quest. iĩĩ. ⁊ dixit Barto in. l. admonendi. ff. de iureiuran. ꝙ facit semiplenam probationem. quod est notabile scdm Ab. qꝺ tñ dicit esse relinquendum arbitrio iudicis. ¶ Scđa ꝯclo. idẽ est dicendum de aliĩs actis cause. vt attestationibus ⁊ silib⁹. q2 regulantꝰ ẽm sniam. ⁊ idẽ in cõfessiõe non enim preiudicat confitenti nisi respectu interrogantis. text. est notabilis in. l. finali. ff. de interroga. acti. ⁊ vide per Abb. in. c. fi. de cõfes. ⁊ ꝓcedit etiã hoc si ꝯsanguine⁹

q quilibet admittitur: nisi expresse reprobetur. vt hic et in. l. j. ff. eod. Tertia conclusio. non valet dictum testis precio corrupti. vt hic in glo. ij. Nota tamen secundum Ab. q licite dat testi. pro expensis in veniendo: stando: et redeundo. qui tamen omisit allegare tex. et glo. in. l. qm liberi. C. de testi. Quarta cõclusio. quilibet presumitur idoneus testis: nisi expresse reprobet. vt hic in gl. iij. et sic ille est ydone⁹ testis cui nulla exceptio opponi põt, de quo etiã in. c. j. de psan. et affi. Et tu vltra Ab. allega pulc. glo. in. §. itez verborũ. insti. de inuti. stipu. in ver. ydoneos. ¶ Tu vides auditor charissime q semper in principio lectionuz mearũ inuoco nomẽ domini nostri Jesu christi. et pro hoc habe tex. in. c. in nomie domini. hoc eo. ti. et habes pulchrũ tex. in. c. non liceat. xxvj. q. v. j. ad corin. x. ad col. iij. in quibus locis habetur. Omnia quecũqz facitis in ṽbo an opere in nomine dñi nři Jesu christi facite. l. in noie dñi. C. de offi. prefec. preto. facit tex. in. l. deo nobis. in prin. C. de epis. et cleri. in. l. j. in prin. C. de vete. iur. enucle. in aucten. de arm. in prin. in aucten. de questo. in prin. in auct. vt ppo. nomẽ impe. in versi. mox inchoetur autore deo. Et si tu vis plura ad hoc ppositũ vide in repetitiõe c. inter alia. de immuni. eccl. ¶ Ex isto tex. habebis aliquas cõclões. Prima conclusio. receptio testium debet fieri parte citata et ps absens contumaciter habetur pro presente in sui preiudicium. et intellige ad videnduz iurare. quia in secreto deponunt. vt hic per glo. in ver. audire. Secunda conclusio. iudex potest p se monere et citare partes. imo vnica monitio iudicis sufficit. etiaz vbi requiritur trina. tex. est singularis in l. ij. C. quomõ et quando iu. glo. in. c. consuluit. de offi. dele. Tertia conclusio. actus gestus contra legez nõ penalem non tenet si habet perpetuam causam prohibitionis. de quo p glo. in. c. tua. de spõ. duo. in. c. vides x. dist. in regula. que cõtra ius. in. vj. sed quando dispositio est penalis ẽ altercatio inter doc. fz Abb. de quo hic per eum. et per legistas in. l. non dubium. C. de legi. per Bar. in. l. pretor. in prin. ff. de ope. no. nũc. Et tu vltra Ab. adde Bar. in. l. fi. ff. de diuor. Bal. in. l. nemo martyres. C. de sacrosanc. eccle. Et nota vnum dictũ singula. Host. et Jo. an. in. c. relatũ. ne cleri. vel mona. q si in aliqua regula continentur aliqua facienda a religiosis et apponitur certa pena: puta ieiunium. religiosi contrauenientes licet iurauerint vel vouerint seruare regulam non peccant mortaliter: quia intentio condentis regulam videtur limitasse suum preceptum quo ad illam penam. quod est pulchrum propter scholares qui iurant seruare statuta que dicunt aliquid fieri vel non fieri sub certa pena. de quo per modernos in dicta. l. pretor. in princi. Quarta conclusio. etiam in causa inquisitionis debet inquisitus citari ad videndum iurare testes: licet in hoc sit altercatio p tex. in. c. qualiter. §. debet. de accusa. sed ad illuz tex. responde vt hic per Barto. in. l. fi. ff. de questi. et secundum Joan. and. in dic. §. debet. hoc seruat practica. Nota tamen singulariter q quando quis non audet alicui etiã in ciuilibus mouere questionem propter illius potentiam: quia timet ne interim moriantur testes potest petere a iudice vt clandestine recipiat testes ad futuram rei memoriam. dictum est singulare Hostien. in. c. quoniam frequenter. in princi. vt lite non contesta. quod approbat Ab. hic et adde quod habetur in. c. fi. de here. in. vj. Quinta ad validitatem depositionis testiuz requiritur litis contestatio. glo. hic in ver. venire. qd limita nisi sit cas⁹ in q possit procedi lite nõ cõtestata

de quibus in cle. despendiosam ꝺ iu di. Sexta conclusio. si pars citata venire non potuit iusto impedimento detēta. et iudex sciuit. receptio nō tenet. sed si ignorauit talis receptio est retractādu si postulauerit aduersarius. saltem vbi testes possunt de nouo examinari. ista est cōclusio gl. quam ita declarat Ab. Septima cōclusio. dicta testium receptorū pre non citata non faciunt aliquod iudicium Bar. in. l. maritus. ff. ꝺ questi. Et licet Ab. allegat glo. et Bart. in l. res hereditarias. ff. ꝺ cri. expi. here. in contrarium tamen videtur ꝙ glo. ibi teneat idem: quia allegat text. in. l. si quando. in fi. C. de testi. quem etiam allegat Bar. in dic. l. marit⁹. Octaua conclusio. valet dictum testis non citati si a parte fuit productus. et vltra adducta per Ab. adde Bar. in. l. post legatum. §. his vero. ff. de his qui vt indig. Nona conclusio. si citatus fuit dominus et non procurator qui fuit litem cōtestatus ad videndum iurare testes. et dominus non comparuit non valet actus. Et vltra adducta per Abba. allega tu Bar. in. l. procuratoribus. C. de procura. in. l. j. C. de senten. in. l. mutari. ff. de procura. Bar. in. l. si quādo. C. de testi. Ab. in. c. sepe. de appel. hoc tamen limita per ea que habentur i c. si quē. de procu. in. vj. ¶ Nota ꝙ in. c. quoniam. habetur ꝙ contra clericum admittuntur laici: etiam mulieres in causa criminali quādo agitur de crimine ciuiliter. et dicit Ab. ꝙ est communis conclusio ꝙ de iure ciuili admittatur indistincte mulier de iure vero canonico non. quando agitur criminaliter. de quo in. c. forus. de ver. sig. Alex. in consilio. xj. in primo li. Nota glo. ex glo. fi. ꝙ socii crimis admittūtur in testes ad faciendum presumptionem. hoc quando agitur ciuiliter. sed si criminalit dic vt habetur in. c. j. de confes. et de materia in. c. veniens. infra eo. Nota casum in. c. in omni negocio. i quo quis potest esse accusator et testis. ¶ Nota ꝙ in. c. quotiēs. tractatur de testibus deponentibus de credulitate. Et facias hanc conclusionē ꝙ vbi credulitas est proxima sensui per quē percipitur veritas valebit testimonium tale. secus si remota est a tali sensu. et ideo si testis dicat se vidisse nudum cum nuda in eodem loco. et per hoc credit ꝙ commiserint adulterium probat. secus si dicat vidi virum et mulierē confabulantes et ex hoc credit ꝙ se cognoscant carnaliter. Nota diligēter secundū ab. ꝙ i casibus in quibus valet testimonium de credulitate est etiam necesse ꝙ deponatur de credulitate. quia ex quo non deponit directe super ipso facto sed super strictis cōiecturis debet adducere de credulitate. vt probatur in isto tex. vbi in probanda cōsanguinitate admittitur testimoniū de credulitate. in qua probanda cōsanguinei preferuntur aliis. vt ibi. Non omitto vnam glo. singla. de iure ciuili in. l. ij. §. item labeo. ff. de aq. plu. arcen. que vult ꝙ testes deponētes de auditu alieno: vel de credulitate non sunt proprie et vere testes. Et verum est ꝙ Ab. hic allegat illam. quam glo. dicit etiam notabilē Abb. in. c. tua. in fi. de cohabi. cleri. et mulie. in. c. tua. de consang. et affi. in. c. preterea. infra eo. Addo etiam ꝙ iuramentum testis debet esse ꝺ veritate glo. est nota. in rub. ff. de iure iuran. Et intantum est de veritate. ꝙ si testes dicerent se pro certo ita credere: nec redderent rationem per sensum corporeum. nullo modo probarent tex est notabi. in. c. tertio loco. in. c. literas. de presum. quos sēper pro notabilibus allegat Bal. in l. fi. §. quod obseruari. C. de iuramē. calum. in. l. conuenticula. C. de epis. et cleri. in. l. solam. C. de testi. in. l. sicue possidetis. C. de proba. Et nota in practica quando tu eris iudex quia:

quãdoq cauti procuratores faciũt interrogatoriã vt interrogentur te-stes an credãt que dixerũt eẽ vera. Specu.in ti.de testi.§.iam de inter-rogatorijs. vt tunc videantur annul lare dictum suum.qr si testis depo-neret per verbũ credulitatis.tamen si causa assignata per testẽ cõcludit sciam:nõ viciatur dictũ testis. vt cõ cludit Anto.de bu.z Ab.in hoc.c. quotiens.de quo etiã per Jo. an.in c.inquisitionis.de accusa. qr illud qd quis scit etiam credit. Bal. in.l.con venticulam.in.vj.colũ.C.de epis. et cle.in.l.solam.C.de testi.z Bart.in consilio incipiente. vanucius petri. cõsuluit q testis deponens q Titi' occidit ad sui defensionem probat licet deponat per verbum credo. qr hoc stat in intellectu ipsius testis.et solum restat cõsiderare an ea que vi dit testis fuerint sufficientia ad in-ducendã credulitatem in teste: z no ta ista qr pulchra. z de materia isti' tex.habetur in.c.licz et quadã. ifra eo. ¶ Nota q in.c. insuper tractat an clerici possint testificari in causa ecclesie.de quo etiã in.c. cũ nunci'. infra eo. Et accipe has cõclusiões tam in collegijs ecclesiasticis q se-cularibus. Prima est ista.si cã est ci uilis.z in his q fiunt in capitulo pos sunt singuli esse testes fm Jo.an.ar gu.l.consensu.C.de repu.quod intel ligit Ab.procedere.quando dãnuz vel lucrum non venit applicandum ipsis singulis d vniuersitate.nec lex cõsensu z silia iura fm Ab.loquunt q illi debeãt admitti de quoz dãno vel lucro tractatur. Scda cõclu sio ipsius Ab.z Jo.an.q in his que extra capl'm aguntur cũ vtilitas ip sius negocij obueniat singulariter sin-gulis scdario.non repelluntur ex toto a ferẽdo testimonio in causa vniuer sitatis.sed minus eis q alijs crede retur habito respectu ad qualitatez psonarũ.z qtitatẽ lucri.exẽpli grã. villa litigat sup pascuis in qbus sin gulorũ bestie pascuntur. Tertia cõ clusio.si nõ singulr sed vniuerso col legio obuenit vtilitas.tunc admittũ tur.l.intantũ.§.qui manumittit.ff.d re.diui.hoc intelligit Ab.quãdo nõ sint nisi testes pro vniuersitate z alij sint ydonei.secus si per aduersam p tem pducũtur testes in ptiũ. Quar ta pclo.in crimialibus illi de vniuer sitate non sunt ydonei testes in fauo rem vniuersitatis. Quinta pclo.illi de vniuersitate pñt testificari in fa-uorem eorũ qui sunt pariter de vni-uersitate in ciuilibus:pro quo bona glo.in.c.cũ.R.de offi.deleg. tñ cre dit Ab.esse plus vel minus creden duz fm qtitatẽ affectiõis z familia ritatis. Sed non in criminalib'. qr in eis repelluntur domestici z fami-liares qles sunt isti de vniuersitate inter se.quod tñ intellige fm Joã. an.in dic.c.cuz nuncius. qñ est ita p ua vniuersitas q illi d ipsius corpe cadunt in nomẽ domesticorũ vel co habitantiũ. Sexta pclusio. istud qd dictuz est procedit p extraneum: sz si inter illos de vniuersitate tunc ad mittuntur:qr par affectionis cã cẽz suspitionem excludit.l.nõ soluz.§.j. ff.de ri.nup.notat glo.in dic.c.cum R.in.c.postremo. de appel. Et id dicunt doc.fm Ab.q accusato pre-lato ab aliq d vniuersitate alij d vni uersitate recipiunt i testes.nõ ei sũt magis domestici accusãtis q accu sati.qd est no.fm Ab.qui ita residet in hoc passu. Et tu adde Bar. nfm in.l.extraneo.ff.de questio.in.l.q te stamẽto.§.j.ff.de testa.in.l.qui iuris-dictioni.ff.de iurisdic.om.iudi.in.l. senatus.ff.de offi.presi.glo.in.c.cõ sanguinei.iij.q.v.Roma.i.l.si vero. §.de viro.in.xviij.fallentia.ff.solu. matri. Et in hac materia vltra ad-ducta per Abba.adde Barto.in.l. sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius vo.glos.in.§. cogitandum.in aucten.de mona.in.l.ydonei. ff. de testi.z aliquid per Barto. in.l.j.§.

seruum. ff. de questio. Septima conclusio. prelatus vnius capelle que non habet collegium sed solus habet administrationem ecclesie non admittitur in testem. quia licet constituat procuratorem. tamen ipse dicitur principalis. Hanc autem conclusionem limitat Ab. non procedere quando ecclesia haberet yconomum generalem constitutum auctoritate episcopi vel ageret episcopus tanquam generalis administrator. tunc prelatus seu rector capelle admitteretur in testem. dicit tamen Abb. quod materia ista est arbitraria. Octaua conclusio. prelatus ecclesie collegiate non admittitur in testem in causa ecclesie sue agente yconomo episcopi causam singularem mense episcopalis: secus si sit causa ecclesie. vel si sit communis et sic causa mense prelati videtur proprie ipsius: vt sic repellatur a testimonio. ex quo infert Ab. quod canonicus non potest esse testis in causa prebende sue. Nona conclusio. si volo probare quod mihi teneris ad centum et probo per Titium qui dicit se tibi portasse pecuniam quam sibi dedi tuo mandato. non est ydoneus testis. quia testificatur in eo quod ad eum pertinet ita notabiliter vult Barto. in l. deferre. §. eidem decreuerunt. ff. de iure fisci. Decima conclusio in qua est altercatio inter doc. quod legatarius potest esse testis in testamento. vt declarat Barto. in l. qui testamento. in prin. ff. de testamen. vicz an talis sic fecerit testamentum. vnde vlterius de toto testamento interrogatur. de quo etiam per bart. in l. si quis. ff. de re. dub. In ista tamen conclusione dicit Ab. recitatis aliorum opinionibus: quod si testamentum apparet in scriptis: ita quod non capit totaliter essentiam a dictis testium: tunc admittuntur legatarii ad probationem et confirmationem testamenti. Sed vbi de est scriptura: ita quod suam essentiam capit totale testamentum ex dictis testium: tunc secundum Abba. illorum

dicta non sufficiunt. quia suspecti sunt et hoc intelligit quando in alterum euentum tantum sunt habituri legatum. nam si in omnem euentum indistincte possunt esse testes. cum questio est inter alios. Et tu in hac materia adde Jo. fab. institu. de testamen. §. legatariis. et notata per Bal. in l. dictantibus. C. de testamen. et quod singulariter voluit Bal. in l. i. §. huius studii. ff. de iust. et iur. quod si legatarius inductus in testem circa institutionem heredis: et interrogatus an sentiat commodum: et dicit quod non. non punitur de falso: quia debet intelligi principaliter. Undecima conclusio. venditor non potest esse testis in causa emptoris: etiam si non teneatur de euictione secundum docto. Hoc tamen limitat Ab. nisi qualitas persone et cause aliud suadeat. et hoc dicit maxime in defectum aliorum. Duodecima conclusio. cedens non testificatur pro cessionario. et vltra adducta per Ab. adde Bal. in l. omnibus. C. de test. Cyn. in l. si ad te. C. de fal. Alex. in l. si tibi. §. nos autem. ff. de pac. Et ideo si ego habeo debitorem et non possum probare nisi per vnum testem si cedo actionem alteri non potero ego cedens esse testis: quia sic fierent mille fraudes. licet Specu. tenuerit contrarium. sed eius opinio communiter impugnatur. ¶ Nota quod in c. ex parte. A. per glo. et doc. tractatur an clericus possit accusari per laicum de crimine saltem ciuiliter ad priuationem beneficii. ex quo suam vel suorum iniuriam non prosequitur. de quo per glo. in c. maximianus. lxxxi. dist. in c. constitutus. xvi. q. i. in c. filiis. xvi. q. vii. ii. q. vii. in summa. in c. qualiter et quando. de accusa. in c. venerabili. de offic. delega. Et in istis locis glo. variauit et etiam doc. in hoc passu. Sed tu potes sic concludere ex intentione Ab. recitatis opinionibus. quod laicus non potest accusare clericum de cri-

mine criminaliter nisi prosequatur suam iniuriaz.c.de cetero.infra eo. hoc tamen fallit in criminibus excep tis.de quo in.c.cum. P. de accusa.ij.q.vij in sum. Et si e patron⁹ vl parrochianus potest excipere cotra promouendum.de quo vide glo. nota.in.c.vt circa.de elec.in.vi.in ver. aliqui.de quo etiaz singulariter per Inno.in.c.super his.de accusa. Et ibi inter alia dicit q reges z princi pes admittuntur ad excipiendu co tra promouendum si habent eum ve risimiliter suspectum de proditione terre sue.vel consiliorum suorum:qr pretendunt speciale interesse z hoc dictum refert z sequitur hic Ab. p notabili.z in.c.j.in.c. cum terra.de elec.z idem etiam dicendum quan tum ad crimen dilapidationis:sz re spectu alterius criminis admittunt solum patroni z parrochiani. Nota etiam vnam conclusionem in dic. c.ex parte. q exceptis casibus de q bus in glo.hic.z per glo.j.in.c.cum causaz.infra eo.z excepta exceptio ne excomunicationis est in arbitrio iudicis an prius admittat testez.an probationem exceptionis.sed si no arbitratur vt bonus vir poterit ab eo appellari. Nota glo.in ℣.testes. dum dicit q exceptio contra testem est peremptoria per obliquum. Et ideo hoc est qr exceptio peremptoria proprie est illa que directe venit ad perimendam actionem seu inten tionem aduersarij.insti.de excep. in prin.qualis non est ista que opponi tur contra personas testium. sed qr testibus meis reprobatis deficiente probatione succumbo. dicitur perem ptoria per obliquuz. idest indirecte quia in effectu perimit intetio mea Et adde glo.in.c.j.de excep. Nota etiam hunc tex. q conuictus de per iurio in vna causa probatur periur⁹ in alia causa: nec debet admitti ad testimonium.z ex hoc habes vnum casum in quo acta in vno iudicio fa ciunt fidem in alio:etiaz inter alias psonas. Nota q Ab. ponderat hic glo.j.q ista exceptio.tua non inter est.est dilatoria: z sic debet opponi tempore dilatoriaru. Adde tu bar. in.l.ii vnus.§.ante omnia.ff.de pac. qui dicit.q ista exceptio est litis fini te.z probat etiam ista glo.laicu non esse omnino incapacem accusatiois clericorum:vnde si a principio non repellitur non potest amplius repel li. ¶ In.c.si qui testium. habes re gulam q testes possunt compelli vt vadant ad presentiam iudicis.exce ptis casibus de quib⁹ ibi. Et an iste tex.procedat in causa criminali.vi de quod habetur in aucte.apud elo quentissimum.C.de fide instru.in.c. mulieres.de iudi.in.vi. Et i casib⁹ in quibus mittitur ad domum testiu debet pars aduersa citari. de quo p Bar.in.l.ad egregias.ff. de iureiu. fallit tamen in muliere secundu bar. propter honestatem : poterit depo nere in domo parte no citata. Sed Ab.insurgit contra Barto.qr sicut mittitur notarius potest ire pars:qr tractatur de eius preiudicio. sz hec ratio non viget si potest ire vnus er go duo. Preterea in notario est ne cessitas eundi no sic in parte. Et no solu in casibus de quibus in tex. mit titur ad domum testium:sed etiaz si sunt persone egregie z honorate. vt in dic.l.ad egregias. Et ibi dr glo. q doc.possunt dici egregie persone Et nota glo.hic q senes compellu tur ad testificandum ratione pecca ti.vel vbi subest necessitas : als no. Et dicutur senes in materia propo sita maiores.lxx.annis.glo.in.§.in utti.iiij.q.iij. Sed vbi volunt sponte testificari vel peccatum imminet p cedit dispositio istius tex. Nota glo. si.q pauperes als nobiles persone excusantur a muneribus publicis q pala explicanda sunt si propter pau pertatem stant in domibus. vult et glo.q pauper als honestus non re

pellitur a testificando imo mittitur ad eum si verecundatur exire propter nimiam paupertatez. Et adde glo. in.§.si testes.in ver.locuples. .iiij.q.iij. Nota tamen secundum Abba. quod licet pauper admittatur in testem tamen iudex arbitrabitur ex circunstantijs quãta fides sit ei adhibenda. Et ad predicta allego pulcrum tex.in.l.in eadem.ff.ex quibus cau.maio.in versi.sine dedecore in puplico apparere non possunt.et ibi gl. quem tex.allegauit pulchre Bar. vir.in.l.pecunie.in fi.ff.de all.lega. et ibi dixit quod excusatur ille qui omittit aliquid facere propter verecundiam.et quod ita debet aliquid fieri propter verecundiam sicut propter obligationem. quod est pulcrum. Tu scis quod producens debet ministrare expensas testibus qui veniunt ad testificandum. vt in.c.statutũ.ad fi. de rescrip. in. vj.quid si est pauper? Dicas quod iudex ordinarius dabit expẽsas.quia tenetur pauperibus prouidere secundum Ab.hic in fi. Sed quero quis dicatur pauper in hac materia?tu habes glo.sing.i.§. sin vero.in versi.substantiã.in aucten.de he. et fal.quod ille qui nõ habet tot in bonis que ascendant ad estimationem litis super qua testificatur dicitur pauper. Et glo.sing.in aucten.preterea.C. vnde vir.et vx.dixit quod quis dicatur pauper committitur iudicis arbitrio et tex.notabi. vbi Abb.vult quod ille dicitur pauper qui viuit ex proprio artificio.in.c.quod super his.de voto.

¶ Nota ex.c. sicut nobis quod testis corruptus seu falsum deponens nõ solum puniendus est de piurio seu falsitate.sed etiaz de omni eo quod ex sua depositione inique processit.et adde quod notat glo.in re. imputari. de re.iur.in vj. Probat etiam tex. iste quod nõ creditur testi.post depositionem dicenti se corruptum dixisse testimonium.allegat enim turpitudinem suam merito non debet audiri.et tu vltra Ab.allega Bar. nostrum in.l.si quis in graui.§.j.ff.ad si le.qui allegat istum tex.et dicit quod si testis diceret in articulo mortis se in tali causa tulisse falsum testimoniũ nõ preiudicat parti. de quo etiaz per Bal.in aucten. si dicatur.C.de testi.in.l.generalit.C.de nõ nume.pecu. Tu habes vnam glo. nota.i.c. imitare.vj.q.j.que disputat nunquid totiens penitentiam agere debeaz de fornicatione quotiens committo fornicationez cũ eadem muliere? et concludit quod sic.sed pro illa glo.habes hic bonum tex.facit etiam tex.in.c. ad apostolice.de re iudi.in.vj.in versi.deterauit.quod totiẽs quis committit piurium quotiens venit cõtra iuramentũ.

¶ Nota quod in iure patronatus committitur simonia.tex.est in.c.veniens ad nos.Tu habuisti etiam optimũ tex.in.c preterea. de trãsac. Tu debes scire quod legiste habẽt tex.in.l. quinetiam.ff.de calũ.quod remittere est idem quod dare.sed tu allega etiã tex. in hoc.c.veniens.et vide glo.nota. in.l.si quis obligatione.ff.de reg.iu. que querit an si aliquis remittat causa donationis vltra summam requiratur insinuatio?et cõcludit quod sic.pro quo etiam allego glo.in.l.j.§.j.ff.quibus mo.pig.vel hypo.sol.per Ba.i.l.modestinus. ff.de dona.No.etiã vnaz pulcrã cõclusionem que collegitur ex dicto.tex.quod donatio alicuius rei multo tempore continuata inducit in ecclesia obligationẽ in futurũ.vt singulis annis sic donetur more solito. facit quod habetur i.c.ad apostolicã.de simo.et late per Ab.i.c.peruenit.de cẽsi.No. vnũ dictũ.Jo.an.hic quod presbyter potest aliquod debitũ ecclesie remittere i vita sua,quod intelligit Ab. quando cõcernit vtilitatẽ ipsius remittẽtis.vt quia inde viuere debet.secus si alias vtilitatẽ ecclesie cõcernẽret.No.hic glo.ij.que vult quod in ciuilibus sufficit vnus testis cũ fama. et in hac materia late legitur Ab.hic sed tu allega gl.i.l.

467

iã.§.eiusdem.ff.de testi.in.l. at qui natura.§.cum me absente.ff.de nego.gest. Bal.in.l.proprietatis.C. de proba. Bar.i.l.de minore.§.tormenta.que notabiliter loquitur.ff. de questio.doc.in.c.cũ causã.de pba.in.c.j.de appel.in.c.cũ diocesi. de vsur.⁊videtur concludi ꝙ in factis de antiquo fama faciat plenã pbatiõem.⁊ factũ cẽtũ annorũ dr factũ antiquũ.l.fi.C.de sacro sanc. ec.⁊ per doc.hic per Bal.i auctẽ. q̃s actiones.C.de sacro sanc.ec. in .l.cũ super.C.de rei ven. hoc tamẽ nõ placet indistincte Ab.⁊ vult ꝙ hoc procedat qñ ẽ pbanda pscriptio tanti tpis cuius initiũ memoria non existit.nõ autẽ pcedit gñaliter in omni facto antiquo. Et nõ omitto vnũ dictũ mirabile Bal.i.l.gallus.§.ille cas⁹.ff.de libe.⁊ posthu. ꝙ si vnus testis deponit d̃ veritate ⁊ fama.⁊ alius de fama. cõcludẽt pbãt dc q̃ ibi per Alex. Nõ omitto etiã aliud dictũ singlare ꝙ si vnus testis deponit de veritate.⁊ ali⁹ d̃ confessione facta pñte pte.pbãt.⁊ sic cõiũgũtur ad plenã probatiõez faciendã.dictũ est singu. Bal.in.l. si q̃s ex argentarijs.in pn.ff.d̃ edẽ qd approbat Alex.i dic.§.ille cas⁹ Nec obstat ꝙ videãt singlares.qꝛ singularitas admiculatiua dicti testis nõ viciat.put elegãt declarat Bal.i.l.de q̃bus.ff.d̃ legi. ¶ No. ꝙ i.c.cãz q̃.tractat mat'ia an acta in vno iudicio fidẽ faciãt in alio.⁊ p declaratiõe terminorũ scias. ꝙ acta q̃ fiunt in iudicio sũt triplicis q̃litatis.q̃dã eñ pcernũt ordinatio iudicij. vt citatio.libelli oblationẽ; litiς ptestatio.⁊ silia q̃ alio vocabulo nũcupãt acta iudicij seu iudicij ordĩatoria. Quedã pcernũt idagationẽ vitatiς.vt sũt attestatões testiuz ⁊ pfessiones.⁊ silia.que alio vocabulo dicuntur acta litiς seu cause Quedã concernũt decisionem negocij.vt snie q̃ feruntur in cã.nõ t hac materia facio aliq̃s bre. pclones. Prima est ista. si instãtia nõ ẽ pempta oĩa acta siue sit ordinatoria siue istructoria cãe fidẽ faciunt corã iudice surrogato.vt super eis possit pcedere sicut precessor.idẽ enĩ videtur iudex.l.proponebatur ff.de iudi. ⁊ idẽ corã iudice appellationis. ¶ Secũda cõclusio.p instãtie pemptionẽ solũ pimunt acta litis ordinatoria. vt citatio.libelli.oblatio.⁊ silia. nõ autẽ perimũt acta cause tendentia ad veritatis indagationẽ. vt depositiões testiũ. ⁊ pfessiões partium. ¶ Tertia cõclusio.pempta instãtia nõ perit effectus actorũ peremptorũ iã perfectus de preterito ãte peremptiõez instãtie.sed iste remanet. vt quia p litis ptestationẽ efficit q̃s malefidei possessor.res efficitur litigiosa ⁊ sic de alijs.sed effectus d̃ futuro perit. vt p ea ⁊ sup eis ferat snia. ¶ Quarta conclusio. ꝙ deponẽs testiũ nõ publicate corã iudice recipiẽte faciẽt fidẽ corã alio iudice alterius instantie.⁊ petetur ꝙ p ipsum fiat publicatio.ita firmat Ab. allegãs Bar.in.l.cum lite.ff.iudi. sol.sed in ista cõclusione videtur ꝙ Ab.non bñ viderit.qꝛ Bar.tenet cõtrariũ in.l.gesta.C.de re iudi.dt enim ꝙ si dicta testium non sunt publicata corã iudice qui examiauit eos poterũt publicari ab eius successore.non autẽ ab alio.ad idẽ qd voluit Bar.post glo.ibi in.l.solam C.de testi.in.l.j.in.fi.ff.de his q̃ in frau.cre. Et tu potes tenere hanc opinionem ꝙ vbi attestationes nõ sunt publicate habz locũ.l.fi.C.de testi.q̃ etiam debet intelligi de iudice. Si autẽ sũt publicate nõ habet locum distinctio illi⁹.l.de quo ibi per Bar. ¶ Nota ꝙ in.c.cũ nũcius.tangitur per glo.⁊ docto. an clerici cogantur testificari cõtra ecclesiam.⁊ concluditur ꝙ si reperiuntur alij testes non compelluntur

clerici. secus si non sūt alij testes super hoc verisilr informati. qr i defectum probationū cessat omne priuilegium. per ea q̄ notantur in. c. j. de testi. cogē. Querit Ab. an i causis priuatorum cogantur clerici testificari. et allegat tex. nota i. c. quicūq̄ xxiij. q. v. et concludit q̄ sic. quando alij testes laici nō reperiuntur. Et nota q̄ quāuis clerici et etiam religiosi debeant habere licentiam prelatorum qn̄ debēt testificari. tamen si sine licentia deponūt valet testimonium eorū. de quo hic per Ab. q̄ in fi. dicit q̄ in foro seculari testimonium soli⁹ epi valet. quod est pulcrū. et remittit se ad dicta in. c. sicut. de proba. ¶ Nota ex. c. super eo. q̄ cōiunctio vel confessio facta in vno iudicio quo ad certū finem facit fidē in alio iudicio quatenus agitur de abilitate persone. ¶ Nota vnam regulam q̄ vbi agit de crimine criminaliter non testificantur laici cōtra clericum in. c. de cetero. et tu habes alibi regulā cōuersā. q̄ nec admittūtur clerici cōtra laicum cum criminaliter agit. tex. ē nota. in. c. testimoniū. xj. q. j. credit tñ Ab. q̄ i crimine seculari vbi non ageret ad penā sāguinis possit clericus ferre testimonium contra laicum in defectum testium. et glo. in. c. j. lj. dist intelligit text. in dicto. c. testimonium quando agitur ad vindictam sanguinis. Probat etiam tex. in dicto. c. de cetero. q̄ etiam laico prosequente iniuriam propriam contra clericum non admittuntur laici ad testificandum. Limitat tamen Ab. solus vt ipse refert vt procedat quando delictum de quo accusatur clericus fuit cōmissuz in loco in quo est clericorum copia. limitatur et secundo qn̄ delictū clerici est notorium. tex. est nota. in. c. cum dilecti. de purga. ca. secundum Abb. Tertio limita vt laici regularit nō admittātur scilicet ad plenam probationem. sed ad indicium faciendum sic. vt saltem subijciatur torture. Queritur quid cōprehendantur appellatione suorum quia tex. dicit iuam suorum q̄ iniuriam prosequitur. et legiste habent glo. sin. in. l. si femin. C. ad turpil. Sed dicas q̄ omnes illi qui enumerantur in. l. j. in fi. ff. de postu. veniunt appellatione suorum. exceptis tribus vultimis secundum Jo. an. et Ab. ¶ Nota q̄ tex. in. c. in causis variatur in intellectu. sed Ab. tenet q̄ tex. intelligatur sic. q̄ habēs vnā dilationem. vel plures ex causa. nū q̄ admittatur ad quartam productionem nisi cum solennitate legali. de quo in. c. vltra tertiam. infra eo. et est ratio quia ex iterata tollens productione est presumptio q̄ fuerit pcunctatus dicta testiuz. et quia forte illi non probabant inductus est ad productionem aliorum illos prius sub ornando. ideo exigit iuramentū huius presūptiōis purgatiuum. aduerte tamen q̄ primus intellectus positus in glo. seruatur de facto. secundum glo. et sequitur Jo. an. Sed queritur an valeant attestationes recepte in quarta productione data sine solennitate legali: et concluditur q̄ valent si non fuit contradictum et appellatum. et hoc Abb. allegat fortiorem casum q̄ valet testium receptio facta post conclusionem si non fuerit appellatum. et allegat dominos de rota. ¶ Volo q̄ mandes memorie vnā pulcram regulaz que est ista. q̄ vbi testes actoris et rei videntur deponere contraria circa actum iterabilem. et per presumptionem multiplicati act⁹ pñt reduci ad concordiā. reduci debēt. et tūc presumitur act⁹ multiplicat⁹. et sic intelligēdi sūt testes dpōere sup diuersis actib⁹. tex. ē no. i. c. cū tu. qd notabilit limita nisi cōstaret d actus vnitate vl p cōfessionē ptiū. vl ex dictis ipoz testiū

468

Primum probat in.c.cū Ioānes de fide instru. scdm probat ex dictis testium deponentiū contra susānā. & de hoc habes glo. pulcrā.iij. q.ix.c.nihilominus.q̄ glo. notabiliter vult q̄ siūs cōcordia fit alio nō obstāte in testibus eiusdē ptis. Et aduerte q̄ si testes vtriusq̄ ptis reducātur ad concordiā intelligēdo q̄ deponant sup diuersis actibus. nō solum euitant piurium sed etiā probāt illos diuersos actus super quib⁹ p̄sumptiue deponunt. ex q̄ super quolibet actu datur plena probatio. vt probat in hoc tex. Ex q̄ infert. Ab. q̄ si p duos testes probē q̄ cōmisisti adulteriū in tali loco. p alios duos in alio loco. probatū ē adulteriū bis fuisse cōmissum. Et nota q̄ secūdū veriorē opinionē tex. iste procedit etiā si testes alteri⁹ ptis sint plures seu meliores. & pro hoc glo. no.iiij.q.iij.§.si testes. Volo etiā q̄ notes vnū pulcrū dictum q̄ licet.fiet concordia inter testes vnius ptis.& alterius.nō tamen fit inter dictū testiū & cōfessionē pducētis: vn̄ si dicta testiū sunt nimis gn̄alia necessario nō cōcludentia intētū partis producentis.nō tamē.fit reductio ad confessionē partis.q2 pars non potuit in suum fauorē cōfiteri.dictū est nota. Inno. in.c.cū contingat.de officio dele.& sequit Bar.in.l. ij.§.creditū.ff si cer. pe. Quid diceres de hoc casu an in dubio debeamus interpretari excōicationem tenere vel nō? & cōclude sic: vt p Ab.post alios q̄ qn̄ agit de pena excōicationis. vt puta an valeat collatio beneficij medio ipe facta. vel q̄d sile. tūc in dubio dicimus eā non tenere. sed q̄n⁹ agit de ipsi⁹ vinculo an tenuerit vel nō. tunc in dubio interpretamur eā tenere. quia hoc casu nulliū periculū est cū possit petere absolutionem. ¶ Nota vnam regulam que habetur in.c.fraternitatis. q̄ attestatio-num publicatio impedit testiū pductionem super eisdem capitulis vel directe cōtrarijs tā in causa pn̄cipali q̄z in cā appellatiōis. cuz in hoc iste istātie a pari iudicet. cle. ij.co.ti.tū ab ista regula excipiunt multi casus de quibus hic p Abb. Et nota q̄ videtur ꝑior opi.q̄ sola puplicatio sufficiat absq̄ eo q̄ ps viderit testificata. intellige tamen quando de consensu ptium fuit facta puplicatio.sec⁹ si inscia vel pte inuita.de quo etiā p Bar.in auct. qui semel.C.de proba. ¶ In hac materia nolo omittere aliquas cōclusiones pro declaratione ipsius. ¶ Prima ē ista.capitulū & articulus idem significāt.& dicitur articulus pars intentionis continens aliquid quod articulans probare intēdit.c. ij.tūc.glo. in ꝟ.articulis. co. ti.in vj. ¶ Secunda conclusio.illi dicuntur articuli noui q̄ oīno dicūt impertinentes in cā. itaq̄ non concludunt nec coadiuuāt intentūarticulantis. & sup his nō admittūtur testes siue sint aliorum depositiōes puplicate: siue nō. quia non debet quis admitti ad probandum quod probatū nō releuat.c. cū cōtingat. de offi. dele.l.ad probationem.C. de proba. Et ideo iudex a pricipio debet corrigere & etiam delere positiones et articulos impertinētes notat glo. in.c.j.de cōfes.in.vj. ¶ Tertia conclusio. articuli noui dependentes ex antiquis sunt illi qui fundant seu coadiuuant intentionem articulātis in eademcausa de nouo formati.vt in.c.cū ioānes de fide instru.oportet tamen q̄ saltem tacite cōprehendantur in articulis antiquis q̄ ad necessitatē facti & probationis.quedam enī tacite includūtur sub prioribus articulis quo ad necessitatem facti & probatiōis. exemplū quando articulat sup tali prescriptione q̄ de necessitate requirit titulum.licet enim ex-

plicite non fuerit in articulo facta mentio de titulo, intelligitur tamē tacite quo ad factuȝ et quo ad onus probandi. et hoc casu non potest de nouo articulari super titulo. quia in effectu potest dici capitulū antiquū.

¶ Quarta conclusio. qn̄ aliqua cō prehendūtur sub priori articulo de necessitate facti. sed non necessitate probationis admittitur publicatione depositionum nō obstante articulus. et probatio noua super eo. Exempli gratia. articulaui tibi cētum. de necessitate facti inest tēpus sed non inest de necessitate probationis. admittetur ergo articulus super tempore. et probatio noua.

¶ Quinta conclusio. qualitates q̄ nō includuntur ex necessitate facti. licet possint includi. non videntur deducte: vnde appellatione excōicationis necessario non includitur qualitas publicationis. licet posset includi et ideo debebat admitti articulus super publicitate. ¶ Sexta conclusio. nō admittuntur regulariter articuli directe cōtrarij publicatis attestationibus timore subornationis. clemen. ij. de testi. Barto. in. l. per hanc. C. de tempo. appel. qd̄ tamen notabiliter limita nisi aliquid de nouo addatur per qd̄ tollatur timor subornationis saltē presūptiue. vt puta quia corrupti falsa dixerunt vel odio vel amore naȝ non possunt probare q falsa dixerunt nisi probem directe contrariū eorū q̄ dixerunt. sed quia addo qualitatem corruptionis: vel odij tollitur illa presumptio subornationis. cuȝ hoc sit nouū capitulum. ¶ Nota glos. fi. q̄ ponit capitula que dȝ iurare testis. Et adde ēt glo. in. c. hortamur. iij. q. ix. et adde aliud sm doc. scȝ q teneat secrete dcm̄ suū vsqȝ ad publicationē et testes dn̄t iurare tactis sacrosāctis euāgelijs. d. c. hortamur. nisi aliter inducat consuetudo: et vide gl. fin. in cle. j. de here. ¶ Si aliquis interrogaret te qūo dicatur quis didicisse testificata vt impediatur de nouo producere testes. dicas sic q multis modis. Primo. si liber testiū erat apud se. Secūdo q puncta cuncta viderit diligenter. secus si librum transcursorie viderit. Tertio si procurator vel aduocatus viderit: nec sufficeret se audiuisse a testibus. de quo per Bar. in aucten. qui semel. C. de proba. Et adde glo. fin. in. c. cum persone. de priuile. in. vj. q̄ allegatur ad hoc q ex simplici trāscursu nō dicitur quis informatus: nec sufficit vidisse exēplū eorum que dixerunt testes si non est visum originale. dictū est fin. Bal. in. l. fi. ff. quē ad testa. ape. Sed nunquid in causa criminali possunt produci testes post didicita testificata. et Bart. q sic in dic. aucten. qui semel. per iudicem non per partē. de quo ēt per Bar. in. l. j. §. fi. ff. de q̄stio. in. l. si defendantur. ff. de pe. Nota ēt q licet post conclusionē in causa nō possint produci testes: vt per Barto. in dic. aucten. qui semel. tamē iudex ex officio pt īterrogare testes nedum ad declarandum rem dubiam sed etiā ad fundandū intentionem aduersarij. l. vbicunqȝ. ff. de interroga. actio. gl. nota. in. qm̄. ꝯ. in ver. interrogationes. de proba. que sic ītelligitur. Et nota q post didicita testificata possunt produci testes non ad plenam probationē: sȝ ad aliqualem presumptionē. dictū est notabile Inno. in. c. cū dilectus. de accusa. quem allegat Roma. in l. si vero. §. de viro. in penul. et vlt. fallentia. ff. solu matri. Adde etiā Bar. in. l. j. §. sufficit. ff. de bo. pos. q sufficit q iudex pronūciet dicta testium habenda pro apertis: licet non legat nec partibus aperiat.

¶ Nota etiam secundum Barto. in dic. aucten. qui semel. q publicatio que nō valuit nō est impedimento: nisi iam pars didicisset testifica

469

ta. si tamen prior examinatio nõ valuit etiam si pars didicisset testificata non impeditur secunda examinatio. Bar. in dic. aucten. qui semel. & in. l. qui per salutem.. in fi. ff. d iureiu. Et nota vnũ singulare dictũ in quo post didicita testificata producuntur testes quando iudex male examinauit: quia inest verus dolus male examinantis. qui prepõderat dolo subornatiõis. ita singulariter Bal. in. c. j. quid sit inuestitura quẽ refert Aleran. in dic. aucten. qui semel. Limitat etiam notabiliter Bal. in dic. aucten. quãdo iudex idiscrete: odio: vel iniuria publicauerit cito testes vt impediat productionẽ testiũ. Et tu vide glo. in dic. cle. §. in ver. publicatis. Et de consensu partium possunt testes admitti post didicita testificata. Bar. in dic. aucten. qui semel in fi. in. l. per hanc. i fi. C. de tempo. appel. Et tu allega glo. notabilem in dic. cle. §. in ver. producere. Uolo tibi dicere vnam mirabilem limitationem ad tex. in c. intimauit. quia ille tex. procedit de iure cõmuni. quia post publicationez seu renunciationem non admittuntur beneficio restitutionis ex clausula generali. si qua mihi causa iusta &c. sz Inno. Host. & Jo. an. quod tamen limitat Ab. vt hoc non procedat quando negligentia potest i putari volenti producere. de quo hic per eum. Nota quod Ab. hic allegat notabile dictum Inno. in. c. qualiter & quãdo. j. de accusa. quod si quis iuramento promisit nõ reuelare secretum sibi dictum: si tamen producitur in testẽ tenetur illud reuelare & pro hoc facit tex. in dic. c. intimauit. ¶ Nota etiam vnum pulchruz tex. in. c. causam que. quod priuilegiuz contrarium rationi & contra solitũ cursum priuilegiorum est de falsitate suspectum. propter quod debet remitti vna cuz presentante ad papam. & vide ibi glo. fi. ¶ Tu scis quod iudex repellitur propter similitudinem cause. c. causam que. de iudi. ne affectione ductus cause sue quã iustam putat sic iudicet in causa alterius. idem dicas in teste. vt probatur in. c. personas. vbi per doct. Exempli gratia. pone quod sit questio vtrũ sit certa consuetudo in loco producitur in testẽ ille qui habet cãm in qua allegat illam consuetudinez de facili deponet de illa cõsuetudine cũ eam asserat in alio iudicio in causa propria. ¶ Nota quod iudei nõ possunt vti munere testificandi inter christianos. sz christiani admittuntur contra iudeos in testes. vt i ca. iudei. potest tamẽ iudeus repellere christianum exceptione criminis. vt ibi per doc. ¶ Nota casum in. c. super eo. i quo mater testificatur pro filia vel filio cũ agitur de matrimonio contrahendo vel contracto: et cessat suspicio contra matrẽ ex qualitate cõtrahentiũ. Habes etiam ibi casum in quo dictum vnius facit plenaz probationez cũ agitur ad matrimoniũ impediendũ. Ex quo tex. Ab. ponit istã regulam quod vbi agitur de peccato ĩpediẽdo nec diminuitur ius alterius sufficit dictum vnius. Et nota quod Ab. in hoc. c. allegat glo. quã dicit nota. in. c. presul. ij. q. iiij. quod duo testes sufficiũt etiã contra papam. quaz dicit singularem in. c. per tuas. de maio. & obe. in. c. tercio loco. de proba. in. c. quotiẽs. in. c. licet. hoc eo. ti. in. c. at si clerici. in prin. de iudi. in repetitione. c. cuz esses. de testa. quam etiam allegat in. c. j. de peccu. ¶ Regulariter sufficiũt duo testes c. licet vniuersis. fallit tamen i multis casibus in quibus requiruntur plures quam duo: vt hic per glo. in ver. quedã. & vbi non agitur de preiudicio alterius sufficit testimoniũ vnius. vt hic in glo. fi. ¶ Nota vnam generalem doctrinam quales debent esse testes. debent enim esse probate vite. & opiniõis, & quod nulla sit veri

similitudo q debeāt deierare. tex. est in.c.in literis.qui tex.allegatur q illi qui sunt de familia producē-tis non sunt idonei testes. ¶ Nota glo.ij.qui dicantur familiares & q domestici: & domestici dicuntur illi quibus imperari potest: & isti nullo modo admittuntur. familares sunt consanguinei qui admittuntur.sed propter affectionem nō sunt omnino integri. Et adde quod habetur in.l.ij.C.eo.& glo.in.l. presenti. C. de his qui ad eccle.confu. Et dicit Abb. hic: q si super contractu non habeo nisi familiares q consilium est q expellam eos. & postea potero eos producere in testes. allegat Bart.in.l.j.§.si seruus.ff. de questio. Et tu adde Bart.in.l. vir mulieri.ff.de dono.inter vir.& vxo. Et Alexan.in consilio.v.in.j.li.q dicit q non est fraus sibi probationes parare. Cyn.in.l.ij.C.de testi. nisi postea famulus rediret incontinenti.& ibi Alex.allegat glo.quā dicit singularem in.l.iij.§. eiusdē. ff.de testi.in versi.numerus.q licet duo domestici non sufficerent sufficient tres.quia quod deficit in fide suppletur in numero.& istam glo. dicit etiam singularem Bal.in.c.si qui testiū.de testi.q tres domestici sunt ydonei. Et consanguineus deponens ad simplicē defensionē & innocentiam est ydoneus testis. Bald.& Sali.in.l.parentes.C. de testi. Et familiares nobilium & episcoporū sunt ydonei testes. secus in familiaribus plebei & scholaris Bald.in.l.etiam.C.de testi. Alex. in dicta.l.vir mulieri. quod est pulchrum. ¶ Sed queritur: quid de vxore: an admittatur in testem in causa mariti: & econtra? & concludē q creditur plus vel minus secū-dum circunstantias.glo. tamen.iiij q.iij.§.ydonei.dixit vxorem non admitti.quia sibi imperari potest cū sit subiecta viro. ¶ Nota q in ca. cum venissent. videtur magis communiter concludi q morte delegā-tis re integra expirat ipso facto iurisdictio.licet aliqui tenuerint q est opus exceptione. vnde si non excipitur valet processus. ¶ Nota glo.notabilem in cap. series. in ver.instrumentum.q verba enunciatiua instrumenti confecti nō principaliter propter se sed propter aliud faciunt fidem. intellige tamen q non faciunt plenam probationē sed coadiuuant alias probationes vbi tamen agerctur de modico preiudicio faciunt plenam fidem. tex. habes notabilem iunct. sua glo. in.c.cum olim.de cēsi.& de hac materia in.l.ex hac scriptura.ff.de dona.in.c.si papa. de priuileg.in.vi. ¶ Nota etiam ex eadem glo. q instrumenta possunt produci vsq ad conclusionem in causa post publicationem attestationum: etiam si sunt contraria attestationibus alterius partis.& ratio est.quia nō est ita timendum de subornatione in notario et testibus sicut in solis testibus. ¶ Et nota text.in dict.c. series. secundum vnam lecturam satis nota.q non est imputandum quando quis nō potuit ante publicationem attestationum instrui super directa vel indirecta probatione cōtraria. Et vt bene intelligas de claro sic. instans contra matrimonium simpliciter proposuit consanguinitatem in casu prohibito: nec in suis articulis distinxit gradus.sed testes sui postmodum producti distinxerūt gradus ponētes illos. J.& B. de quib9 in tex.in primo gradu publicatis attestatiōib9 ps aduersa voluit pbare illos nō eē frēs & sororē de admitti qr nō ē qd sibi iputet qre pmo nō pbauit cū hoc ignoraret.& no.hāc rōnē: q valz csuetudo p quā lz pducere testes publica.attest.fz doc.& hoc p baf rōe qr si ptes hoc pūt cōi csēsu

vt in.c.fraternitatis.§.eo. multo
fortius hoc poterit induci ex ↄsuetu
dine quod pulchrũ. Nota etiã hãc
conclusionem in hoc.c.ꝙ in cã ma-
trimoniali possunt produci testes
publicatione non obstante sup eo.
dem capitulo vel directe cõtrario
¶ Nota quasdam conclusiões ex
c.preterea. Prima cõclusio. ꝙ for
nicatio potest probari per testes ꝺ
ponentes de visu.vt qꝛ viderunt vi
rum supra mulierem.item si vide-
runt virum ꝛ mulierẽ se in latebrꝭ
osculantes ꝛ amplexantes.de quo
per Bar.in.l.ꝗ.ff.ꝺ fur.in.l.capite
quinto.ff.de adul. Scḋa cõclusio.
licet testes non viderint virũ ꝛ mu
lierem simul cõmiscẽtes precise eo
dem tp̃e sed interpellatim cõtinuo
vnus post aliũ hoc sufficit:puta qꝛ
per foramen viderunt successiue il
los coeuntes.qꝛ cum iste actus sit
successiuus non videntur depone-
re super diuersis fornicationibus:
sed super vna tm̃.glo.habes nota.
in.c.nihilominus.iij.q.ix. Tertia.
non sufficit sola fama ad probãdũ
copulã carnalem qñ agiꝶ de pleno
preiudicio inferẽdo.aꝉs sola fama
sufficit ad impediendũ mr̃imoniuꝫ
contrahẽdũ.c.sup eo.de consang.
ꝛ affi. Quarta.creditur testibꝰ iu-
ratis qui dicũt carnalis copule se
conscios.sed de visu nihil affirmãt
sed audiuerunt eos cõmiscentes ꝛ
cũ hoc cõcurrat fama.ꝛ alia admi
nicula.est probata copula.ꝛ iõ req
runtur alia adminicula vltra audi
tum ꝓpriũ:qꝛ actus copule nõ ꝑci
piꝶ sensu auditꝰ tm̃ sꝫ visꝰ. Quita.
tales depositiões de qbꝰ in prima
ↄcł one sufficiũt ꝗ ad oẽs effectꝰ ẽt
ꝗ ad dissoluẽdũ mr̃imoniũ iã ↄtũ
qꝛ tex.loquiꝶ multũ gñaliter. Sex
ta.vnꝰ testis de visu cũ fama ꝛ aliꝗs
adminiculis certꝭ ꝛ ꝓbabilibꝰ suf-
ficit in delictis ꝗ fiunt occulte se-
cundũ doc. Et tu adde qꝺ ꝺt Ro.
in ↄsil.vij.ꝙ qñ sumꝰ in casu ꝗ diffi
culter probatur admittũtur proba
tiones que aꝉs nõ admitterentur.
Et si tu vis scire que dicantur ad-
minicula in casu nostro.dicas ꝙ ri-
sus iocus missio munerum ꝛ locali
um cohabitatio osculum ꝛ similia.
Septima.ꝙ multa simul iuncta ꝓ
bant que de ꝑ se nõ ꝓbarent.ꝛ ad-
de glo.no.in.l.ꝗ.in prin.ff.de excu
sa.tuto.in.c.cum causam.ꝺ proba.
in.c.accedens.ꝗ.vt lit.nõ cõtest.in
c.cum dilectus.de succes. ab intes.
in.c.illud.de presump.l.l.iij.§.eius
dem.ff.de testi.facit tex.in.l.excipi
untur.ff.ad sille.in.l. indicia. C de
rei vendi. Bar.in.l.j.§.idem corne
lio.ff.de quest.ꝛ pulchre per Bal.
in rub.de controuer.inuesti.ꝛ Jo.
de imo.l.c.ex ore.de his ꝗ fi.a ma-
io.par.capit.dicitꝙ qui habet plu
res rationes omnes adducat: qꝛ ꝗ
non prosunt singula multa iuuant.
¶ In.c.cuꝫ a nobis.in quo tracta
tur pulchra materia habeas aliꝗs
conclusiones. Prima cõclusio. nu
da verba pape si in eo perseuerat
credendum est.qꝛ nemo illi contra
dicere potest secundum Hostien.
hoc credit Ab.verissimum in illis
in quibus papa habet plenam po-
testatem.vt in beneficialibus.spiri
tualibus.ꝛ similibus. sed Abb.in
causis prophanis laicorum dubi-
tat.de quo hic per eum qui relin-
quit cogitandum. Secunda con-
clusio. Cardinali legato de latere
creditur in his ꝗ nõ sunt multi pre-
iudiciꝗ.glo.in.c.sicut.de sen.excõi.
ꝛ si nõ esset legatꝰ nõ crediꝶ. vt in
isto tex.regulariter in alterius pre
iudiciũ nisi aliud habeat stilus cu-
rie sm̃ Ab.sꝫ vt mihi videꝶ ꝑua vi
deꝶ dr̃ia inter legatũ ꝛ nõ legatũ.
Et adde quod dicit Jo.an.in.c.j.
de offi.lega.in.vj. ꝙ si legatus de
latere vult vti reseruatis pape. et
sic transcendere officium legatio-
nis.debet tunc probare ꝑ litteras
nec sibi creditur, ibi hoc sequitur

moderni allegantes etiam Specu. Tertia cōclusio. iudex non potest esse testis super negocio principali super quo iudicauit ẜm glo. hic q̄ ē magis communiter approbata. c. statutum. ij. q. vj. vbi etiā per glos. Quarta. iudex pōt esse testis in actis gestis corā se ẜm glo. in defectum tamen. quam tamen glo. Ab. limitat nisi quando iudex nullum p̄tēderet interesse: qr tūc ē oīno integer testis: si aūt vult testificari d̄ gestis per se: dicas vt hic per Ab. et de aliis que hic tāgunt. Nota q̄ testis deponens sup dilatoria nō cogitur deponere super principali. c. de testibus. qr resultaret contrarietas: et qr turbaretur ordo iuris: qr lite nō cōtestata testes nō sunt recipiendi super principali: secus est in peremptoria: qr illa coheret negocio principali et lis est iam contestata: et testis debet esse cōmunis vtriq3 parti. licet per alium tantum p̄ducatur. glo. in. c. fraternitatis. supra eo. Nota glo. in ver. cogēdi. q̄ pars producens testes si pars aduersa petit eos examinare sup pricipali nō pōt eos reprobare. Et nota q̄ dicitur in textu q̄ renūciatio impedit productionem testium. hoc intellige ẜm doc. quando vtraq3 ps renunciauit. qr pars que non renūciauit posset producere testes. et iō qñ tu eris aduocatus nō patiar q̄ tua pars renunciet nisi etiam altera ps renunciet. Et facias hāc cōclusionē q̄ videt magis cōis. q̄ nō valet dcm̄ testis qui primo deposuit et postea iurauit. et pro hac conclusione est tex. hic dū ponderat q̄ non valeret dcm̄ testium qr deponerent non iurati. Nota tñ q̄ iuramētum non est de substantia falsi testimonij: si ergo testis deponeret falsum testimoniū licet nō iurasset et obliuione puniret tñ de falso. Bar. in. l. si quis legatū. ff. de fal. ẜm Ab. cui adde Bar. in. l. damus, C. de fal. et Bal. in. l. iurisiurandi. C. de testi. in l. f. C. de sepl. vio. Sed queritur an valeat dictum testis si scripsit testimonium suum et tradidit scripturā iudici. et Ab. hic in fi. allegat Bar. in. l. theopōpus. ff. de do. prele. qui tenuit q̄ sic: quē reprobat Abb. p tex. expressum in. c. testes. iij. q. ix. sed aduerte qr Bart. videt tenere contrarium in. l. qui bona. §. q̄ alieno. ff. de dam. infec. dū voluit q̄ testis non pōt iurare per nunciū Reperitur tñ q̄ rota tenuit contrariū q̄ testis possit iurare et deponere p nuncium procuratorem. sed cōiter doc. in. c. licet. ifra eo. prout refert ibi Ab. tenēt q̄ testis non possit iurare p pcuratorē p illū tex. ¶ Tu debes scire q̄ tertius cōparēs p interesse suo admittitur ad iudiciū. c. cū super. de re iudi. c. veniēs hoc eo. et. tñ scias q̄ nō pōt petere q̄ attestationes recepte inter partes pricipaliter cōtendentes aperiantur et publicentur. vt probatur notabiliter in. constitutus. ẜm vnum intellectum. qd̄ est notabile. qui etiam tex. probat ẜm alium intellectum: q̄ si attestationes fuerunt deposite apud partē: etiam non facta publicatione solenni non potest pars depositoria super illis articulis vl directe contrariis testes producere qr presumitur didicisse testificata. quod tamen limitat Host. et seq̄tur Ab. nisi attestationes clause et sigillate apud eum deposite fuissēt et sic eas restitueret: et sic intellige glo. hic. ¶ Nota vnam pulchrā regulā in materia cū casibus exceptis que ponit in. c. presentiū. q̄ publicatis attestationibus nō pōt opponi in psonas testiū. Et primus casus exceptus est. si post publicationē iurat q̄ maliciose non opponat. Secundus est. si añ publicationē fuit p̄testatus q̄ volebat testes post publicationem reprobare. Tertius est. si protestatione non facta vult nūc

In cle. sepe. declaratur q̄ qñqꝫ a principe vel a iure fit cōmissio ꝙ procedatur simpliciter. et de plano ⁊c. q̄d significent hec ꝟba. No. ꝙ glo. in ꝟ. simpliciter. dicit sine plica ⁊ iuolutiōe. Et adde bar. in. l. j. ff. de vul. ⁊ pupil. ⁊ in. l. coiri. ff. pro soci. in. l. eam quam. C. de fideicō. in. l. manifestissimi. C. đ fur. Solus papa potest in commissiōe tollere substantialia iudicij: etiam mandando vt procedatur simpliciter. glo. est notabilis in dic. clemē. sepe. in ver. mandamus. quam allegat Ab. in. c. venerabilis. de iudi. ⁊ adde glo. reputatam singularem in ver. figurā. in. c. fi. de here. in. vj. ¶ Constitutio de sui natura est ꝑpetua. licet in eo nō exprimatur ꝙ in perpetuum sit valitura. glos. est in ver. imperpetuum. ¶ In verbo necessario. disputat glos. an libellus sit de substantia iudicij. Inducie deliberatorie in iudicijs plenarijs sunt de substantia si petantur. glo. est notabilis in ver. litis contestationem. Et commenda memorie etiā glo. quia dicit ꝙ recusatio iudicis sapit defensionem. ergo videtur ꝙ per principem tolli nō posset. de quo vide per glo. ⁊ docto. in c. ad hec. de rescrip. in. ex parte. de offi. dele. Idem iudicamus de ferijs repentinis qđ de indictis ob honorem dei. glo. est singula. in ꝟ. ob necessitates. Si dat⁹ est iudex ꝙ procedat summarie. an teneatur procedere tēpore iferiarū iductaꝝ ob necessitatem hominum. glos. in ver. valeat. dicit ꝙ licet possit non tamen tenetur. Per dationem arbitrij alicui iudici nō videtur data potestas tollendi iusticiaꝫ: ⁊ legitimam defensionem: sed solū ea que respiciunt solennitatez iudicij. glo. est nota. in ver. defensiones. ſꝫ ab. in. c. dilecti. de iudi. Si etiā in causis summarijs tacite omittatur iuramentum calumnie non viciaꝛ iudicium. glo. est in ver. non excludi. Si ad instantiaꝫ partis emanat cōcessio ꝙ ꝓcedatur summarie. idez erit in causa reconuentionis. secus si motu proprio. glo. est no. in ꝟ. voluerit. in fi. secundum Abb. in. c. fi. de mut. peti. Usqꝫ ad quem actum possit fieri per reum reconuentio. est glo. nota. in ver. exordio. Cauti aduocati actoris triplicant libellū vnum dimittunt apud acta, alium dant reo. alium tenent penes se. vt melius et certius possint facere positiones. glo. est in ꝟ. formari. glo. in ver. confessiones. notabiliter declarat quid releuat facere positiones si quis negat quod petitur. quia et illas negabit. ¶ Usus positionum incepit a tempore gregorij. vt in. c. dudum. ij. de electio. glos. est super ꝟ. lōgeu⁹. gl. i ꝟ. vtrosqꝫ. ponit practicam qñ dicitur. ponit ⁊ probare intendit. No. glo. in ver. post datio nem. quam allegat Ab. pro notab. in. c. licet causā. in notabilib⁹ de ꝓba. Instrumenta pñt produci post terminum datuz. si ius aduersarij ē illesum. glos. est in ver. non obstante. In causis summarijs est specialе ꝙ iudex post conclusionem in cā ad istātiā partis pōt facere iterro

517

gationem. glo. est in ver. interrogabit. Non artat citatio in genere facta ad sententie validitatem. sed oportet exprimi q veniat ad sententiam audiendam. glo. est in ver. ad id. ¶ In causis summarijs sententia debet ferri in scriptis. glo. est in ver. inscriptis. que etiam dicit q iudex habet illam per seipsum proferre. In causis summariis non est necessario conclusio. vnde potest iudex ferre sententiam conclusiõe nõ facta. glo. est in ver. conclusione. Et nota etiam singulariter eandem glo. q iudex inuitis partibus vel altera earum ex quo sufficientes date sunt dilationes et elapse potest pnunciare conclusum esse in causa. quam dicit singula. Ab. in. c. pastoralis. d causa pos. et proprie. ¶ In causis summarijs tenet processus si de consensu partium seruatur ordo iudiciarius quia res de facili reuertitur ad suam naturam. secus si non seruatur in ordiarijs. quia partes non possunt disponere q omittatur ordo iudiciarius. glo. est fi. in ver. irritandus. quam pro notabili allegat Ab. in. c. j. ad fi. de libel oblatione. quem vide. ¶ Fuit a me quesitum: qr quandoqz nostri doc. dicũt q ita seruatur de consuetudine. an illis sit credendum: et per aliquos concluditur q sic. per glo. in. l. dos a patre. C. solu. ma. et Bal. in. c. cũ dilect⁹. de ɔsue. ¶ Et ego adduco Bar. idẽ volentẽ in. l. de qb⁹. ff. de legi. tñ alex. d imo. i. l. p⁹ dotẽ. ff. solu. ma. reprehẽdit hoc dicẽs. q vox mortua nõ põt iducere ɔsuetudinẽ que est quid facti. et cõcludit q etiã si essent plures eis nõ crederet nisi aliter pbet illud qđ est facti. et adducit Bal. in. l. si is q. §. q: in lec. antiq. ff. d pig. in. l. ɔsentaneũ. C. quõ et quando iu. et reprehendit Io. de imola. in. l. j. §. nunciatio. ff. de noui ope. nuncia. qui voluit saltem duobus debere credi. ¶ Queritur etiam an priuatus doctoratu pter delictum possit iterũ intrando examen doctorari. et allegatur cõiter Bal. in. l. ij. de liber. et eo. libe. q non. Et ego alleg fin. glo. in auc. de armis. in fi. qui loquitur de notario. quam allegat Bal. in ru. C. de pe. iudi. in l. mãcipia. C. de ser. fugi. Io. d pla. in. l. iudices. C. de ãno. et tribu. li. x. Adduco ẽt pulc. tex. in. l. iudices. C. de digni. li. xij. Sed qđ diceres si talis vellet redire ad doctoratum mediãte rescripto principis. et Io. de pla. in dic. l. iudices. C. d digni. li. xij. dicit q tale rescriptũ est surrepticium: nisi habeat spãlem clausulam derogatoriam illius legis. et aliarũ specialiter prohibẽtiũ. et ad pdicta facit tex. iũc. gl. i. l. fi. de fi. ff. de offi. pcu. cesa. ¶ Fuit etiã a me quesitum: an sit aliquis modus probandi doctoratum. alio modo q per testes vel instrumentum. et rñdi q sic. si enĩ aliquis se gessit pro doctore et ita fuit tentus et reputatus et postea opponitur sibi q nõ est doctor. et q incidit in falsum se gerendo pro doctore. l. eos. in fi. ff. d fal. tunc sufficit probare q longo tempore scilicet decem annorum ita fuit tentus et reputatus. dictum est notabile Pauli de castro. in. l. si solennibus. in fi. C. de fide instrumento. ¶ Fuit etiam a me quesitum: vtrũ spurius possit doctorari. et allegatur Petrus de anco. in clemen. ij. de magis. q non. Alexan. in prohe. C. Sed ego allego rationem q spurius est infamis infamia facti. dictum est singulare Azonis. in Rubrica. C. ex quibus cau. infa. irroga. ergo tanqz infamis repellitur a dignitate doctoratus. ¶ Et si dicatur collegia tribuunt spurio gradum doctoratus. Et ego respondeo: q tantum est doctor sicut asinus est homo. et illud dictum Azonis approbat Baldus. in. l. iij. de libe. et posthu. in. l. gñaliter. §. j. C. de

insti. et substi. sub condi. fac. in. l. in bone fidei. C. iureiuran. ¶ Et addo quod sicut infamis non potest exercere officium tabellionatus quod habet in se dignitatem: ita non poterit exercere aliquod officium publicum. et ideo spurius non poterit esse notarius actorum ad bancum. Bar. in. l. eadem. ff. ad. l. iuliam repe. sed bene potest assumi a partibus volentibus quod faciat publicum instrumentum. ¶ Audiui semel doctorem quendam dicentem quod doctor iuuenis debet preferri seni si est eo doctior: ut notant moderni in. l. cum quid. ff. si certum peta. et ego interrogaui illum quomodo cognosceretur quod ille iuuenis sit doctior. responde frater charissime. at ille nesciuit respondere. et tunc dixi accipe tex. singularem in. l. vnicuique. C. de proxi. sacro. scri. li. xij. vbi habetur quod ad probandum excellentiam illius qui vult aliis prioribus preferri requiruntur quindecim testes iurati. non ergo leuiter dicamus iste est doctior illo. ¶ Fuit etiam a me questitum. si aliquis doctor est patrocinatus in aliqua causa an presumatur gratis fecisse. et allegatur Barto. in. l. ij. C. de nego. gest. quod non: quando solitus est viuere de salariis clientorum. ¶ Et ego allego pulchrum tex. in. l. inter causas. §. fi. ff. manda. que generaliter potest adduci: quod in dubio non presumitur quis prestare operas suas gratis. Non negligatis text. et glo. domini mei quia illi sunt qui in promptu habiti illustrant iuristas. ¶ Tu vides quod quotidie in ecclesiis conceduntur loca sepulture laicis. vellem scire si est licitum ibi facere sepulturam honorabilem cum statuis et figuris honorificis et respondeo quod sic. tex. do tibi notabilem in. l. statuas. C. de reli. ¶ Solet queri an et quando corpus humanum sepultum in vno loco possit transferri ad alium locum. et concluditur quod subsistente iusta causa et auctoritate episcopi potest transferri: sed non subsistente causa auctoritate solius pape vt in. l. j. C. de reli. Uerum est quod olim superior erat preses. et princeps imperator potest tamen transferri nulla subsistente causa et sine auctoritate superioris quando fuit positum in vno loco non vt perpetuo ibi staret: sed certum tempus. vt postea ad alium locum transferatur. vt ibi per glo. et docto. quia tunc dicitur depositum. oportet tamen quod constet a principio ita actum esse. limita tamen predicta per ea que habentur in. l. inuito. C. eod. ti. de reli. ¶ Quid diceres de isto casu. testator legauit titio. et Titius postea fecit expensas in sepultura testatoris. an possit repetere expensas. an vero presumatur donasse in remunerationem legati. tex. habes notabilem quod potest petere expensas et legatum. in. l. legatum. eo. ti. de reli. ¶ Et tantum de tertia parte Compendii.

¶ Finis compendii iuris canonici Petri Rauennatis.

¶ Disputatio seu confutatio domini Petri Rauennatis doctoris moderni ac famatissimi super materia decimarum. An scilicet decimarum solutio sit de iure diuino contra quendam theologum.


Idi & legi tractatuz quendaz satis longū in materia decimarū editū a quodam clarissimo doctore sacre theologie aduersus canonistas. in quo dicit se reprobasse Innocentium: glo. Hostien. Joannem andree. & reliquos canonistas: & parcat mihi dominatio sua: puto q potuisset vti conuenientiori verbo q̄ sit verbum reprobabo. qd multuz implet os proferentis. & reprobatus potest dici ille cui nulla est spes salutis et redemptionis.
Dicitur etiaz in principio tractat⁹ q solenniter disputauit cōtra canonistas. Ab. noster dedit cāz edicto q aliqui moderni scribant ꝯtra canonistas. dixit eñ q motiua theologorum stringunt. dicunt ergo ipsi quare non scribimus. motiua nra stringunt. confundamus eos. qz aliter non credebāt q motiua sua stringerent. nisi ad dictum Ab. Innocētius autem papa non dixit sic. Noui multos excellētes theologos in Italia qui tenent opinionem canonistarum moti auctoritate doctorū eccle sie & Romanorum pontificū. est ergo ortum scisma inter theologos modernos. ergo opinio canonistarum est verissima. cum habeat etiam theologos adherentes.
Et doleo non modice q nunc non possum latissime scribere cōtra sua dicta. qz tempus mihi non datur sz reseruo hoc in tempus commodi⁹. statui tamen precibus quorundam iuristarum motus nonnulla pauca scribere contra ipsum in presentiarū. & veniam dabit mihi dominatio sua si pro defensione splendidissimorum luminum iuris & preceptorum meorum qui satis dici possunt mei p̄ceptores. qz bibi & q̄tidie bibo de aqua suauissima suorū fontiuz & etiā p defensione veritatis ostendā ipz errasse nō tot illustres viros. Sed quid dico: immo ipsos Romanos pontifices quos vult aduersarius noster errasse cū ipsi Romani pontifices apertissime loquātur cōtra ipsum: licet ipse velit interpretari iura ipsorum modo inaudito. Est igitur quota decime de iure diuino obligante, hodie non de iure humano. vt apertissime affirmāt Romani pontifices in multis locis. & ita est cōis opinio vt notant doctores nostri in. c. j. de deci. l. vj. & ita determinarūt domini de rota. in quoruz numero sunt doctissimi: nō solū i iure: sed etiam in sacris scripturis. & quotidie feruntur sententie in curijs episcoporum cōtra illos qui ēt longissimis temporibus non soluerunt: & ex consilio meo fuerunt late sententie. nec vnq̄ de hoc penitentiam sum acturus tanq̄ peccauerim & lex testamēti veteris est in testamento nouo approbata. Luce. xj. & Matthe. xxiij. & ibi glo. clare. quaz refert aduersarius noster licet dicat q Chrysostomus teneat cōtrarium. sed vbi sunt opiniones ad papam spectat decernere. c. j. de biga. in. vj. & hoc non negat doctor ipse in suo tractatu. & ex confessione sua condēnatur. dum submittit dicenda p se correctioni sedis apostolice. submittit ēt se correctiōi eoꝶ q̄rū interest errātes corrigere. & in hoc bn̄ fecit. & hoc est officiū canonistaꝶ corrigere errātes i materia decimarū. nec est opus ire ad sedē apostolicā. qz iā ipsa determinauit Canōiste ergo hn̄t corrigere illos q̄ nolūt sano mō itelligere determinationē eccle. & in hoc laudād⁹ est p̄fecto qz solū voluit ondere ingeniū suū qd est sublime. & p ꝯfirmatione veritatꝫ adduco extraua. Bonifacij. viij. q̄ icipit. vnā sanctā. vbi dicitur q de⁹ istituit decimas vt denotaretur q terrena ptās est subiecta ecclīastice: & sic soluuntur decime tanq̄ cēsus debitus p laicos cleri-

cis. et istum tex. non vidit doctor ipse sicut multa alia in hac materia non vidit. Et quod determinatio spectet ad ecclesiam in similibus casibus. Adduco Antonium de bu. in cap. tua. de deci. dicentem. quod in his que attinent ad precepta diuina standum est potius declarationi canonistarum quam theologorum. quorum est conuenientius scripturas sacras interpretari quam precipere. aut de preceptis decernere. licet aduersarius noster ipsum aliter referat. sed non vidit Cardi. Alex. accutissimum iuristam: et etiam theologum nunc viuentem. qui ipsum refert in cap. j. x. distin. et Ab. in. c. tua. de deci. qui dicit ex intentione Anto. de butri. quod theologi peccant hodie dicentes decimas non deberi. Et quia Ab. ibi dicit. quod vbi dictum alicuius sancti iuuatur auctoritate iuris diuini potius ei quam constitutioni summi pontificis standum est. Aduersarius canonistarum glorietur de hoc dicto dicens quod cum dictum sancti Thome iuuetur auctoritate Pauli. et apostolorum: quod precepta iudicialia hodie cessent. ergo standum est potius dictis sanctorum. Sed ego quero ab eo quis habet determinare hoc: an ipse sit supra papam vt possit dicere: tu papa male fecisti. quia tu habes auctoritatem sacre scripture in contrarium. et ideo sapienter sequitur Ab. quem non curauit referre. quia faciebat contra ipsum quod hoc determinare potius spectat ad ecclesiam vniuersalem. et ad concilium generale quam ad priuatam personam. cum ergo papa interpretetur quod hodie decime sint de precepto diuino. et habeat auctoritatem euangelistarum et doctorum sanctorum. aduersarii autem dicant contrarium. oportet conuocare concilium generale secundum Ab. et quousque non conuocetur et aliter determinetur standum est constitutionibus romanorum pontificum; et canonistis ita interpretantibus. Ipsis est data potestas non aduersario nostro et iurisconsultus in. l. minime. ff. de legi. dixit quod minime mutanda sunt que semper interpretationem habuerunt certam. Et licet dicat doctor ipse quod sanctus Tho. teneat quod decime hodie de iure humano non diuino. mihi videtur quod teneat opinionem canonistarum. et vt video doctor ipse non aduertit diligenter ad verba sancti Tho. ij. ij. q. lxxxvij dicit enim sanctus. Tho. sic. quod preceptum de solutione decimarum quantum ad id quod erat morale. datum est in euangelio a domino. vbi dicit Mat. x. dignus est operarius mercede sua. et etiam ab Apostolo. j. ad corinth. ix. sed determinatio certe partis est reseruata ordinationi ecclesie. hec sanctus Tho. in istis verbis non dicit quod quota sit mere de iure positiuo humano. sed dicit quod determinatio est reseruata. vult sanctus doctor sic in effectu quod papa non possit facere legem generalem quod mercennarius non haberet suam mercedem. quia hoc esset de directo contra legem diuinam et naturalem: nec etiam potest subesse causa aliqua vrgens propter quam fiat illa lex generalis: quia illud esset in totum destruere legem diuinam: et naturalem. sed bene posset ecclesia minuere ius diuinum quantum ad quotam decime determinatam institutione diuina. secundum varietatem locorum et temporum certo casu ex causa. et sic remansit determinatio in ordinatione ecclesie. quod si ecclesia faceret esset ius diuinum sed limitatum et etiam quod nihil deroget. aliquo casu concedere potest ex causa. et aliud est tollere in totum legem. aliud est limitare. Exemplum pono. ciuitas habens sua statuta dedit potestatem aliquibus ciuibus quod possent illa statuta antiqua limitare et moderari. in aliquo corrigant illa vel limitant quo vtrum illa statuta sic limitata dicantur statuta ciuitatis. vel illorum limitantium. et respondeat qui sapit. Quero

519

supposito etiã opiniõe aduersarij
qđ pceptũđ q̃ta decie sit iudiciale
aliq̃ mõ. ꝙ tñ ñ pono ꝑ ꝯstanti. su-
perior fecit edictum per vnum an-
num duraturum . quod nemo in
sua ciuitate audeat portare arma.
ꝛ mittit illud edictum ad suũ offici
alem ad publicandum. dans offici
ali arbitrium vt si sibi videbitur in
specta conditione temporis . vel
alio respectu quod post tempus fi
nitũ possit illud renouare renouat
officialis istđ edictũ. dicet edictũ
superioris non officialis renouan-
tis. ꝛ succedet regła. Qui per ali
um facit ꝛc. ꝛ vt tollã vnã obiecti
onem. dico quod aliud est creare
officialem. ꝛ dare sibi ptãtẽ ꝯdẽdi
leges. Aliđ est qđ superior condat
vnam legem duraturã vsqꝫ ad cer
tũ tẽpus. cum arbitrio dato offici-
ali vt posset illam renouare post tẽ
pus si sibi videbitur. nec tunc ob-
stabit scriptura . qđ iudicialia ces-
sent quod satis factum ẽ postq̃ se
mel cessarunt. ꝛ erat in arbitrio of
ficialis non renouare. sicut vide-
mꝰ in multꝫ iudicialibꝰ q̃ nõ fũt re
nouata. ꝛ illa cessatio nõ fuit sĩplex
sed conditionata scđm Tho. ergo
succedit doctrina iurisconsulti . in
l. aut priuari l. §. s. ff. ad turpil. vbi p
gl. ꝛ Bar. Et tãdẽ sufficit canoni
cis ꝙ cũ decĩa fuerit istituta propt
multas causas. quod licet aliqua
illarum deficiat ꝛ alie non cessent
remanet dispositio quote hodie in
suo robore. §. affinitatꝫ. isti. đ nup.
ꝛ huic immobili fundamento inni-
titur ecclesia . cum in hanc sñiam
conueniant sancti doctores qui fu
erunt cum sua doctrina pceptores
eorum qui audent tenere ꝯriũ. ꝛ ad
ecclesiã spectat determinare. c. p
venerabilem q̃ fi. sint legit. Et qđ
ista fuerit sñia sãcti Tho. probo ex
verbis suis dum đt. qđ non sunt in
statu dannationis illi qui non sol-
uunt in locis illis in q̃bus ecclia
non petit. nisi forte propter obstia
tionem animi habentes voluntatẽ
non soluendi etiam si ab eis pete-
rentur. hec sctũs doctor. Modo ꝯ
duco sic. Si quota essꝫ de iure po-
sitiuo hũano. ꝛ bona fide non solut
tes per longissima tpa essẽt de obli
gati vt aduersarius đt . quare de-
berent peccare si non soluerẽt q̃n-
do peterent. qꝛ cũ habeant legẽ p
se. ergo non peccant . l. gracchus.
C. de adul. ꝛ sic deciperent auctori
tate legis. sed qꝛ sanctus doctor vi
dit qđ ista quota erat inabrogabi-
lis ideo sic dixit. qꝛ deꝰ respicit cor
non manuꝫ . xiiij. q. v. c. si quid. ꝛ ad
uersarius videns se strãgulari hoc
dicto. conuolauit ad refugia. dicit
primo qđ sanctꝰ Doctor loquitur
quando papa mandaret ꝙ soluerẽ
tur. sed cum bona venia non consi-
derauit ꝟba sua medullitꝰ. sed sup
ficialr. dicit enim ipse in locis in q̃
bus ecclesia non petit papa nõ pe
tit decimas debitas ecclesijs. pars
enim đꝛ petere cui aliquid debet.
ꝛ iudex condemnat. ergo sanctus
doc. loquitur de plebano petẽte.
ꝛ ex eo quod petit. peccant non sol
uentes ipsemet videns ꝙ ista solu
tio ꝯsternitur confugi ad aliã . scꝫ
ꝙ sanctꝰ doctor loquit q̃n minister
indigeret illa quota. hec non valet
qꝛ sanctus doctor non đt hoc . imo
dicit ꝯriũ qꝛ euangelium đt. dignꝰ
est mercennariꝰ mercede sua. quia
mercennariꝰ dꝫ hr̃e mercedẽ ẽt di-
ues. Quero ab eo ipse legit theo-
logiam. ꝛ solenniter vt audio. quia
vere est magnus theologus . an le
gat gratꝫ supposito quod sit diues
si diceret quod sic. ꝛ ego dicerem
qđ non omnia iura clamant quod
quis nõ debet militare stipendiis
proprijs. ponamus quod plebanꝰ
habeat bona patrimonialia quare
non debetur sibi merces pro admi
nistratione spiritualium. Sed sibi
venia danda ẽ. qꝛ forte lex . l. c. qui

am. xvj.q.j. superficialiter lectus ipsum decipit. sed non aduertit ad tex. in. c. clerici omnes. j.q.ij. vbi dicitur. quod datus clerico stipendium non propter indigentiam sed propter seruitium. non enim tenetur suo patrimonio militare. nō aduertit etiam ad dictū notabile. Inno. et doctorum in. c. episcopus. de preben. Et alibi idem sanctus doctor dicit. quod nulla valet consuetudo quod decime non soluantur. et Archidia. in. c. decime. xvj.q.j. allegans sanctū Tho. dicit quod non obstante consuetudine debentur decime. Et pro opinione verissima canonistarū est tex. ineuitabilis romani pontificis ad quem spectat determinare auctoritatiue sacram scripturam. tanq̄ ille qui gerit vicem dei in terris. in. c. quadragesima in fi. de cōsecra. dist. v. vbi dicit sic ad verbum. iubemur autē etiam ab omnipotēti deo decimas oīm bonorū nrorū dare. hec ibi. et doctor ipse volens euitare istū tex. infert ei violentiam sicut omnibus aliis a deo quod si scirent loqui facerent ipsū citari in ius pro satisfactione violentie. gl. igitur sua ē ista Iubemur ab omnipotenti deo idē ab ecclesia. ergo ecclesia est omnipotens deus. Secunda glo. est iubemur. i. iussi fuimus ꝯnumerādo nos fidelibus veteris testamenti. propter vnitatem ecclesie eorum et nostre. licet non sumus sub illa obligatione sub q̄ ipsi fuerūt. sicut Daniel cōnumerat se aliis peccatorib⁹ dicens. Peccauimus iniq̄tatē fecimus et c. Danielis. ix. iste sunt pro certo mirabiles. gl. et videtur sibi ipsis ɔ̄rius. dicit enim alibi. q̄ solū israelite continebantur sub illo precepto. et quod nos non sumus de illis. et modo vult quod Gregorius annumeret nos cum illis. et annumerantur non obligati cum obligatis. Non obstat simile de Daniele quia Daniel ipse poterat dicere verum connumerando se cum aliis peccatoribus. iuxta illud. si dixerimus quia peccatum non est in nobis et c. et alibi. oēs in adam peccauerunt. et alibi quis potest dicere mundum est cor meum. et licite potest quis se dicere peccatorem in gn̄re. hic nulla est similitudo. Iste sunt destructiones textuum quisūt clari. non solutiōes. et sic per tales mōs dicit se reprobasse splendētia lumina iuris. Et licet tex. ille. in. c. quadragesima intrincet per ipsuꝫ tamen iste est verus sensus illius tex. Argumentatus est sic Gregorius. nos habemus preceptum dei omnipotentis obligans nos ad solutionem decimarum omnium bonorum nostrorum. Volumus nos statuere quod in decima anni affligamus corpora nr̄a. Fuit ergo statutum humanum Gregorij ampliāns ius diuinum. q2 preceptum diuinum non intelligebatur quod deberemus nos affligere in decima parte anni. et sic tex. ille clare procedit. Intellectus aūt aduersarij est itricatio. et Archi. in dict. c. quadragesima. in ver. iubemur ab omnipotenti deo. adducit testamentū vetus. non autem adducit ecclesiā. Et quia miratur doctor ipse quod canoniste velint. quod preceptum de sanctificando sabbatuꝫ per mortem christi sit mortuum. non autem sic volunt de precepto decime. et canoniste mirantur de ipso quomodo argumentetur de precepto ceremoniali ad iudiciale. quia ipse affirmat quod preceptum de decima est iudiciale. et sanctificatio sabbati est ceremoniale vt etiam affirmat Nicolaus de Lyra. Exodi. xx. ¶ Sed miratur etiam canonista de ipso. quod etiam si opinio sua esset vera quam tamen negat canonista. cum loco sabbati obseruetur dies dominica. et cū consuetudo nō

520

possit abrogare istum cultum diui num vt ipse videtur sentire. et tamen vult quod decima que hodie secūdū ipsū est instituta p eccl'am ī locum decime que dabatur leuitis possit abrogari p consuetudinem. et tamen tempore leuitarum erat ī abrogabilis cum in ipsa versetur honor dei. et recognitio vniuersalitatis dominij. et quod terrena potestas sit subiecta ecclesiastice.

Et quia dicit aduersarius quod si clerici sunt diuites non debētur ipsis decime per id quod scribitur. Numeri. xviij. nichil aliud possidebunt decimarum oblatione cōtenti. ex quo videtur quod cum clerici habeāt alia bona debeāt carere decimis. Ad hoc rñdet qd in diuisione terre sancte nichil debuerunt habere clerici sicut alie tribus sz debuerunt esse contenti decimis. sz si alias offerētur eis vel acquirerēt iusto titulo bene poterant possessiones habere. Leuiti. c. vlti. nec licet eis auferre quantuncunqz sic diuites vel mali. c. tua. de deci. pro hoc facit quod omne donum siue a deo acquiratur siue ab imperio sequente deum. decet esse mansurum. regl'a decet. de regu. iuris in vj. nec dicatur quod in precepto de deci. sint duo capita. vnum affirmatiuum. aliud negatiuū. et sic clīci non dnt approbare affirmatiuū sine negatiuo. quia nichil debent possidere. sed dicendum quod affirmatiuū habet preceptum. negatiuū non. Leuiti. xxv. et. xxvij. Ezechie. xlv. et sic preceptū negatiuum non fuit perpetuum. sed affirmatiuum est perpetuum. qz non reperitur immutatū. et in hoc conueniūt oēs sancti doctores et per illud preceptū negatiuum videtur potius deus inhibuisse auariciā. et cupiditatem quam possessionem. vt colligitur. Nūeri. xviij. et gl'. sup illo Deute. xviij. non habebunt sacerdotes &c. &c. in veteri et ī nouo testamēto ministris altarꝫ pceptū est de oblationibus et de decimis viuere. nec terrenis possessionib9 acqrendis inhiare. hec ibi. Et ideo est phibitū cl'icis pducere possessiões laicorū causa lucri et cupiditatis. tex. et glo ī. c. si. lxxxvj. dist. ī. c. ſ. lxxxviij. dist. Itē veritate cōsiderata clerici nihil possident. tanquam proprium. sed ecclesie. Unde res ecclesie non facile alienantur. vt in ti. de rebus ecclesie non alie. et nunquam potest esse sufficiens cibus in domo dei. qz qntūcūqz opulenta sit nūqz tn̄ hospitalitati gñali et necessitati oīm pauperū est sufficiēs ad puidēdū. et ideo impator. in. l. priuilegia. C. de sacrosāc. eccle. dicit oēs clericos eē paupes. ad idē tex. in. c. qm̄. xvj. q. ſ. q̄ vult aliosre probare oportet primo q multa viderit. Preterea videtur q hec oppositio sit multū debilis. qd em̄ si testator hereditatē suā diuidat. et vnūquēqz portiōe sibi assignata velit esse ptētū. et nihil vltra de ipsa hereditate habeat vel possideat. deinū vn9 filiorum alteri fratri suo partē suam det. vel in testamēto relinquat. Nunquid dices quod non licet alteri fratri hanc portionem recipere vel habere. vtiqz hoc nūqz dicendum ē. sed iste est sensus q ex vi testamenti patris. siue diuisionis ab eo facte. portione sibi assignata debeat esse cōtentus. nec vltra petere. non tamen videtur q p hoc non possit recipe si sibi ab alio conferatur vel al's iuste acquirere ptē suā. et sic cōcluditur q licet clericis debeāt decie non per hoc fiunt incapaces ad alia acqrēda.

Nō qz in multis deficit tractat9 su9 statui pro nūc oñdere aliquos passus in quibus deficit quos non declarauit. q̄ de necessitate erāt declarādi. si volebat pprobare candi stas. et postes alios pass9 ī qb9 er-

rauit. z vltimo q frustra laborauit. z q pt dicere illud euägelicü. tota no cte piscati fuim⁹ z nihil cepimus. In suo tractatu psupponit sp vnū q canonista negat. z tamē non probauit. Dicit enim qd ecclia fecit pceptum de nouo ad silitudinē pcepti diuini veteris. q decime soluerenť z canonista dicit qd iura loquentia in materia sunt declaratoria antiqui iuris. non editoria noui. sed ecclesia solū statuit qb⁹ clicz debeantur hodie. z addit penam non soluentib⁹. debebat ergo oñdere ipse q eēnt editoria noui iuris. qz inter ista est magna dña. debebat etiaz declarare si illi tres doctores Hieroni. Ambrosi. z Augu. scripserunt in materia decimarum añq ecclia pciperet. aut post. z si ecclesia fecerat pceptū d decis añq doctores illi scriberent. quo nomine vocat⁹ fuit ille roman⁹ pōtifex q prim⁹ istituit decimas. z qre pfati doct. non fecerunt aliquā mentionem de pcepto ecclie. sed solum fūdarūt se sup precepto veteri. z qre vult ipse argumētari isto modo. si decie hodie eēnt de precepto diuino obligante fieret aliqua mentio i actibus apostolorū. z qd canonista non posset dicere sic. si decime eēnt solum hodie de precepto humano. doctores ipsi facerent aliquam mentionem. vel si post doc. ecclia precepit omnio videtur q doctores illi fuerint falsarij. cum non hñtes ptātem legis cōdende adducebāt pncipaliť p sua cōfirmatione legē abrogatā tanq viridez z obligātē. l. fi. ff. de fal. z istud videtur magnum incōueniens dicere. z ideo optebat bñ declarari. Debuit etiaz aliť enucleare tex. btī Augus. in. c. maiores. xvi. q. vij. scilicet de quibus maioribus loqtur ipse. z in q seculo fuerint illi maiores qui soluebat decimas. cū de⁹ ipse pqrať Malachie iij. quod non soluantur. z de quo cesare loqtur Augu. qz fuerit mlti cesares. Et an possit loqui Au. de cesare q fuit imediate p⁹ mortē xpi. Debuit etiā ab eo declarari. q cū cōsuetudo potuerit sm eū deobligare debentes soluere. q in hoc mlta vba effudit. an illi debentes soluere decimas deobligati pretextu longissime consuetudinis. erāt obligati soluere tanq singuli. aut tanq vniuersi. z si tāq singuli quō singulares psōe possint ducere ɔsuetudinē que est lex non scpta. z quō populus posset scire quod non est. Preterea si ecclesia instituit in lege noua qd populus soluat decimā ministris noui testamenti. quia ministri noui testamenti maioris dignitatis sunt q ministri veteris testamenti. vt probat aplს. ij. ad Corin. iij. z aduersarius dicit quod pceptū veteris legis se extendit ad homines noue legis per humanaz assumptionem. z deus ita hodie affligitur z irascitur. z mittit multa mala sicut tempore antiquo. si non soluuntur decime. z hoc non negat ipse. quare ergo hodie tale preceptum de quota decime sit abrogabile per consuetudinem contrariam. sm quod concludit doct. ipse per multa verba. cum olim non esset abrogabile. ergo ministri noui testamēti sunt deterioris cōditiōis z est eadem rō respectu dei q erat tpe antiquo. z extensio fit cum eisdē qlitatib⁹. l. legē. C. loca. z subrogatum sapit naturam eius in cuius locū subrogatur. sz iura nra. Ista omnia fuissent pulcerrima si fuissēt declarata. z digna quolibet sublimi ingenio. sed forte non curauit ne canonista ex talibus declarationibus sumeret argumentem contra ipsum. sed spero quod in futurum declarabit. z canonista videbit suas declaratiōes. ¶ Mō deueniam⁹ ad pass⁹ i qb⁹ errauit. et vt puto icidit ipe i illd carmē Catho.

521

nis. Turpe est doctori cum culpa redarguit ipsum. qr l vna materia volēs alios reprobare oz eē ipse icōuicibilis. adeo q adversariis ipōat ppetuū silētium. qs ḡ dicere potīt suas reprobatiōes eē veras. si ipe meretur reph̄edi i eadē materia. et nūc solū ppt breuitatē tpis ostēdā aliqs errores suos. et alios qr nō sūt pauci reseruo i tps qn ptra ipm latissime scribā. qr nūc solū sub ppēdio loqr. Dicit eīm ipe ex lectione cācellarii parisieñ. q omis lex hūana ē abrogabilis per contrariā cōsuetudinē adeo quod non posset inueniri modus q non abrogetur. et in nōnullis locis vt video habet istum cācellarium p sua auriga. si ego crederē q cācellarius deberet destruere iura nra. et pmēratores excellētissimos pnios agerē grauissimā p omi etate mea frustra psūpta i studio iuris cū poti⁹ debuissē dare opaz libris cancellarii parisieñ. In opusculo pleno ostendam quod populi ciuitatum possunt condere statutum i abrogabile. quod si ostendero putabo sufficienter ostendisse argumentando a minori potentia. quod supremi principes possunt condere legem inabrogabilem. nec aduertunt ipsi quod aliud est loqui q consuetudo inducatur contra auctoritatem legis superioꝝ. Aliud qd inducatur ꝯ dispositū a lege isti termini sunt icogniti deridentibus iuristas. et volunt ipsos reprobare per argumenta sophistica. et corolaria. et per añcedens et consequens p terminos iurꝝ et p leges et canōes iprobāt iuriste. nō alit dicit etiam q ois lex hūana abrogat p psuetudinem. nec dicit corruptela nisi in q̄tum lederetur ius naturale. vl diuinū. sed q hoc sit falsū adducitur tex. in. c. cuz venerabilis. d psuetu. in. c. messana. d electi. q̄ iura appellant talē psuetu. q̄ ē sacrꝫ canōibus inimica corruptelā. i. c. ad abolendam. de filiis presby. in. c. aquā de cōsecra. eccle. vel alta. et in multis aliis locis. hoc est etiam ptra glo. et doc. in. c. i. de cōstitu. li. vi. vbi cōcluditur cōmunit q vbi ius cōe resistit cōsuetudini. eius irrōabilitatem declarando vel ipsam improbando. tunc noua cōsuetudo ꝯ illis ius induci non pt. cui est ergo magis credendū. cuz ipse dicat in suo tractatu quod in his que pertinēt ad iuristas magis est eis credēdū q̄ aliis. Dicit etiam ipse qd si papa facit pstitutionē in concilio vel cum cōcilio. q pcilium pstituit seu cōfirmat illaz pstitutionē. illd ē falsū et ꝯ omnia iura. qr semp qn papa facit cōstitutionem in pcilio dt sic. sacro approbante consilio. c. sacro de senten. ex c. et in multis locis in libro clemen. et inter confirmare et approbare est longa dria. quia cōfirmatio est manifestum signum superioritatis. Bal. in. l. fi. C. de legi. et est tex. fin. in §. interim. in aucten. de desen. ciuita. sed bene papa tanquā superior confirmat constitutiones consilii. Hostieñ. in ca. qualiter de elec. Cardi. in. c. significasti. eo. ti. sed forte ipse doctor ē in illa opinione quod conciliuz sit supra papam. scribat ipse et videbit quid sciant dicere canoniste in hac materia. sufficit qd nunquam reperiet papam dicentem q concilium confirmat suas pstitutiōes. hoc est etiam contra supscriptionē i. c. ad apostolice. de re iudi. in. vi. vbi dicitur presente concilio. non dicit confirmante illam sententiam. et ꝯ tex. illū. per quem dicunt ibi doct. q concilium gñale nō habet auctoritatem cōtra papā. sz potius assistit sibi tanquā consulens excepta causa heresis illius pape. c. si papa xl. dist. Errat etiam quando dicit q conciliū captum cū papa ē aliqd quid maius papa tātū. quia totū est maius sua pte. vult ergo ipse

q quando concilium est congregatum totū, q ibi papa sit tāq̄ pars. hoc est falsum. qꝛ papa est caput cōcilij nō pars. c. nouit. de his que fi. a prela. Quero ab eo. si est tāq̄ ps in concilio que est ratio q ad ipsuȝ soluȝ spectat congregatio concilij. dissolutio: ꝛ translatio. adeo q concilium sine sui auctoritate congregatū dicitur potius ꝯuenticulū q̄ ꝯsiliū. xvij. dist. per totū ergo maior potestas est apud minimam partē corporis q̄ apud maiorem. voluit dicere sic: sed defecit. q constitutio facta a papa in concilio cū approbatione concilij est maioris auctoritatis q̄ cōstitutio facta a solo papa. ꝛ ex hoc infert q cū totū sit maius sua parte: non potest vel non cōgruit ita facile tollere cōstitutionē concilij. prima pars est falsa. qꝛ cōtra tex. et glo. in. c. vbi periculū. in ver. cōcilio. de elec. in. vj. imo dicit tex. tunc. glo. in cle. ne romani. in ꝟ. inferiorem. de elec. q concilium tāq̄ inferius non potest tollere cōstitutionem pape. ꝛ ideo dicit tex. in c. significasti. de elec. q papa est supra omnia cōcilia. ꝛ sumunt robur a papa ꝛ vt singulariꝰ gl. i cle. j. d regu. q papa cū cōcilio non potest ponere legem pape futuro. Secundum etiam non tenet: qꝛ videmus quotidie in rescriptis apostolicis: q papa derogat constitutionibꝰ cōcilij. ergo facile tollit. nec est presumendum q tantus princeps faciat quod de iure fieri nō possit. Errat etiam duȝ dicit q. A. vel. B. sit papa. ꝛ sic supremam habeat potestatem: nō est ex īstitutiōe diuina. Tm̄ solus beatꝰ Petrus illo modo fuit papa: ex q̄ īfert q ab eo pōt auferri obediētia p ꝯsuetudinē. hoc ꝯtra determinationem ecclesie in. c. ad apostolice. de re iudi. in. vj. vbi dicitur sic ad verbū. Cū Jesu christi vices licet īmeriti teneamus in terris. nobisq̄ i beati Petri persona sic dictū q̄cūq̄ ligaueris ꝛc. hoc est etiaȝ contra extrauagantē Bonifacij. viij. q̄ icipit. vnā sanctā. vbi dr̄ q auctoritas pape est diuina. qꝛ ore diuino petro suisq̄ successoribus data est. ergo. A. vl. B. est papa ex institutione diuina. nō solum beatus Petrus. Ad idē tex. in. c. quanto. d transla. prela. ꝛ ibi dicit Inno. q contra supmā ptātem pape nō currit prescriptio. qꝛ illa est a deo ergo īmutabilis. Dicūt etiaȝ ibi doc. q christi ꝛ pape est idē tribunal. ꝛ consistoriuȝ. facit tex. in. c. nouit. de iudi. Dicit etiam ex intentione Scoti. q nulla pena canonica que nō est inflicta a papa condēte ius incurritur ipso iure: nec propter argumenta exponentiuȝ canones siue a simili siue a ꝯrio sensu est aliquis astrictus pena. qꝛ glosatores possunt exponere ius qd̄ cōditum est: sed non condere nouū ius. per suas expositiōes. ꝛ si in vno casu reperitur nō intelligitur inflicta in alio casu. etiā simili. quia si papa voluisset ita īflexisset hoc sicut ibi hec ipse ex intentione Scoti. quem refert ad suum propositū contra iuristas: Et sic colligo ex verbis suis ꝛ ex ratione sua. q non est reddendum a verbis legis. nec debemus trahere legem ad alium q̄ ad expssum. qꝛ tunc illud esset condere ius nouum. non autem exponere. ꝛ licȝ contra hoc dictum possē multa adducere: qꝛ in hac materia sunt multa cōmenta scripta per nostros doctores. licet Scotus ꝛ ipsum referens se cito expedierint. tamē pro nunc sum ꝯtētus his paucis. Bal. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ꝛ iure vult q si statutū dicit q si aliq̄s ꝑcusserit aliquē cū claua ferri puniatur pena dupli. q si aliquis percutiat cuȝ instrūento alio eq̄ graui iudex potest punire pena dupli. ꝛ iudex dicit Bal. non soluȝ de iure cōmuni potest procedere d similibus ad similia. l. non possunt. ff. de legi.

522

sed etiam de iure municipali.l.de quibus.ij.responso ff. de legi. et dixit Bal.in.l.illud.C.de sacrosan.ecc. quod illa dicuntur similia in quibus est eadem ratio vel maior.l. non solum. §.qui primi pilum.ff.de excusa. tuto.et tunc non dicitur proprie extensio.sed hoc inest de iure.allegat glo. singula.in.c.j.de tempo.ordi.in.vj.et est text.singularis.ibi per Bald. in.l. his solis.C.de reuo. donati.quod pro expresso habetur illud in quo eadem ratio reperitur:etiam in penalibus:quod etiam procedit in statutis secundum Bal.ibi et Ab.in prohe. Gregorij. vult quod constitutio penalis loquens de imperatore habeat locum in papa propter identitatem rationis et glo.est in cle.j.de rescrip.in versi. presidentes.vult quod illa constitutio penalis loquens de religiosis habeat etiam locum in secularibus prelatis.et ibi per Cardina.quod constitutio penalis extendatur ad casum eiusdem rationis. Scotus qui loquitur in materia penali posset aliquo casu saluari. sed dictum doctoris referentis illud ad materiam decimarum minime nequaquam. Et dum dicit de contrario sensu. ego quero dicit lex quod non extantibus filijs masculis filie femine succedent matri ab intestato. verum extantibus masculis excludantur femine. Dicet Scotista quod non. quia non debet glosator per contrarium sensum priuare filiam successione.quia si legislator voluisset hoc expressisset. et tamen nostri doc.tenent contrarium per rationem quod deus et natura nihil agunt frustra. Preterea dum dicit quod glosatores possunt exponere ius quod conditum est: sed non condere ius nouum. hoc facit contra ipsum. quia postquam possunt exponere ius quod conditum est exponendo quod non est dare rationem diuersitatis inter istum casum et illum. tunc exponunt et non condunt ius nouum. Nam legislator docuit doctores et iudices ita debere facere textus est ad quem non aduertit Scotista in.l.non possunt. ff. de legi.et in.l.a titio. ff.de verbo. obliga.dicit iurisconsultus. quod debemus decidere istum casum sicut illum quando ratio diuersitatis reddi non potest. Quantum ad vltimum quod frustra laborauerit dicendum est quod posito.et nunquam admisso quod opinio sua est vera quod mirandum est quod concludit talem decimam posse tolli consuetudine.cum communis opinio nostrorum doctorum teneat contrarium. quod aliquis non posset se tueri aliqua prescriptione temporis.quod non teneatur ad solutionem decimarum.et cum ista materia sit iuris nostri videlicet an aliquo casu procedat prescriptio. vult ipse decidere contra opinionem iuristarum.et contra iurisconsultum in l.minime.ff.de legi.quid ergo operabitur sua noua opinio. dicet forte ipse.ego concludo sic. quia fundant se super falso fundamento.cum credant quod decime hodie sint in precepto de iure diuino.et ideo talis decima est inabrogabilis sublato fundamento.ergo sua opinio remanet erronea.non credo tamen verum ad hoc quod posset aliud dicere.sed nostri doctores non mouentur hoc fundamento tantum.sed alio. et licet esset sub latum vnum quod tamen est falsum tamen remanet aliud:quod sicut non potest aliquis se tueri aliqua prescriptione aduersus rem publicam. vt non soluat de predijs suis pensiones seu tributa ita nec aduersus ecclesiam quin soluat decimas debitas de predijs ¶ Ista deductio non potest euitari per ea que habentur in.l.fina. C. de sacrosanct.eccle. est glos notabilis.in cap.j.de in integrum resti. que voluit quod in fauorabilibus respublica et ecclesia equiparentur.quam allegat optimum tex. et est tex.in terminis in.c.placuit.§.porro. xvj.q. iij.dicet aduersarius. ille est tex. gra

tiani.⁊ ego dicaz qđ ostdat ꝙ i hoc sit gratianus reprobatus.creditur gratiano si probat.sicut credit̄ alij doctori probāti.⁊ hoc ꝓbatur satꝫ ⁊ idē tenet ibi Archidi.⁊ doc.com müit.l.ꝑerit.C.đ ꝑscrip.xxx.an. argumentādo a silitudie rōnis.qꝛ eccl'ia equiparatur reipublice vt s̄.dictū ē.⁊ i adiutoriū eccl'ie possumus adducere leges.c.si adiutorium.x.dist.⁊ Archi.in.c. quicunqꝫ.xvj.q.vij.dicit quod ꝑdiales decime debentur ex precepto nulla obstante consuetudine.⁊ hoc facit iterpretatio papalis.Et ꝙ nō tollantur decime aliqua ꝑscriptione seu consuetudine ēt si sua opiō falsa cētvera ꝓbat̄ ꝑpt̄ innūerabilia iura antiquissima.antiq̄ moderna. ⁊ moderniora que facta sūt in hac materia ⁊ non solū sunt facte speciales Rubrice.sed in innumerabilibus locis corporis iuris sub aliis rubricis sunt iura in qb⁹ papa mandat terribiliter vt decime soluant̄.etiam non obstante aliqua appellatione ex qb⁹ ꝯphēdit̄ intētio pape.quod vult sua iura debere obseruari nec abrogari . als elusoria esset sua potestas.que a deo ē imediate.si non posset facere qđ iura sua non abrogarentur a subditis. ⁊ si ista est materia positiua humana secūdū ipsū.detur q̄so alia materia in qua romani pontifices scripserint tot iura diuersis temporib⁹ cum minis.censuris ⁊ maledictionib⁹.⁊ etiam etate nr̄a emanarūt a sede ap̄lica rescripta in materia decimarum. Non est ergo mirum etiam milies hoc ꝑsupposito quod sua opinio esset vera.ꝙ decime sint mere de iure humano positiuo.si ē in abrogabile tale ius. nescio ego inuenire positiuam materiam in iure in qua romani pontifices tot iura fulminauerint.vt ita loquar cum penis ⁊ censuris.vt in materia decimarū.imo oēs doctores sci'l di cunt qđ nō soluētes peccāt mortaliter.ex quib⁹ cōcluditur qđ aduersarius canonistarum frustra laborauit.qꝛ etiaz si sunt de iure humano secūdum ipm sunt in abrogabiles ⁊ ista ratio apđ me ꝯcludit.ꝙ sint đ iure diuino hodie obligante. quod romani pōtifices fecerint tot iura declaratoria in hac materia decimarum.cum tot penis ⁊ maledictiōib⁹ ⁊ ꝙ doc.sācti ita t̄ribilit̄ scripserint denunciantes mala q̄ generi christiano euentunt propter decimas non solutas.Et non omitto quod dicunt doctores nostri in cle. cupientes de pe.quod papa nō potest aliquem absoluere vel alicui remittere iussoluēdi decimas.sed bene potest absoluere vel remittere prestationem vel actum prestandi decimas.sicut in simili ex quo matrimonium consummatum est inter fideles neuter pōt absoluere reliquū a vinculo coniugij.licet de cōmuni consensu se possint absoluere ab executione illius transeundo ad religionem . dicunt etiam. quod si confessor inuenit aliquem retinentem decimas non debet absoluere nisi restituat.quia stat in continuo peccato mortali.⁊ in hoc excedūt mendicantes absoluentes tales . nec deberent tradi ecclesiastice sepulture.quia decedunt in peccato notorio.in quo quis ad instar heretici potest accusari post mortem.et de hoc an aliquo casu excusentur a peccato propter dictū sancti.Thome dicaz .quando latius scribā in hac materia. Inno.in.c.i aliquib⁹ de deci.vult quod non valet consuetudo quod non soluantur decime.vel minus plene soluantur. et mouetur per text.i.c.quicūqꝫ. xvj. q.vij .⁊ doctores in.c.ij.de prebē. in. vi. dicunt quod quantuncunqꝫ papa tolleret vt decime per laicos non soluantur non queritur illud ꝑ laicos vt non soluāt . per text.in.

523

nem. qz cum isto nõ satisfecit cano-
nistis nec illos reprobauit. z sic nõ
stabit in ocio. z in summa angelica
fit vnum argumentū contra cano
nistas φ papa potest aliquē exime
re a solutione decimarū. c. nobis.
de deci. ergo nõ sunt de iure diuino
istud argumentū non valet vnā mu
scam. vt patet manifeste: nec indi-
get responsione. z sic cum talib⁹ ar
gumentis volunt aliqui reprobare
celeberrimos iuris principes. qui
si viuerent non auderent in corū p̄-
sentia os aperire. Dicit etiam ipse
ex intentione Alex. de ales. φ deci
ma semper fuit in precepto inquan
tum est de iure nature z morali: secz
inquantum conscientia dictat φ de
us honorandus est de propria sub-
stantia: z φ aliquota pars substan
tie detur ad substentationem mini-
strorum dei. z istud facit pro cano-
nistis z doctor ipse i suo tractatu di
cit: φ illud quod est ex lege diuina
ipsi deo debitum etiam si non sit fū
datum in lege nature: sed solum in
diuina voluntate: ipsū esset inabro
gabile. Dicit tamē φ hodie hoc nõ
procedit. hoc concludit cōtra ipsū.
quia decimam sibi reseruauit deus
tanq̄ debitam: z nunc est ille deus
qui erat tūc. ergo durat tale prece
ptum cum non reperiatur mutatū
immo approbatū tanq̄ morale di
sciplinae: hoc est legis s̄m ipsū. Et
aliqui ex nostris volunt φ non po-
test reddi ratio quare fuit instituta
decima z non octaua. qz non omni-
um potest reddi ratio. l. non omniū.
ff. de legi. quis enim cognouit sen-
sum domini: aut quis consiliarius
eius fuit. ad Romanos. xi. Nunc
ista sufficiant auditores charissimi
propter breuitatem temporis quā
do tempus dabitur videbimus cir
ca alia tacta per ipsum in suo tra-
ctatu: an de iure possint subsistere.
z an propter dicta sua debeant re-
manere destructa iura nostra z en
frustra laborauerint tot ingenia vi
rorum illustrium in iure nostro. No
lite igitur tristari auditores charis
simi propter illū tractatū et bono
animo iuribus operam detis: quia
apud omnes principes sunt in pre-
cio docti iuriste. z vidi in germania
doctos iuristas ab illustrissimis p̄n
cipibus z re z verbis honorari. lau
do tamen ingenium compositoris
ipsius tractat⁹. quia vere nõ caret
sublimi ingenio. z mos meus fuit sē
per de bono dicere bonum.

¶ Finis huius disputa-
tionis domini Pe-
tri in materia
decima
rum.

¶ Compendium seu promptuariū
iuris canonici opulentissimum cau
sarum patronis singulisq̄ iusticie
moderatoribus acōmodatissimum
hic finē capit optatū cū ingēti p̄cē
totū repertorio hactenus nõ viso.
Impressum autem parisiis expen
sis honesti viri Gallioti du pre by
bliopole iurati vniuersitatis pisien.

524



Cum priuilegio




S. FRANCESCA ROMANA

